
37
39 D
15

ACTA ORIENTALIS ECCLESIÆ

CONTRA

LVTHERI HÆRESIM

Monumentis, Notis, ac Diſſertationibus illuſtrata

OPERA, AC STVDIO

D. EMANVELIS A SCHELSTRATE

SAC. THEOL. DOCT.

BIBLIOTHECÆ VATICANÆ PRÆFECTI


Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe Canonici

VNA CVM EPISTOLA

CHRISTOPHORI RANZOVII

Adverſus Lutheranorum errores.

PARS SECVNDA.






ROMÆ, MDCCXXXIX.

Typis Joſephi Collini.

SVPERIORVM FACVLTATE.



Epistola Georgij Calixti Professoris Helmste densis ad Christophorum Ranzouium Equitem Holsatum Romæ demorantem, & huius ad illum responsio, qua sui ad Ecclesiam Catholicam accessus rationes exponit.

GEORGIVS CALIXTVS CHRISTOPHORO RANZOVIO

Salutem ab Auctore Salutis.



ENEROSE Vir, Domine & amice longe cariſſime, quoties huc venerunt, qui ex Italia redirent, toties de te ſciſcitatus ſum. Fecit enim tuum pietatis, virtutis, & eruditionis ſtudium, cuius hic luculenta ſpecimina edidiſti, vt te in oculis geram, & de incolumitate tua ſolicitus ſim; certa ſpe nixus, te communi noſtræ patriæ magno ornamento inſignique emolumento breui fore. Vt autem fieri ſolet, alij nihil de te referre poterant, alij nunciabant te Romæ degere, & familiaritatem contraxiſſe cum Henrico Iulio Blumio, noſtræ olim diſciplinæ alumno. Cui rei certiores nos faciebat haud ita pridem Franciſcus Henricus Witzendorpius, Patritius Luneburgenſis, niſi mihi memoria imponit, cui iam ſeneſcens, quod talia attinet, non ſemper poſſum fidere. Sed nuper etiam non nemo hac tranſiuit, qui me quidem alloquutus non fuit, nec mihi innotuit, ſed alijs narrauit, te admodum familiarem factum Lucæ Holſtenio, & nonnullis Ieſuitis, qui multoties tibi ſcrupulos inijcerent, & dubia mouerent, vt propemodum inciperes vacillare, & Religionem Pontificiam reformatæ anteferre. Venit idipſum ad aures noſtri Voſſij, eiuſque animum vehementer perculit, vt ad me quoque deferret. Commouebar equidem, fateor, aliquantulum: ſed cum me recolligerem, & prudentiam vimque ingenij tui expenderem, & Voſſium bono animo eſſe iuſſi, & ipſe fui; non ignarus, quanta illa tibi diuinitus conceſſa, & quam frequenter fallant, & plane infidi nuncij ſint rumores. Non potes ignorare, inter omnes partes, in quas hodie, proh dolor, ſcinditur populus Chriſtianus, Pontificiam plurimis ſuperſtitionibus, corruptelis, figmentis, & nouitatibus ſcatere: inter quas etiam eſt, qui hodie celebratur Iubileus, antea apud Chriſtianos inauditus, & demum ante annos CCCL. à Bonifacio VIII. homine improbo inſtitutus. Quamquam hoc malorum minimum videri poſſit, ſi cum dictatis Hildebrandicis aliquanto antiquioribus comparetur. Qui Pontificijs ſe iungit, cogitur ſe ſeparare ab omnibus alijs Chriſtianis, qui ſunt per totum Orbem terrarum; & quidem

ob caussas aliquando non admodum graues. Cogitur enim anathema illis dicere, qui Purgatorium non admittunt, qui septenarium numerum Sacramentorum in dubium vocant, qui Baptismum Ioannis & Christi eundem fuisse non fatentur. Iam quod attinet ad Primatum Pontificis de iure diuino, eiusque infallibilitatem, mutilationem Eucharistiæ, & Missam sine communicantibus, hæc talia sunt, vt à Christianis Græcis, Lutheranis, & Caluinianis, quemadmodum appellamus, reijciantur: licet ipsi propter eiusmodi reiectionem siue improbationem à Pontificijs anathemate feriantur. Græca Ecclesia sicut sub iugo tyrannico gemit, & dira seruitute premitur; ita paulatim ignorantia quadam opprimitur, & necessaria ad iudicium de doctrinis controuersis ferendum eruditione destituitur. Caluiniana hinc magnam maculam contrahit, quod contra disertam Seruatoris adsertionem Corporis Sanguinisque Dominici in sancta Eucharistia præsentiam inficiatur. Lutherana, quæ dogmati vbiquitatis inhærescat, vix minorem, dum hunc satis crassum errorem tuetur & obtrudit. Mi nobilissime Ranzoui, ausim affirmare, vix alibi Ecclesiam inueniri melius comparatam, quam in nostra patria, & hic in Ducatu Brunsuicensi, ditionis Wulfebutenlicæ & Calembergicæ. Exulant enim inde non modo superstitiones & corruptelæ Pontificiæ, sed etiam Caluinismus, qui præsentiam in Eucharistia negat, & illaudabile dogma vbiquitatis. Contra inscitiam quoque in Academia pugnamus, quantum possumus, & optimæ eruditionis studia alias fugientia retinere cupimus & stabilire. Scis etiam pro pietatis & sanctimoniæ studio nos satagere, & quod doceamus absque eo gratiam Dei, & salutem firmam, & indubitatam subsistere non posse. Superamur tamen fateor, quod seueritatem disciplinæ Ecclesiasticæ ad pietatem omnino facientis attinet, à Fratribus Boëmicæ confessionis. Cæterum tuo consilio & prudentia & auctoritate in patria nostra, quæ adhuc desiderari possint, aut emendari postulent, aliquando suppletum, & correctum iri spem omnino certam concepi. Qua ne fruster, faxit Deus Optimus Maximus, tibique inspiret, quæ huc faciant, & ad illustrandam diuinam gloriam, & promouenda patriæ Ecclesiæ Reiquepublicæ emolumenta. Si quis autem scrupulus iniectus, ei quæso locum concedere noli: & si forte remouere totum nondum possis, ita tuum iter institue vt in reditu nos inuisas: nullus enim dubito, per auxilium diuinum, & mutuam nostram collationem facile sublatum iri. Bene vale & age feliciter nostri memor, quemadmodum nos tui. Ex Academia Iulia VI. Maij MDCL.

Generositati tuæ addictissimus
Georgius Calixtus.

CL.

CL. DOCTISSIMOQVE VIRO

GEORGIO CALIXTO

CHRISTOPHORVS RANZOVIVS

Sal. plur. dicit, vouetque æternam.



ITERAS tuas a. d. vj. Maij datas, doctiſſime idemque optime Calixte, plane quales ſperabam accepi, nempe modeſtiæ & humanitatis, tum vero officioſi erga me affectus plenas. Indicant illæ, itidem vt aliæ ſub idem tempus ex patria perlatæ, quam ſolliciti mea de re fuerint homines ſui omnium incurioſiſſimi: qui cum nihil Romæ ſpectatu dignum putent præter publicorum operum moles, & priſci ſplendoris indices parietinas; nec niſi cum ſtabularijs, laniſtis, & ſaltatoribus plerique verſentur, me viros pios doctoſque frequentantem, quibus hæc vrbs abundat, in fidei catholicæ veritatem inquirere ægreferunt. Sed illi de ſe viderint: ego quidem pro eo quo teneor æternæ felicitatis deſiderio, ſtudij humani curioſitatem nuſquam melius exerceri credo, quam in negotio ſalutis; quæ extra vnam veramque Chriſti Eccleſiam ſperari nullo modo poteſt. Proinde cum hæc præcipua Italicæ profectionis cauſſa mihi fuerit, ſedulo hic diſquirendum mihi exiſtimaui de religionis capitibus, quæ Septentrionem infelici ſchiſmate ſeparant à Romana cæteraque catholica Eccleſia. Eamque ad rem peropportuna mihi accidit amicitia Lucæ Holſtenij, ſacerdotis catholici ex Tranſalbiana noſtra; viri & eruditione & humanitate ſingulari, & in Sanctorum Patrum & Conciliorum lectione verſatiſſimi. In eo præcipue me delectauit, quod ab omni ſophiſtica futilitate & logomachia abhorreat; quippe qua veritatem catholicam luce meridiana clariorem, obfuſcari tantum tenebriſque inuolui exiſtimat. Eius conſilio in diſcernendis fidei controverſijs regulam Vincentij Lirinenſis, quem tua commendatione noſſe & amare cæperam, adhibui: ſcilicet, diuinæ legis auctoritatem, & Eccleſiæ catholicæ traditionem: itaut verum & indubitatum crederem quicquid ſacra Scriptura docet, dummodo interpretationis eius linea ſecundum eccleſiaſtici & catholici ſenſus normam dirigatur; non iuxta peculiarem cuiuſcunque demum veteris aut nouæ ſectæ opinionem detorqueatur.

Huius

Huius regulæ ductu dubitare non potui, quin ea certissima sacræ Scripturæ mens esset, & vera ac genuina Ecclesiæ catholicæ doctrina, quam proxime ab Apostolis acceptam probatissimi primorum quinque sæculorum Patres, & quatuor Concilia generalia, quatuor Euangelijs antiquorum iudicio comparanda, tradiderunt: tum etiam quod suppares ijsdem temporibus historiæ Ecclesiasticæ auctores scripto nobis consignatum vnanimi consensu reliquerunt: nec aliunde primitiuæ Ecclesiæ sensum clarius certiusque erui posse existimaui. Ita vt, quæcumque primis istis sæculis in dogmatibus fidei, Ecclesiæ Sacramentis, eorumque usu & ritibus; tum etiam in politia & disciplina publica, vbique, semper, & ab omnibus credita, probata, & vsitata fuisse certo sciam, ea pro veris, & catholicis dogmatibus, sacramentis, ritibus, legibusque Ecclesiasticis amplectar & teneam. E contra eos, qui vel olim publicam istam vniuersæ Ecclesiæ doctrinam peruicaciter negarunt, adulterarunt, impugnarunt; vel hoc tempore, veterum quorundam exemplo, negant aut impugnant, ideoque Ecclesiæ communionem deserunt; hæreticos, schismaticos, nouatores, & Ecclesiæ perturbatores fuisse, atque etiam nunc esse pronunciare non verear.

Quocirca primum ac præcipuum huius disquisitionis caput esse duxi, vt in ipsius Ecclesiæ nomen, naturam, & notas siue attributa sedulo inquirerem; quæ secundum Apostolum, domus Dei est, columna & firmamentum veritatis: & iuxta fidei symbolum, vna, sancta, Catholica, & Apostolica credi debet. Principio enim nisi vna sit, Ecclesia esse nequaquam potest. Cum enim corpus sit Christi capitis sui; vnius autem capitis nonnisi corpus vnum esse possit; vnam tantum, quacumque diffunditur, Ecclesiam esse necesse est. Ea autem vnitas vnius eiusdemque fidei veritate, eorundem sacramentorum communione, pacis denique & concordiæ communis vinculo continetur. Ideoque vbi fides diuersa est, & sacramenta non eadem celebrantur, neque coniuncta vnius fraternitatis in vna Dei domo cohabitatio, ibi Ecclesia vna non est. Vnde iam olim hac de re pronuntiauit Cyprianus: Deus vnus est, & Christus vnus, & vna Ecclesia eius, & fides una, & plebs in solidam corporis vnitatem concordiæ glutino copulata. Scindi vnitas non potest: nec corpus vnum dissidio compaginis separari, diuulsis laceratione visceribus in frusta discerpi. Quicquid enim à matrice discesserit, seorsim viuere & spirare non poterit, substantiam salutis amittit. Ex quo sequitur Catholicam Ecclesiam, quæ præcipua à parte Romana dicitur, cum Lutherana, Caluiniana, vel Anabaptistica vnam eandemque Ecclesiam nec esse, nec fingi posse. Cum istæ non solum ab ea discrepent

multis

multis fidei capitibus, diuersisque sacramentis; sed hostili quoque odio dissideant. Omnes enim istæ sectæ à Romana Ecclesia eam ob causam superiori sæculo se disiunxerunt, quod non Ecclesiam Dei, sed satanæ regnum, & Antichristi sedem, atque ipsissimam Babylonem eam existimarent; ideoque Luthero classicum canente, omnibus salutem in Christo sperantibus, & animo & corpore fugiendam crederent. Neque hactenus susceptum semel odium posuerunt, cum hoc ipso tempore Ecclesiæ hostes rerum potiti, templa Catholicorum inuadant, bonis spolient, Episcopatus supprimant, Monasteria subuertant, suæque sectæ doctrinam Catholicæ fidei abrogatæ substituant.

Sanctam quoque credimus & profitemur Ecclesiam, quam Christus ipse, teste Apostolo, sanguine suo sanctificauit, mundans eam lauacro aquæ in verbo, vt exhiberet ipsam sibi gloriosam, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed ut sit sancta & immaculata. Quod cum Augustino retr. lib. 1. cap. 18. & alibi, ita intelligimus, non quasi iam sit, sed quæ præparatur ut sit, quando apparebit etiam gloriosa. Sancta tamen, quam Spiritus sanctus Christi Domini, vt cum Tertulliano loquar, vicarius nunquam deseruit, nunquam deseret; sed virtutum vbertate fœcundat, & sanctitatis magistram populo Dei constituit. Sane cum singulari Dei instinctu animus meus inde à puero ad veram pietatem anhelaret, & pauca à nobis scripta reperirem igni illi cælesti fouendo opportuna, quo diuini amoris incendium exardesceret; oblatis mihi tunc catholicorum scriptorum meditationibus sacris, cœpi statim persentiscere, quanto suauius vberiusque Ecclesiæ illius filij de matris suæ vberibus spiritus dulcedinem, & pietatis nutrimentum sugerent, quam qui externæ nutricis exsuccas & arentes mammas inani labore fatigant. Eoque prima mihi de Ecclesiæ illius statu cognoscendo suborta est cogitatio, neque enim verisimile videbatur in ea arbore fidei medullam exaruisse, quæ tam vberes pietatis fructus gigneret.

Atque istam tunc conjecturam minime me fefellisse abunde deinceps Catholicorum hominum vsu & conuersatione expertus sum; maxime cum ad vrbem accessissem. Nam vbi tu superstitionibus, nugis, & nouitatibus me offensum iri existimasti, ibi insperato planeque admirando spectaculo vniuersa Catholicæ Ecclesiæ facies antiquæ pietatis sanctitatisque plena, oculis animoque meo sese aperuit, in ipso Iubilæi, quod INNOCENTIVS X. Pont. Max. orbi Christiano indixerat, principio. Vidi enim solemni supplicationis ritu ad Basilicam Vaticanam procedentes numerosissimas infantium scholas, agmina Monachorum, & religiosorum hominum sodalitia; inde

collegia diversa Clericorum, & Ecclesiarum Presbyteria. Clerum suum sequebatur Pontifex, veneranda Episcoporum corona circumfusus. Hunc populi Christiani Ducem, & Antistitem supremum immensa fidelium turba subsequebatur, eo animi ardore, ut cælum ipsum expugnaturi, manuque violenta directuri viderentur, homines plerique omnes sacco tantum & cilicio tecti, & scipione viatorio armati. Vbi in porticum ad limen Ecclesiæ peruentum, Pontifex in genua prouolutus, cum oratione super plebem data misericordiam diuinam implorasset; occlusas valuas non tam aperiens, quam diruens, primus Templum ingreditur, rectaque pergit ad Altare, preces solemnes inchoaturus. Interim non sine stupore spectaui, quo impetu populus ille ingens in Ecclesiam irrueret, limina certatim exosculantes, genibusque perreptantes; Templum ingressi pars in terram proni, totoque prostrati corpore, pars Beati Petri, vt vocant, Confessioni, & Altaribus provoluti, lacrymas precesque funderent; & ad misericordiam Dei extorquendam non tam pectus palmis, quam cœlum ipsum invidia tunderent. Hæc fateor noua tum visa mihi, cui nihil simile apud nostros antea obseruatum; vbi homines ad orationem genuflexi non nisi in sepulcrorum memorijs picti sculptiue conspiciuntur. Sed novitas illa clarissimum antiquæ sanctitatis indicium mihi præbuit: vnde Ecclesiam etiam nunc vitali vigore Spiritus sancti vegetari regique certo perspicerem. Eaque in sententia magis confirmatus sum, vbi populum illum agmine immenso, & continua serie cæteras Ecclesias, precibus, stationibusque præstitutas, obeuntem vidi; supplicationibus interim, & Litanijs suo quosque ordine, sed vno coniunctoque pietatis certamine divinam opem exposcentes. Tum vero perspexi, quanta pietatis æmulatione peregrini ad Vrbem confluentes & publicis Ecclesiæ, & suæ quique nationis priuatis hospitijs excipiantur: ad hæc quo studio curaque foueantur ægroti, quod fidem propemodum omnem excedit.

In tanto populorum & nationum numero facile perspexi, quid catholica Ecclesia à sectis factionibusque priuatis distet: cum hic omnes gentes omnesque linguæ vnius fidei & caritatis vinculo socientur; apud istos vnius eiusdemque ciuitatis populus, sæpe etiam familiæ singulæ, opinionum & parietum diuertigio separatæ, suo quique in angulo Ecclesiam coarctatam existiment, cæterosque vt extorres ac profanos ferali odio auersentur.

Christus Dominus omnes gentes, & extremos terræ terminos hæreditatem & possessionem à Patre accepit, patrimonium hoc amplissimum integrum, nec minuendum vnquam, tabulis dotalibus sanguine suo obsignatis sponsæ vnicæ contulit.

Pro-

Proinde mirandum, cum S. Auguſtino, qualem veſaniam patiantur hæretici, qui præciſi à compagine Eccleſiæ Chriſti, & partem tenentes, & totum amittentes, nolunt communicare orbi terrarum, quo diffuſa eſt gloria Chriſti; cui communicat catholica Eccleſia. Etenim Chriſtianorum cum ſint hæreſes plures, atque omnes ſe catholicos velint videri, alioſque præter ſe hæreticos nominent; vna eſt Eccleſia catholica, cui hæreſes aliæ diuerſa nomina imponunt, cum ipſæ ſingulæ proprijs vocabulis, quæ negare non audeant, appellentur. Huius igitur Eccleſiæ tenenda eſt nobis communicatio, quæ Catholica eſt, & Catholica nominatur, non ſolum à ſuis, ſed etiam ab omnibus inimicis. Velint enim nolint ipſi quoque hæretici & ſchiſmatum alumni, quando non cum ſuis, ſed cum extraneis loquuntur, catholicam nihil aliud quam catholicam vocant. Non enim poſſunt intelligi, niſi hoc eam nomine diſcernant, quo ab vniuerſo orbe nuncupatur. Hæc ſola Eccleſia nos Deo ſeruat, hæc filios regno, quos generauit, aſſignat; quiſquis ab ea ſegregatus adulteræ iungitur, à promiſſis Eccleſiæ ſeparatur. Eius unitatem, qui non tenet, Dei legem non tenet, non tenet Patris & Filij fidem, vitam non tenet & ſalutem. Quocirca, inquit, ſi tibi Angelus de cælo diceret: Dimitte Chriſtianitatem orbis terræ, & tene partes Donati, (hoc eſt Lutheri vel Caluini), anathema eſſe deberet: quia te à toto præcidere, & in partem contrudere conaretur, & alienare à promiſſis Dei. Eccleſia ſponſa Chriſti eſt, vt ait idem Auguſtinus, totum poſſidet quod à viro ſuo accepit in dote. Quæcunque congregatio cuiuslibet hæreſis in angulo ſedet, concubina eſt, non matrona; iactet ſe cum ſpuria prole contra Eccleſiam, & ancilla procax dominæ conuitia & iniurias ingerat; eijcietur tamen cum filiis ſuis, qui vtcunque nunc Chriſti patrimonium ſibi arrogent, hæredes cum filijs liberæ numquam erunt. Neque enim Deum Patrem habere poteſt, qui non habet Matrem Eccleſiam.

Et ne quis hanc Matrem fidelium, Arcam ſalutis, & Chriſti Tabernaculum ignorare poſſet, in Sole illud poſuit, deditque in lucem gentium: atque vt Dei ciuitas conſpicua appareret omnibus, in montis vertice eam eminere voluit. Quomodo enim gentes in tenebris & vmbra mortis ſedentes ad eam conuerterentur, ſi veritatis luce extincta errorum nox ipſam oppreſſiſſet; vel admota Diogenis laterna in angulis eſſet quærenda? Eccleſiarum origines euoluenti omnium ſæculorum exempla occurrunt, quam fidei & religionis matricem & magiſtram ſingulæ agnoſcant. Taceo Britanniam, quatenus Angli, Saxoneſque noſtri eam occuparant, S. Gregorij Magni apoſtolatu per Auguſtinum ſocioſque Monachos Euangelij luce per-

fusam. Cogita Saxoniam nostram Cismarinam cum Prouincijs vicinis ad intimum Septentrionem porrectis, & extremam Thulen, S. Anscharij prædicatione Catholicæ Ecclesiæ adiectam. Cogita reliquam Transrhenanam Germaniam, quæ extra veteris Romani Imperij limitem fuit, Bonifatij, Willebrordi, Suiberti, & Wilhadi, aliorumque sanctissimorum hominum labore, & industria ad catholicæ fidei agnitionem, & Ecclesiæ vniuersalis communionem perductam. Nunquid ea tunc inuisibilis latebat Ecclesia, quæ Apostolicos viros prædicationis munere legitime instructos eo misit? quæ recens fundatis ecclesijs Episcopos ordinauit? quæ ritus legesque ecclesiasticas, omnemque disciplinam sacram ijsdem tradidit? Si recentiora tempora spectemus, miraculo euidenti non caruit, quod auorum memoria de America, de vltima Africæ ora, & de Indiæ remotissimis Prouincijs Insulisque factum scimus. Subtraxerat Ecclesiæ Catholicæ veritatis hostis Prouincias & Regna, quæ ad Septentrionem vergunt, & vniuersalis Ecclesiæ membra non ita pridem nobilissima in partes sectasque varias discerpserat; ita vt Christi patrimonium non exigua parte mutilatum videri posset: cum repente veritatis Sol, cui peruersum & obstinatum animum homines factiosi occluserant, Prouincijs quas dixi remotissimis, & dira barbarie efferatis exoritur, suoque lumine longe lateque omnia perfundit: vbi nunc Regna, & Prouinciæ propemodum infinitæ Christi iugo colla submiserunt; & religio catholica per Metropoles, Episcopatus, Academias celeberrimas, & religiosorum hominum Collegia infinita, lætissima propagine diffusa floret. Quis vero nescit, quibus auspicijs, qua auctoritate, quorum opera & ministerio id factum? Neque enim ex latebris noui & incogniti prædicatores emersere, quod auorum memoria apud nos contigisse scimus; sed Pontificum, Regumque Catholicorum studio agmina operariorum ad nouam messem, ex Catholicæ Ecclesiæ gremio fuere submissa. Neque nunc obscurum vlli est, vnde Missionarij ad fidei Catholicæ reliquias inter hæreticos & schismaticos tuendas, vel veritatem de integro apud infideles propagandam submittantur, qui omnium nationum Collegia, non solum Romæ, sed per cæteras omnes Orbis Prouincias, etiam in Iaponia, sub primo Solis ortu à Pontificibus Romanis fundata non ignorat. Hoc Catholicæ Ecclesiæ studium, hanc Pontificum, hanc Cardinalium curam vel præcipuam hic esse sciunt, qui sine odio & inuidia res Romanas inspiciunt. Neque eam inanem esse nostro hoc tempore patitur Deus, quum non ita pridem certo nuntio ex Oriente perlatum sit, Sinarum Regem cum familia & nobilitate præcipua, Christi fidem suscepisse, Principumque exemplo myriades hominum

passim

passim ad baptismum properare: ita vt competentibus catechizandis vix omnes per Europam Sacerdotes, si eò mitterentur, suffecturi videantur.

Denique Apostolicam eandem Ecclesiam symboli definitione profitemur, eo quod originem, & successionem ab Apostolis continua serie deductam vsque in finem seruet. Constat enim, inquit Tertullianus, quod Christus Iesus Dominus noster duodecim Apostolos, quos hæc appellatio missos interpretatur, lateri suo adlegerit, destinatos nationibus Magistros, ad Patrem regrediens iussit ire, & docere nationes tingendas in Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum. Tum etiam quod Apostoli consecuti promissam virtutem Spiritus sancti ad virtutes & eloquium, primo per Iudæam contestata fide in Iesum Christum, & Ecclesijs institutis, dehinc in Orbem profecti, eandem doctrinam eiusdem fidei nationibus promulgauerunt; & proinde Ecclesias apud vnamquamque ciuitatem condiderunt: e quibus traduces fidei, & semina doctrinæ cæteræ exinde Ecclesiæ mutuatæ sunt, & quotidie mutuantur, vt Ecclesiæ fiant, ac per hoc & ipsæ Apostolicæ deputantur, vt soboles Apostolicarum Ecclesiarum. Omne enim genus ad originem suam censeatur necesse est. Itaque tot ac tantæ Ecclesiæ vna est illa ab Apostolis prima, ex qua omnes; & sic omnes primæ, & omnes Apostolicæ, dum vnam omnes probant vnitatem. Constat proinde omnem doctrinam, quæ cum illis Ecclesijs Apostolicis, matricibus & originalibus fidei, conspirat, veritati deputandam; id sine dubio tenentem, quod Ecclesia ab Apostolis, Apostoli à Christo, Christus à Deo suscepit. Reliquam vero omnem doctrinam de mendacio præiudicandam, quæ sapiat contra veritatem Ecclesiarum, & Apostolorum, & Christi, & Dei. Hæc ille.

Vnde facile perspexi, Septentrionalem nostram Ecclesiam, quamdiu eam fidei doctrinam & ordinationem retinuit, quam Sancto Anschario prædicante ab Apostolica Sede susceperat, vere Catholicam, vere Apostolicam fuisse; quippe ab Apostolico viro fundata, cui petente Ludouico Pio Gregorius IV. Sedis Apostolicæ Præsul ante Corpus & Confessionem S. Petri, publicam gentibus Septentrionalibus euangelizandi auctoritatem tribuerat. Sed cum post annos paulo minus DCC. eædem Prouinciæ per Lutheri emissarios, quorum præcipuus apud nos fuit Ioannes Pomeranus, in partem sectamque peculiarem pertraherentur; & noui isti prædicatores, veteri fide & disciplina partim abrogata, partim interpolata, Ecclesias Cathedrasque Episcoporum, qui vel exilio vel carcere mulctati decesserunt, inuaderent; & homines à seipsis orti, nouo more, sine Epi-

ſcopali ordinatione collegas & ſucceſſores ſibi conſtituerent; dubium non eſt, quin Apoſtolicæ ſucceſſionis ſerie interrupta eadem Eccleſia ex Catholica & Apoſtolica in hæreticam Lutheranam conuerſa fuerit: vti etiam Ciſalbiana veſtra, quam à Suiberto & Wilhado Gregorii II. & Hadriani I. Apoſtolicorum Præſulum auctoritate fundatam, eadem peſtis poſtea afflauit, & ſubuertit.

Dixi Eccleſias noſtras Septentrionales Apoſtolicæ doctrinæ propaginem ex Romana accepiſſe, quam Apoſtolicam fuiſſe, atque etiam nunc eſſe, nemo vnquam ſanus dubitauit: quinimo vt omnium Apoſtolicarum maxima & antiquiſſima, honoris prærogatiuam præcipuam ſemper obtinuit. Eius potentiorem principalitatem ſtatim poſt Apoſtolorum tempora agnouit Irenæus. Eam ſtatu felicem pronunciat Tertullianus, cui totam doctrinam Apoſtoli cum ſanguine profuderunt; atque inde Africanis quoque Eccleſijs ſuam auctoritatem præſto fuiſſe teſtatur; eo ſcilicet, quod doctrinam fidemque ex ea acceperit, ideoque vt Matrem & Magiſtram coluerit vniuerſa Africa. Hanc Petri Cathedram atque Eccleſiam principalem; hanc Eccleſiæ Catholicæ radicem & matricem agnoſcit Cyprianus. In ea ſemper Apoſtolicæ Cathedræ principatum viguiſſe affirmat Auguſtinus. Vnde vniuerſa antiquitas hanc Sedem Apoſtolicam proprio & abſoluto nomine ſemper appellauit, & Epiſcopo ipſius Domni Apoſtolici titulum peculiarem tribuit. Ex ea vnitas ſacerdotalis exorta eſt, teſte Cypriano: quia Chriſtus, vt ſanctus ille martyr loquitur, ſuper vnum Petrum ædificat Eccleſiam ſuam, & illi paſcendas mandat oues ſuas; & vt vnitatem manifeſtaret, vnam Cathedram conſtituit, & vnitatis eiuſdem originem ab vno incipientem ſua auctoritate diſpoſuit. Et in pari conſortio honoris & poteſtatis, præ cæteris Apoſtolis primatus Petro datur, vt vna Chriſti Eccleſia, & Cathedra vna monſtretur.

Ob hunc primatum, ſiue potentiorem principalitatem Romanæ Sedis, neceſſe eſt ad eam omnem conuenire Eccleſiam; hoc eſt, eos qui ſunt vndique fideles, vt iam olim pronuntiauit Irenæus: ita vt catholicus cenſeri nullo modo poſſit, qui eius Eccleſiæ communione non fruitur. Hanc Petri vnitatem qui non tenet, inquit Cyprianus, tenere ſe fidem credit? qui Cathedram Petri, ſuper quam eſt Eccleſia fundata, deſerit, in Eccleſia ſe eſſe confidit? Nec quenquam latere poteſt hiſtoriæ Eccleſiaſticæ paulo peritiorem, quam ſolicite olim Orientalium Eccleſiarum Epiſcopi de ſtatu ſuo periclitantes, Romanæ Sedi fidem ſuam probare ſtuduerint, eiuſque exambierint communionem; vt Eccleſias, vel ſaluas retinerent, vel amiſſas recuperarent. Hanc primam Sedem ob eundem primatum nullius inferioris

iudi-

iudicio obnoxiam cæteræ omnes iudicem ſupremam in cauſis Eccleſiaſticis agnouerunt; ad eam à Conciliorum vel collegarum ſententijs prouocarunt; iniurijs pulſati eius popoſcerunt auxilium, quod Petrus & Athanaſius Alexandrinæ, Meletius & Paulus Antiochenæ, Paulus & Ioannes Chryſoſtomus Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ Patriarchæ efficax & opportunum experti ſunt. E contra Dioſcorum Alexandrinum ideo ab vniuerſo Chalcedonenſi Concilio damnatum depoſitumque legimus, quod excommunicationis ſententiam Sancti Leoni intentans, primam Sedem iniuria contumeliaque affeciſſet. Hunc primatum Chriſtianiſſimi quique Imperatores agnouerunt. Ideoque Theodoſius maior Nectarij Patriarchæ Conſtantinopolitani electionem, quamuis ab vniuerſali Concilio Conſtantinopolitano factam, à Sede Romana confirmari voluit; eique formatam à Damaſo Papa regulariter dirigi popoſcit, vt teſtatur Bonifatius Papa I. Eodem modo iunior Theodoſius cum Proclum ex Cyzicena Eccleſia ad Conſtantinopolitanam transferri cuperet, prolatis Cæleſtini Papæ I. literis, quibus eam translationem pridem probarat, facile ſuo deſiderio potitus eſt.

Sed cum tu noſtro tempore Græcos Romanæ Sedis primatu iure offendi exiſtimes, mox Orientalis Eccleſiæ mentem accuratius perueſtigatam explicabo: vnum interim addam; ſupremam ſemper fuiſſe Sedis Romanæ auctoritatem in conuocandis dirigendiſque Epiſcoporum Concilijs, quibus vel ipſi Pontifices per ſe, vel per Legatos à latere miſſos, vel per diœceſium Primates, Vicarios ſuos, præſidebant; cuiuſmodi Vicariatu per Illyricum Theſſalonicenſem, per Gallias Arelatenſem, per Hiſpaniam Tarraconenſem & Bracarenſem olim functos fuiſſe, indubitatæ antiquitatis teſtimonijs conſtat. Quali etiam poſtea per Germaniam Bonifatius Moguntinus, per Septentrionem Anſcharius, eiuſque aliquandiu ſucceſſores; per Angliam Cantuarienſis, alibi alij ex veteri inſtituto ac priuilegio fungebantur. Nec minus abſoluta fuit Epiſcopi Romani in Conciliorum decretis vel confirmandis vel reprobandis auctoritas; quod Conſtantinopolitani I. Epheſini, & Chalcedonenſis generalium Conciliorum Synodicæ ad Damaſum, Cœleſtinum, & Leonem Magnum perſpicue docent. Hæc qui in tanta ſacræ eruditionis luce vel negare, vel ſophiſmatum tenebris obfuſcare auſit, ei vel iudicium, vel pudorem omnem deperijſſe dixerim. Quamuis tu Hildebrandicis dictatis hæc accenſere non verearis, & quaſi noua fidei dogmata ad catholici nominis inuidiam exagites. Sed cum hac etiam parte à R. P. Ebermanno in Moguntinis diſputationibus ſatis tibi neruoſe reſponſum ſciam, hoc interim Catone contenti erimus.

Hæc;

Hæc, quam exposui, rationum summa est, cur Romanam Ecclesiam pro Vna illa, Sancta, Catholica, & Apostolica agnouerim, quam fidei Symbolo profitemur; & cur eius gremio atque communioni tuto me commiserim. Vnde vice versa omnes extra eam Congregationes, quocunque demum reformationis nomine glorientur, aut quacunque puritatis specie sibi blandiantur, vt hæreticorum latibula detestor: eaque vt nullum nunc cum catholica Ecclesia in terris militante, ita neque in posterum cum triumphante in cælorum regno partem habitura certissime credo.

Verumenimuero illud vehementer miror, quod cum hoc ad Ecclesiam catholicam accessu omnibus eius per vniuersum Orbem membris me coniunxerim, tu contra ab iisdem me separatum existimes: eaque in re quam rationem sequaris, me non satis perspicere ingenue fateor. Nisi quod tu Ecclesiam ex diuersis Sectarum factionibus ita vnum in corpus conglutinatam existimas, vt quamuis omnes catholicæ e diametro aduersentur, inter se tamen occulto aliquo symbolo aut sympathia arcana, ipso scilicet catholicæ veritatis odio, ita sint colligatæ, vt qui vnam neget, omnes neget. Sed cum purus putus Lutheranismus, tua quidem opinione, angustissimis limitibus contineatur, vna scilicet & altera Saxoniæ nostræ præfectura; quotam quæso ille Orbis partem occupat, vt cum Catholicorum regionibus, Italia, Gallia, Hispania, Polonia, Germrniæ & Belgij parte maxima, tum vero cum America, India Orientali, & latissimis Africæ Regnis, denique cum Græcia, & Oriente, quarum maxima pars in catholica communione etiam hodie persistit, comparari queat?

Neque vero cum Lutheranismo caritatem & tolerantiam Christianam simul eiuraui, vt tu suspicari videris; eo quod cum Sectæ omnes mutuo se scabant ferantque inuicem, soli Catholici cæteros omnes diuersa sentientes anathemate defigant. Non ego Augustanam Confessionem hic tibi opponam, vbi fere omnium articulorum epiphonema est: Et damnamus secus sentientes: hoc dicam; cum nulla sit communicatio lucis cum tenebris, Christi cum Belial; cur veritatem catholicam amplexus hæreticorum oppositionibus contra vniuersalia, hoc est, ab omnibus, semper, & vbique credita dogmata, anathema dicere verear? Paulus fidem Galatis semel traditam non alio munimento securam præstari posse existimabat, quam vt aliter docentibus anathema intentaret; idque non solum quibusque de vulgo præconibus, sed etiam Apostolis, & Angelis ipsis. Ecclesia hortus ille est conclusus, ex Canticis, ad quam hæresi aditus non patet: hæc vinea euangelica, quam Dominus ab operarijs probe

ex-

excultam, plantisque fructiferis consitam, ad fures ferasque siluestres arcendas sepe circumdedit. Et tu miraris, si maceriem illam sartam tectam conseruare omni ope studeat, si dirui perfodique prohibeat is, quem vineæ suæ Dominus suprema cum auctoritate præposuit? Profecto vt erroris in se, ita iniquitatis in nos rei sunt, qui cum terminos à Patribus constitutos pro libitu mouere, limites confundere, fines exarare, siluam non suam cædere, in alienam messem falcem immittere, peruerso & pertinaci animo palam audeant; vim sibi & iniuriam fieri queruntur, si alieno prohibeantur, si iuris violati postulentur.

Sed tu intra Symboli articulos catholicæ veritatis terminos stare existimas, quæ illo expresse definita non sunt, nullam certam credendi legem, sed promiscuam habere sentiendi licentiam; quæ nouis Ecclesiæ definitionibus constringi coarctarique non debeat. Sed minime nouum hoc aut insolens effugium. Nestorius cum temeratæ veritatis catholicæ accusaretur, fidei Symbolum obtendebat, quod Θεοτόκον vocem non agnosceret; illud se profiteri aiebat. Sed Cyrillus id satis esse negat: nam etsi Symbolum voce tenus profiteri videretur, non tamen recte illud ipsum intelligere, neque syncere, sed peruerse & præpostere interpretari. Ideoque necessum esse, vt ea omnia scriptis execraretur, & anathematizaret, & publice abiuraret, quæ scelestе, & profane hactenus ipse senserat, aliosque docuerat: eumque in finem duodecim anathematismos eidem præscribit, quibus errorem suum execraretur. Hisce anathematismis Cyrilli non solum Nestorius alios XII. e diametro pugnantes opposuit; sed Ioannes Antiochenus cum asseclis eosdem vt hæretica impietate refertos damnauit. Theodoretus quoque & suo & Orientalium Episcoporum nomine, contradictionibus totidem impugnauit. Stetit tamen immobilis catholica veritas, & Cyrilli anathematismos eidem stabiliendæ scriptos, vniuersa Dei Ecclesia approbauit, vtcunque principio noui durique multis viderentur.

Hoc vnum namque, vt Vincentius Lirinensis iam olim dixit, omni industria semper studuit Ecclesia catholica, vt vetera fideliter sapienterque, si qua sunt illa antiquitus informata & inchoata, accuret & poliat; si qua iam expressa & enucleata, consolidet & firmet; si qua iam confirmata & definita, custodiat. Imitatur enim animarum religio rationem corporum; quæ licet annorum processu numeros suos euoluant & explicent, eadem tamen quæ erant permanent. Easdem profectuum leges Christianæ religionis doctrina sequitur, vt annis scilicet consolidetur, dilatetur tempore, sublimetur ætate; incorrupta tamen illibataque permaneat: cum nihil propterea in

dogma-

dogmatibus permutationis admittat; nulla proprietatis dispendia; nullam sustineat definitionis varietatem. Fas est enim, vt prisca illa cælestis Philosophiæ dogmata processu temporis excurentur, limentur, poliantur; sed nefas est vt commutentur, nefas vt detruncentur, vt mutilentur. Accipiant licet euidentiam, lucem, distinctionem; sed retineant necesse est plenitudinem, integritatem, proprietatem. Nullius ergo nouitatis insimulanda est Ecclesia, sedula & cauta depositorum apud se dogmatum custos, si subinde hæreticorum nouitatibus excitata, Conciliorum nouis strictioribusque decretis veterem fidem asserere, & à corruptelis vindicare enisa fuerit, etiam sub anathematis denuntiatione. Quo illud tantum perfecit, vt quod antea simpliciter credebatur, postea crederetur diligentius: quod antea lentius prædicabatur, hoc idem postea instantius prædicaretur: & quod ipsa prius à maioribus sola traditione acceperat, hoc deinde posteris etiam per scripturæ chirographum consignaret. Neque vero hæreticorum hic curanda est oblocutio, neque eorum in gratiam vel apex vnus de rectis fidei decretis demendus vel mutandus. Nam si semel admissa fuerit hæc licentia, quis non videt, quantum exscindendæ atque abolendæ religionis periculum consequatur? Abdicata enim qualibet parte catholici dogmatis, aliæ quoque atque item aliæ partes iam quasi ex more & licito abdicabuntur; ita vt nihil posthac apud Ecclesiam relinquatur intactum, nihil illibatum, nihil integrum. Hæc auctoris tibi notissimi sensu verbisque paulo prolixius exposui, quia plane ad rem nostram faciunt. Nolles enim Lutheranis omnem pro libitu sentiendi licentiam strictis illis Concilij Tridentini decretis ademptam, in multis fidei dogmatibus, quæ cum eorum confessione vel hypotyposi non congruunt. Sed idem reliqui omnes Sectarij conquerentur. Omnibus ergo ex æquo gratificandum erit? siccine vero sacrum illud fidei depositum integrum illæsumque posteris seruaretur?

Sane nullam maiorem Tridentinis Patribus curam fuisse scio, quam vt omnia ipsorum decreta ad primitiuæ antiquitatis sententiam exactissime conformarentur: quod quamuis te contra Veneti fannionis & Spalatensis Apostatæ opinionem ægre crediturum sciam; crederes tamen, si Gulielmi Sirleti, tunc Vaticanæ Bibliothecæ Præfecti, epistolarum volumina mecum hic inspexisses; quibus ille singulis fere septimanis ad Marcellum Ceruinum, Seripandum, aliosque Concilij præsides Cardinales prolixe perscribebat, quæcumque de singulis fidei capitibus ex Sanctorum Patrum, præsertim Græcorum operibus, tunc maximam partem ineditis, diurno nocturnoque studio colligere poterat: eaque opera præcipue purpuræ dignitatem meruit.

meruit. Et sane præclara est, & in publicum proferri operæ pretium foret: appareret enim omnibus perspicue, quam diuersos totoque cælo distantes polos spectarint Augustanæ confessionis Concordiæque auctores, atque ex aduerso Tridentini Patres auitæ fidei defensores. Namque hic, solam cælestis veritatis cynosuram respiciens,

semper sublimis; at illum
Sub pedibus nox atra videt, manesque profundi.

Sane qui tuas aduersus catholicam fidem disputationes recte expendunt, eamdem plane litem Ecclesiæ te mouere facile perspiciunt, qua Pyrrhonij dogmaticos olim exercuerunt. Nam sceptici, vt acatalepsiam & epochen suam tuerentur, etiam certissima sapientum decreta vocabant in dubium, adeoque omnia indefinita & incomprehensibilia pronuntiabant: neque enim magis hoc, quam illud esse; & omni rationi rationem æqualem opponi posse existimabant. Eodem modo cum sacra antiquitate agis: nulla tam clara & certa sunt Sanctorum Patrum dogmata, nulla tam sancta Conciliorum decreta, quæ non conuellantur ratiunculis vel ex dubio aliquo, vel male intellecto, aut perperam explicato loco deductis. Ita nunc omnis veterum Theologia mera tibi scepsis est; adeoque largiter peccasse putas Ecclesiam, quæ accepta à Patribus dogmata, ab hæreticorum peruicacia anathematis denunciatione vindicanda censuerit; in quibus scilicet leuia & exigui momenti permulta tibi videntur, quæ utrum credas, aut non credas, vel quo pacto credas, parum intersit.

In his primo loco ponis Purgatorium, cuius non solum res, sed & nomen ipsum nostros homines vehementer offendit; ideoque non minores ob sublatum Purgatorium Luthero gratias se debere existimant, quam Lucretius Epicuro suo,

qui, cum vita iaceret
In terris oppressa graui sub religione,
Primum Graius homo mortales tollere contra
Est oculos ausus, primusque obsistere contra.

Docuitque suos asseclas,

Vt metus ille foras præceps Acherontis agendus
Funditus, humanam qui vitam turbat ab imo.

Sed vtcunque illis explodendum videatur hoc dogma, certum est, antiquissimum & vniuersale semper fuisse in primitiua Ecclesia; ideoque non sine ratione Concilium anathemate id stabiliendum duxit: cum triplici ex capite veritas eius asseratur. Primo ex sacris literis, Matth. 5. vbi carceris nomine appellatur, in quo satisfiat vsque ad nouissimum quadrantem; tum prima ad Corinthios 3. vbi quosdam ita saluos futuros scribit Apostolus, quasi per ignem. Nititur

deinde auctoritate præcipuorum Doctorum Ecclesiæ tam Græcæ, quam Latinæ, qui prædicta loca Scripturæ vnanimi consensu de Purgatorio sunt interpretati. In Græcis agmen ducunt S. Basilius, ad caput 9. Isaiæ hac de re prolixe agens; & libro de Spiritu sancto ad Amphilochium cap. 15. Gregorius Nazianzenus & Nyssenus in diuersis orationibus. Basilius Seleuc. orat. 4. de Dauide. Isidorus Pelus. lib. 5. epist. 350. & Ioannes Chrysostomus tom. 6. serm. pro defunctis, hom. 21. in Acta, & hom. 3. in epist. ad Philippenses: quæ loca Io: Matthæus Caryophilus Iconiensis Antistes Zachariæ Gergani græculi nugis erudite opponit. Cum Doctoribus Græcis paria faciunt Latini. S. Ambrosius in locum Apostoli 1. Cor. 3. & Hieronymus in 4. cap. Amos. Augustini autem loca omnia vel obiter indicare prolixum foret: cum neminem antiquorum plura, vel clariora hac de re scripsisse constet, vt vnus instar omnium esse possit. Tertia ratio est analogia fidei, & sensus perpetuus vniuersæ Ecclesiæ in precibus & oblationibus incruenti sacrificij pro defunctis offerendis; quod & ipse aliquoties te affirmantem audiui: hæc autem vana & irrita essent, nisi animas tali in statu & loco commorari credidisset antiquitas, vbi Ecclesiæ suffragijs sublevari possent. Tum etiam in veteris pœnitentiæ disciplina idem Ecclesiæ sensus elucet, quæ vindictam peccati ne ijs quidem, qui in extremo vitæ discrimine reconciliabantur, indulgendam censuit; sed sanitati restitutos, Deo & fidelium societati pœnitentiæ squalore satisfacere voluit. Ab hac igitur perpetua vniuersæ antiquitatis sententia cur nunc demum Ecclesia recedat, vel hæreticorum proteruiæ proculcandum relinquat dogma omnium Doctorum auctoritate stabilitum? Concilium veritatem catholicam caute & prudenter decreto suo contra fidei subuersores asseruit: simulque malas artes eorum, qui ex pietate quæstum faciunt, & populi simplicitati illudunt, proscripsit: ita vt quid ab homine Christiano veritatis, ac pietatis amante, tam in ipso dogmate, quam Concilij decreto desiderari possit, non videam; modo nouitatis & partium studium animus non præpediatur.

Eadem leuitate anathema infligi putas ijs, qui septem Sacramenta non confitentur. Sic dic sodes, cur Ecclesia catholica non damnet eos, qui duobus solis vtcumque retentis, cætera quinque vel expungunt, vel Sacramentorum nomine indigna existimant? Tu negare non potes, Latinos pariter & Græcos septenarium numerum agnouisse à quinque retro seculis. Vnde autem hanc sententiam vtrique Ecclesiæ subortam existimas eo tempore, quo Græcorum schisma aduersus Latinos maxime feruebat? Quis eos nullas non dissidiorum causas aucupantes hac in parte Latinis tum coniunxit? Vnde

hanc

hanc vtriusque Ecclesiæ obseruationem non nisi ex primitiua & Apostolica traditione acceptam, & perpetuo vsu ad nostra vsque tempora deriuatam esse necessario sequitur. Neque opus est, ut prolixius agam post eruditissimum, laudatissimumque opus Petri Arcudij Lutetiæ editum, quo consensus Græcæ Ecclesiæ cum Latina tam solide ostenditur, vt nemo hactenus, quod sciam, contra hiscere ausus fuerit. Si ergo Angelo de cælis, nouum quid præter semel ab Apostolis tradita prædicanti, anathema intentet ipse Paulus; cur nos tam profane in Ecclesiæ Sacramenta grassantes anathemati subijcere dubitemus? Præcipua hæc diuinæ gratiæ instrumenta vniuersa Dei Ecclesia semper agnouit, semper exercuit: & nunc demum post quatuordecim seculorum vsum ea nouatoribus tollere & proculcare impune licebit? Nam vt firmissimum illum etiam nostro seculo vtriusque Ecclesiæ consensum taceam; sane Confirmationis, Pœnitentiæ, Ordinis, cæteraque Sacramenta tam perspicue & constanter proxima Apostolorum temporibus Ecclesia credidit & exercuit, vt nostro demum seculo sine manifesto impietatis crimine abrogari, negari, & violari non potuerint. Mihi controuersias post tot eruditos Theologos retexere, animus non est: id breuiter ostendam, nullo modo me reprehendendum, quod antiquitatis sententiam perpetuam nouis dogmatibus prætulerim.

Confirmationis Sacramentum ab Apostolis traditum omnis antiquitas semper & vbique tenuit: contra Nouatiani id negantes & negligentes, omnium calculo sine vlla controuersia & exceptione, nouatores & hæretici habiti. Quæro ego, si tum receptissimum per omnem Ecclesiam Sacramentum fuit, cur nunc vt figmentum nullo veritatis fundamento nixum expungitur? Et si Nouatiani id explodentes olim omnium calculo fuerunt hæretici, quomodo Lutherus, Caluinus, cæterique sectarum patroni nunc eundem errorem errantes, ab hæresi immunes? Ad hæc; si olim Ecclesia vniuersa Nouatianos iure damnauit ob violatum, aut neglectum hoc Sacramentum, ideoque non nisi Chrismate confirmatos ad communionem eos recipi voluit; cur hodie temerariæ leuitatis notam meretur, si nouatores idem Sacramentum exsibilantes anathemate defigat? Proinde miror qui nam tu contra Moguntinos §. 108. ferreæ frontis hominem pronunciare audeas, qui dixerit; siue ex scriptnra, siue ex consensu antiquitatis demonstrari posse, Sacramentum Confirmationis, quali nunc Ecclesia Catholica vtitur, à Christo institutum esse. Ego vero non sine manifesta impietate in dubium vocari existimo, quin Apostoli, quod ipsi fecerunt, quodque vniuersæ Ecclesiæ faciendum tradiderunt, à Christo Magistro acceperint. Cum ergo vniuersa Eccle-

ſia inde à principio Confirmationis Sacramentum ab Apoſtolorum inſtituto ſe accepiſſe, & eorundem exemplo exercuiſſe fateatur; indubie ſequitur, Confirmationem illam à Chriſto per Apoſtolos inſtitutam, non poſtea ſubintroductam fuiſſe. Ab ipſis autem Apoſtolis Eccleſiæ traditum fuiſſe euidentiſſime patet. Etenim Clemens Alexandrinus libro, Quis diues ſaluandus, apud Euſebium hiſt. Eccleſ. lib. 6. cap. 35. & ipſe liber Clementis ſub falſo Origenis nomine non ita pridem à Giſlerio editus, iuuenem quendam à Ioanne Euangeliſta Epiſcopo cuidam Aſiatico commendatum commemorat; cui baptiſmate illuminato Epiſcopus ſignaculum Domini, vt perfectam tutelam, contulit. Quo loco Baptiſmum & Chriſma, vt diuerſa Sacramenta à Clemente poni, ex ſimili loco Stromat. lib. 2. certiſſimò apparet. Hinc Clementis diſcipulus Origenes ad Rom. 6. Baptiſmum & Chriſma conferri ſcribit, ſecundum typum Eccleſiæ traditum: & Cornelius Papa apud Euſebium lib. 6. cap. 35. Nouatum, cum in morbo baptizatus eſſet, poſtea conſecutum negat cum cætera, quæ Baptiſmum ſequuntur, κατὰ τὸν τῆς Ἐκκλησίας κανόνα, hoc eſt, iuxta Eccleſiæ canonem, tum Epiſcopalem obſignationem. Dic quæſo, à quo typum, vel canonem illum, ſeu regulam Eccleſiæ traditam putas, niſi ab ipſis Apoſtolis? Sane Cyprianus Carthaginenſis Epiſcopus in Africa, eodem tempore ab Apoſtolis deducit, quod baptizati Eccleſiarum Præpoſitis confirmandi offerebantur: vt per noſtram, inquit, ordinationem, & manus impoſitionem, Spiritum ſanctum conſequantur, & ſignaculo Domini conſummentur. Cypriani mente & verbis loquitur Auguſtinus lib. 15. de Trinit. c. 26. Nemo diſcipulorum dabat Spiritum ſanctum; orabant quippe, vt in eos veniret, quibus manus imponebant; non ipſi eum dabant: quem morem in ſuis Præpoſitis etiam nunc ſeruat Eccleſia. Nec minus perſpicue S. Hieronymus dial. contra Luciferianum cap. 4. Quod ſi hoc loco quæris, inquit, quare in Eccleſia baptizatus, niſi per manus Epiſcopi non accipiat Spiritum ſanctum? diſce, hanc obſeruationem ex ea auctoritate deſcendere, quod poſt aſcenſum Domini, Spiritus ſanctus ad Apoſtolos deſcendit. Cui deinde locum ex Actorum cap. 8. ſubiungit: quo etiam Innocentius I. celebri illa epiſtola ad Decentium Eugubinum vtitur, vt recens baptizatorum obſignationem ſolis Epiſcopis permiſſam doceat. Nunquid tot taleſque viri ferreæ tibi frontis videntur?

Sed quod tu fruſtra Apoſtolicam illam & miraculoſam manuum impoſitionem allegari exiſtimas ad hodiernam, vt ais, Pontificiam confirmationem, eo non minus iniurius es in ſecula primitiua, & omnes quos laudaui Eccleſiæ Doctores, quam in hodiernam Roma-

nam

nam Ecclesiam: cum iam illo tempore visibilis ista & miraculosa donorum effusio cessauerit. Ideoque vnus Augustinus reliquorum nomine tibi respondeat, tract. 6. in Epist. S. Ioannis: Nunquid modo, quibus imponitur manus, vt accipiant Spiritum sanctum, hoc expectatur, vt linguis loquantur? aut quando imposuimus manum istis infantibus, attendit vnusquisque vestrum, vtrum linguis loquantur? &cum videret eos linguis non loqui, ita peruerso corde aliquis vestrum fuit, vt diceret, non acceperunt Spiritum sanctum? Vides hanc peruersi cordis assertionem à S. Augustino iam olim explosam, cuius tempore miracula illa non minus, quam nunc cessarant. Neque tamen Confirmationis Sacramentum ideo de Ecclesia tollendum censuit, quod nouatores postea fecerunt.

Eo autem rerum catholicarum plane te imperitum ostendis, quod nullam prorsus manus impositionem in hodiernæ confirmationis Sacramento adhiberi affirmare non verearis. Ecclesia catholica nihil ab antiquo ritu mutauit, qualem S.Gregorij Magni Sacramentorum liber iam olim descripsit, eundem Pontificale Romanum totidem verbis nunc retinet; scilicet, vbi confirmandi ad Episcopum perducti coram eo in genua procumbunt, ibi leuata manu sua super capita omnium dicit: Omnipotens sempiterne Deus, &c. emitte in eos septiformem Spiritum tuum sanctum, &c. Eandemque orationem Ambrosius lib. 3. de Sacramentis cap. 2. iam suo tempore in Confirmatione adhiberi solitam docet. Vnde manifestissime apparet, quam tu frustra inter veterem, & hodiernam Confirmationem, tum etiam inter diuersarum Ecclesiarum ritus discrimen fingas, quæ viris doctis in ecclesiastica antiquitate probe versatis non nisi commiserationem exprimunt.

Sed cum omnia persequi, neque huius loci, neque mei sit instituti, addo quod in hac quæstione præcipuum & palmarium est. Tu Confirmationem meram cæremoniam, eamque liberam & indifferentem Baptismo olim coniunctam fuisse affirmas: e contra veteres omnes Sacramentum hoc à Baptismo diuersum existimant, & Sacramenti nomine passim appellant. Atque ita longo temporum decursu, vsque perpetuo, à maioribus accepit, atque hodie etiam credit non solum Latina, sed & Græca Ecclesia. Tu, vbi commodum fuerit, tuæ opinionis argumenta ex antiquitate propones: ego interim pro mea, hoc est, catholica sententia, aliquot indubitata veterum testimonia afferam, quæ nullis offucijs offuscari possunt. Tertullianus diabolum Christo etiam de Sacramentis æmulatum scribit, præscript. cap. 40. quo loco præter Baptismum, & Eucharistiam, Pœnitentiam quoque, & obsignationem Chrismatis; item Ordinem, & Ma-

& Matrimonium disertissime Sacramentorum Christi nomine ac numero complectitur; vt & lib. 1. aduersus Marcionem cap. 14. præcipue autem lib. 1. aduersus Praxeam cap. 5. Vnctionis Sacramentum diserte appellat. Cum Magistro sentit & loquitur Cyprianus ep. 72. vbi hæreticorum rebaptismum propugnans ait, parum esse ijs manus imponi, ad accipiendum Spiritum sanctum; sed tunc demum plene sanctificari, si Sacramento vtroque nascantur. Sic Episcopi Concilij Africani apud eundem Cyprianum epist. 70. constituunt, De errore & prauitate venientibus dandam per omnia diuinæ gratiæ Sacramenta, vnitatis & fidei veritatem. Quibus locis Confirmationis Sacramentum expresse non solum à Baptismo distinguitur, sed eidem opponitur. S. Augustini loca multa & clarissima habentur de eodem Sacramento Chrismatis, ex quibus perspicue patet eum non cæremoniam indifferentem, vt tu ais, sed verum & peculiare Sacramentum Confirmationem existimasse; quæ lib. 2. contra Petilianum, comment. in Psal. 26. & tract. in epist. Ioannis 3. & 6. videri possunt. His duos addam antiquissimos grauissimosque Scriptores, Cyrillum Hierosolymitanum, & S. Ambrosium, vterque Ecclesiæ Sacramenta initiandis necessaria explicans, peculiari sermone de Baptismo, & alio peculiari de spiritali signaculo, quo post fontem confertur perfectio, vt de diuersis Sacramentis, agit: vt ex illius catechesi mystagogica 2. & 3. huius Sacramentorum libro 3. apparet. Neque enim pura puta cæremonia, & Baptismi appendicula, vt tu vis, specialem catechesim merebatur.

Præterea si Confirmationis Sacramentum hæreticis ad Ecclesiam reuersis Spiritus sancti gratiam confert, quam ex Baptismo mere formali extra Ecclesiam, quippe obicem diuinæ gratiæ ponentes, accipere non potuerant; mera illa secundum te cæremonia efficacior erit, potiorque ad salutem, ipso Sacramento Baptismi; atque ita Sacramenti defectus non validiori Sacramento, sed nudæ cæremoniæ accessu emendabitur: quod quam sit absurdum, & quam omni doctrinæ & disciplinæ ecclesiasticæ contrarium, quis non videt? Omitto Africanam, & Cappadociæ, vicinasque Ecclesias; quæ, vt dixi, non solo Confirmationis Sacramento, verum iteratione Baptismi prioris vitium corrigendum pertendebant: sed catholicam reliqui totius Orbis sententiam à Concilijs Patribusque expositam propono. Cyprianus partem catholicam suo argumento sic premit, epist. 76. Qui hæreticis, siue schismaticis patrocinantur, respondeant nobis, habeantne Spiritum sanctum hæretici, an non habeant? Si habeant, cur illic baptizatis, quando ad nos veniunt, manus imponitur ad accipiendum Spiritum sanctum? sed quia non habent, ideo apud nos

manus

manus imponitur, vt hic accipiant. Hinc can. 7. Laodicenus, Nouatianos eiurata hæresi catholicè instructos sancto Chrismate inungi, & sic ad sancti mysterij communionem admitti constituit. Sic Basilius Magnus celebri illa epistola canonica ad Amphilochium, probans Laodiceni Concilij sententiam contra Cappadoces, de Nouatianis conuersis statuendum ait, vt qui ab ipsorum Baptismo accedunt ad Ecclesiam, vngantur à fidelibus. Eamque Laodicenæ Synodi, & Basilij sententiam confirmauit paulo post Concilium Constantin opolitanum I. can. 7. quo etiam obsignandi & vngendi formula Græcis hodie vsitata præscribitur. Neque aliter canonem illum intellexerunt, explicaruntque Romanæ Ecclesiæ Præsules Concilio illi suppares. Siricius ad Himerium Tarrac. Arianos, inquit, nos cum Nouatianis, alijsque Hæreticis, sicut est in Synodo constitutum, per inuocationem septiformis Spiritus Episcopalis manus impositione, Catholicorum conuentui sociamus; quod etiam totus Oriens, Occidensque custodit. Similia habet Innocentius I. epist. 2. Sed omnium clarissime Leo Magnus loquitur epist. 85. Qui baptismum ab Hæreticis acceperunt, sola inuocatione Spiritus sancti per impositionem manuum confirmandi sunt; quia formam tantum Baptismi sine sanctificationis virtute sumpserunt. Hæc de Confirmationis Sacramento intelligenda quis dubitet? quo etiam nunc Ecclesia Catholica ab hæresi venientes veteri more suscipit. Veteri, inquam, more, idque non nisi per manum Episcopi. Nam vt epilogus Concilij Romani habet tom. I. Conc. Colon. pag. 255. iam ante dictos Pontifices Siluester Papa constituerat, vt Presbyterum Arianum nemo susciperet, nisi Episcopus eiusdem loci eum reconciliaret, & sacrosancto Chrismate per Episcopalis manus impositionem sancti Spiritus gratia, quæ ab Hæreticis dari non potest, confirmaret. Concilio Romano accedunt Gallicana. Arausicanæ Synodo can. I. Hæreticos in mortis discrimine positos, si Catholici esse desiderant, si desit Episcopus, à Presbyteris cum Chrismate & benedictione consignari placuit. Sic Concilium Epaonense can. 16. Presbyteros, inquit, propter salutem animarum desperatis & decumbentibus Hæreticis, si conuersionem subitam petant, Chrismate permittimus subuenire; quod omnes conuersuri, si sani sunt, ab Episcopo nouerint expetendum. Vides Confirmationis Sacramentum Presbyteris, tantum in articulo necessitatis, propter salutem animarum ab Episcopis olim permissum fuisse. Nam extra vrgentissimam necessitatem, per impositionem manus fidelibus baptizatis, vel conuersis ex hæresi, Spiritum sanctum tradere, Episcopis tantum licet, vt habet Concilium Hispal. II. can. 7. Idemque supra Cypriani & Augustini testimonio

pro-



probatum est. Et tu post Apostolorum exempla, post vniuersalem totius primitiuæ Ecclesiæ doctrinam & praxim, Sacramentum, quo illa animarum salutem conferri censuit, in cæremoniam arbitrariam & indifferentem, sine iusta Ecclesiæ censura mutari posse existimas.

Hæc de Confirmatione Sacramentorum numero asserenda paulo prolixius scripsi, vt videas quam bene ex antiquitate, sine ferreæ frontis aut plumbei cordis nota, se tueatur catholica Ecclesia, etiam vbi tu pessima causa eam niti existimas.

Multo igitur facilius reliquis Sacramenti nomen vendicatur; quorum quædam ita sunt perspicua, vbi ipsi sectæ vestræ auctores in Sacramentorum numero ea habuerint. Quod de Pœnitentia fecisse constat Melanchthonem Apologiæ Confessionis Augustanæ cap. 13. & ipsum Lutherum contra triginta duos Louaniensium articulos; tum vero catechismus minor, qui puerulis apud nos ediscendus proponitur, idem testatur: vbi inter articulum de Baptismo & Eucharistia, caput de Clauium potestate interiectum fuit. Si ergo Pœnitentia vere est Sacramentum, habens mandatum Dei & promissionem gratiæ, vt Apologia dicto loco ait, eandemque ob causam Lutherus eam Sacramentum libenter confitetur; peccant sane eius asseclæ, qui Ecclesiam catholicam eo nomine sugillant, quod non confitentes anathemate feriat.

Matrimonium quoque tacito quodam consensu Lutherani in Sacramentorum numero habent, dum perpetuo sacrum coniugij statum appellant. Et cur Sacramentum post Paulum Apostolum credere & vocare dubitet Ecclesia? Sane omnium temporum Patres & Doctores frequentissime ita appellant, quod vnius Augustini locis fere innumeris ostendi potest, præsertim ex libro de bono coniugali; vt Tertullianum libro contra Marcionem cap. 18. aliquoties Sacramenti nomen Matrimonio tribuentem, aliosque taceam.

De Sacramento Ordinis sectarum auctores Lutherus, Melanchthon, & Caluinus itidem discrepant. Ille enim cum sectatoribus Illyrico & Chemnitio, Sacramentum esse mordicus negat; duo autem posteriores in Sacramentorum numero habendum ostendunt. Ea scilicet vis est catholicæ veritatis, vt aduersariorum oculos quamuis nictitantes penetret, suaque luce percellat. Nam ab ipsis Apostolis institutam, passimque vsitatam, vt plurima sacræ Scripturæ loca testantur, vniuersa Dei Ecclesia suscepit, & pro vero atque indubitato Sacramento semper habuit Ordinationem, quæ fit per orationes, & manus impositionem ab Episcopis, quos in Apostolorum locum successisse constat. Augustinus suo tempore neminem dubitasse affirmat, quin Ordo æque Sacramentum esset atque Baptismus, dum

dum ait lib. 2. contra Parmenianum cap. 19. Ipsi explicent, quomodo Sacramentum baptizati non possit amitti, & Sacramentum ordinati possit amitti. Si enim vtrunque Sacramentum est, quod nemo dubitat, cur illud non amittitur, & illud amittitur? neutri Sacramento iniuria facienda est. Sol mero meridie clarior non est hoc Augustini testimonio, cui nullæ hæreticorum strophæ tenebras vnquam offundent. Sic Leo Magnus epist. 81. magna deuotione curandum monet, ne tantæ benedictionis Sacramentum negligenter videatur impletum. Idem epist. 87. contra bigamorum ordinationes inuehens; Quis ergo, inquit, dissimulare audeat, quod in tanti Sacramenti perpetratur iniuriam? His accedit S. Hieronymus, Vigilantium eiusque asseclas exagitans his verbis: Nisi prægnantes Clericorum viderint vxores, Christi Sacramenta non tribuunt: hoc est, vt eadem epistola loquitur, Christi ministerio arbitrantur indignos. Vnde eum Ordinationem Sacramenti nomine intelligere dubium nullum est. Adderem S. Gregorij Magni locum, omnium hac de re clarissimum, in 4. Regum cap. 5. nisi ille ob tenebras eius tempore Ecclesiæ iam offundi cæptas, vt vos quidem dicitis, intestabilis vobis haberetur, qui vix primam & purissimam audis antiquitatem? Certo credo me tam præclaris auctoribus nixum multo rectius Ordinis Sacramentum cum catholica Ecclesia admittere; quam tu cum Luthero eiusque asseclis, omnis antiquitatis hostibus, idem neges.

De Extrema vnctione habemus Iacobi Apostoli præceptum: habemus doctrinam & vsum perpetuum veteris Ecclesiæ; quam S. Anscharius Septentrionis Apostolus cum catholica fide nostris quoque Prouincijs intulit, vt ex eius vita Coloniæ nuper edita constat. Tu veniam dabis, si antiquitati fidem potius quam tibi tanta in re tribuam, & de Sacramentorum numero Ecclesiæ iudicium tuo præferam.

Tertio dicam impingis Ecclesiæ Romanæ, quod Ioannis & Christi baptismum confundentes anathemate desigat. Sed quid peccauit Concilium Tridentinum, si fidei depositum fideliter custodit, & catholicum, hoc est, vetus & vniuersale omnium seculorum, omniumque Ecclesiæ Doctorum dogma, disertissimis sacræ Scripturæ verbis innixum, à nouatorum peruersione vindicat? Quisquis Concilium eo nomine sugillare non veretur, idem sibi dictum putet à S. Hieronymo, quod Luciferiano eundem errorem erranti iam olim respondit: Ita tu peruerse religiosus, dum serui Baptismo plusquam habuit tribuis, Dominicum destruis; cui nihil amplius relinquis. Nec minus grauiter se ab Augustino, quam Petilianum, obiurgari existimet, vbi ait: Baptismus Ioannis ad Baptismum Christi non pertinet, nec

eius pars vlla vel gradus eſt; alioquin aut tunc iterabatur aqua Baptiſmi Chriſti, aut ſi Baptiſmus Chriſti tunc per duas aquas perficiebatur, minus perfectus eſt modo, quia non datur illa, quæ per Ioannem dabatur: quodlibet autem horum impium ac ſacrilegum eſt opinari. Quid igitur cum vniuerſa Dei Eccleſia damnare formidem eiuſmodi dogma, quod ad impiam & ſacrilegam opinionem viam ſternit? Nec ignoro, quam operoſe alibi contendas oſtendere, quæſtionem hanc otioſam & ambiguam eſſe, ideoque neutram in partem debuiſſe determinari à Concilio. At ſi otioſa, cur Caluinus, Melanchthon, alijque reformatores alteram partem contra SS. Patres & Eccleſiam catholicam poſt Luciferianos & Donatiſtas reſuſcitarunt, & tam pertinaciter nunc etiam vrgent? Illud vehementer miratus ſum, quod ſententiæ tuæ patronum ipſum Auguſtinum alibi producere non verearis, quo nemo acrius catholicum dogma aduerſus ſui temporis hæreſes propugnauit; vt ſolus Tridentinæ definitioni tuendæ abunde ſufficiat. Sed mihi profeſſionis meæ rationem reddere propoſitum eſt, vt non temere me antiquitatem contra nouitates, vniuerſitatem contra priuatas opiniones ſecutum oſtendam; non vt contentionis ſerram cum quoquam reciprocem.

Cæterum hiſce tanquam leuioribus, & vtcumque ferendis multo iam grauiora & plane intoleranda ſubiungis: quæ non ſolum aures Batauas ſiue Saxonicas, ſed etiam Græcas offendant. Ea ſunt, Primatus ſupra reliquam omnem Eccleſiam Pontifici Romano iure diuino aſſertus; adeoque infallibilis Spiritus ſancti aſſiſtentia eidem, vt toti familiæ Chriſti Præfecto, & Eccleſiæ ſub Chriſto Domino Capiti ſupremo, in rebus fidei totius Eccleſiæ conſilio ac nomine definiendis attributa: cui adiungis mutilationem Euchariſtiæ, ſiue communionem ſub vna ſpecie, & Miſſam ſine communicantibus; quam Lutherus angularem vocat, ipſique Diabolo adeo abſurdam & impiam viſam aſſerit, vt nocturno congreſſu validiſſime eam oppugnarit, & abrogandam eſſe Luthero planiſſime perſuaſerit: neque alia ſolemnis Liturgiæ vna cum priuata tollendæ ratio illi fuit. Quocirca quid eiuſmodi Magiſtri auſpicijs atque auctoritate Lutherani & Caluiniani reijciant, non magnopere mihi curandum exiſtimo: dummodo id cum primitiuæ Eccleſiæ vniuerſali ſenſu & praxi conueniat; quod in hiſce non minus quam præcedentibus articulis liquido oſtendi poteſt.

Nam Romanæ Eccleſiæ Primatum Græci ante Imperij diuiſionem, & poſtea florente Orientis Imperio, diu ante ſchiſma & ſecutam inde Turcicam ſeruitutem, agnouerunt. Irenæus Græcus ſcriptor potentiorem illam principalitatem Eccleſiæ Romanæ, ad quam, ait,

ait, necesse est omnem conuenire Ecclesiam, hoc est, eos qui sunt vndique fideles, non ab humano priuilegio, sed à fundatione & traditione Apostolica accersit. Nicæni Patres cum ad Romani Episcopi exemplum Patriarchalibus Ecclesijs prærogatiuas suas can. 6. confirmant, non iuris humani priuilegium, sed antiquos mores, & veterem, hoc est, Apostolicam traditionem obtendunt. Eundem Primatum confitentur Patres Synodi Constantinopolitanæ can. 3. vbi Regiæ vrbis Episcopo secundum honoris locum decernunt. In Ephesini Concilij Actis Cyrillus Alexandrinus de Nestorij hæresi recens tum exorta ad Cælestinum Papam refert, longa Ecclesiarum consuetudine persuasus, vt ipse testatur. Eidem Sedis Romanæ authentiam, hoc est supremam & liberam pro arbitrio agendi auctoritatem, & loci sui vicariam potestatem confert Cælestinus; vt sententiam, qua Nestorium circumscripserat, eo efficacius potentiusque exequatur. Vnde nam illa authentia Sedis Romanæ, ab humano an diuino Iure? Certe si S. Prosperum audiamus con. collat. cap. 41. Cælestinus Cyrillo ad exsecandam Nestorianam impietatem Apostolico auxiliatus est gladio. In eodem Concilio parte 2. act. 2. Philippus Presbyter gratulatur Synodo, quod lectis Cælestini literis sancta membra sancto Capiti se exhibuerint. Caput autem totius fidei, inquit, & Apostolorum est B. Petrus. Vides puto dignitatem Capitis, siue Primatum Ecclesiæ Romanæ B. Petro Apostolo, hoc est, iure diuino, niti: idque luculentis verbis mox idem Philippus copiosius declarans ait: Nulli dubium, immo seculis omnibus notum est, quod sanctus beatissimusque Petrus, Apostolorum Caput & Princeps, fideique columna, & Ecclesiæ Catholicæ fundamentum à Domino nostro Iesu Christo Saluatore humani generis ac Redemptore claues regni accepit, soluendique ac ligandi peccata potestas ipsi data est: qui ad hoc vsque tempus, & semper in suis successoribus viuit, & iudicium exercet. Huius itaque secundum ordinem Successor & Locumtenens sanctus beatissimusque Papa noster Cælestinus Episcopus, nos ipsius præsentiam supplentes ad hanc sanctam Synodum misit. Hæc in Actis Ephesini Concilij. Verum quæ nulli tum dubia, sed seculis omnibus nota, nostro tamen tempore vt dubia, & antiquitati incognita, vel primo loco inter absurdas Romanæ Ecclesiæ assertiones ponis, tractatu tuo contra Moguntinos §. 142. Dic bona fide, mi Calixte, cui tutius credam, tibi neganti, an affirmanti Concilio? Accedit quod Iuuenalis Hierosolymitanus ibidem act. 4. affirmat, morem fuisse inde ab ipsis deriuatum traditumque Apostolis, vt Sedes Antiochena à Romana dirigatur, & apud eam iudicetur. Vnde act. quinta sancta Synodus vltimam de Ioanne Antiocheno

ſententiam Cæleſtini iudicio reſeruat. Tunc Apoſtolicam illam ἀκολουθίαν καὶ παράδοσιν ad humanum vel diuinum ius, hoc eſt, ad Petri Primatum referendum exiſtimas? Chalcedonenſis Synodi Acta eundem Primatum Eccleſiæ Romanæ, in Petrum Apoſtolorum Principem collatum, innumeris propemodum locis confirmant. Omitto quæ in præliminaribus epiſtolis Imperatorum & Auguſtarum habentur; quod priuata vel domeſtica teſtimonia ex Occidente prolata poſſint videri; ea ſcilicet quæ epiſt. 15. 25. 26. & 33. leguntur. Sane actione 1. Beatiſſimus & Apoſtolicus Epiſcopus vrbis Romæ omnium Eccleſiarum Caput vocatur, quia nimirum Sedem Apoſtolicam gubernat. Act. 3. Dioſcorus Epiſcopatu priuatur à Leone Papa per Legatos & ſanctam Synodum, idque ope beatiſſimi & glorioſiſſimi Petri Apoſtoli, qui eſt petra, & crepido Eccleſiæ Catholicæ, & rectæ fidei fundamentum. Depoſitionis cauſam præcipuam non ſemel adducunt Patres, quod contra ipſam Sedem Apoſtolicam latrarit, & in Sanctum Leonem excommunicationem promulgare conatus ſit; hoc eſt contra ipſum illum, cui vineæ cuſtodia à Saluatore commiſſa eſt; vt habet totius Synodi relatio ad Leonem: quem vocis B. Petri interpretem omnibus conſtitutum, Concilio vt Caput membris præfuiſſe aiunt. Et quamuis act. 16. ex Conſtantinopolitani Concilij decreto, ſecundum dignitatis locum Regiæ vrbis Epiſcopo confirment, nihilominus Primatum & eximium ac præcipuum honorem Romanæ Sedi conſeruant: quod in eadem relatione Patres ita explicant, vt Apoſtolici ſplendoris radio, quo Roma fulgebat, Eccleſiam Conſtantinopolitanam illuſtrari, eiuſque bonorum participatione ditari petant. Vides vir optime, quid de Primatus Romani origine ac fundamento Orientalis Eccleſia primis quinque ſeculis crediderit, priuſquam machinationis vertigine in ſchiſmatis baratrum præceps ageretur. Nam poſt inuaſam totius Illyrici, tum etiam Siciliæ & Calabriæ iuriſdictionem Eccleſiaſticam, Conſtantinopolitanum Patriarcham Sedi Apoſtolicæ non ſolum æquare, ſed etiam præferre conati ſunt, Nilus, Barlaamus, alijque Schiſmatici, non ſolum liuore, ſed etiam imperitia, & veteris Eccleſiæ diſciplina ignoratione excæcati. Quotieſcumque tamen veritatis & vnitatis amor Græcorum animos ſubijt, eandem cum orthodoxa antiquitate ſententiam profeſſi ſunt. Vnde in Synodo Florentina ſeſſ. 25. cum Latini Primatum Pontificis ſacræ Scripturæ definitioni dictiſque Sanctorum inniti ſcripſiſſent; Græci, vt ſuis quoque Patriarchalibus priuilegijs conſulerent, addi voluerunt; Papam ſua priuilegia habere iuxta Canones, & dicta Sanctorum, ſacramque Scripturam, & acta Conciliorum. Vnde mox in decreto vnionis Primatus Pontificis iure

diui-

diuino asseritur: quippe cui in B. Petro pascendi, regendi, & gubernandi vniuersalem Ecclesiam à Christo Iesu Domino nostro plena potestas tradita sit. Hæc Græca Ecclesia ex maiorum suorum & totius antiquitatis sensu; quæ hoc loco pluribus à me asseri necessum non est.

Nec magis Græcos offendere potest Communio sub vna specie, quam ipsi æque vt Latini iam olim tenuerunt, atque etiam hodie passim retinent. Nam recens baptizatis infantibus de solo calice guttam instillant; ægrotis autem & moribundis sola panis specie viaticum exhibent; vtrisque tamen verum & integrum Eucharistiæ Sacramentum hoc modo se tradere non dubitant. Idem cæteri omnes ad Orientem & Meridiem Christiani, præsertim Abassini, antiquo & perpetuo suæ Ecclesiæ more faciunt. Neque Eucharistiam mutilari existimauit antiquitas, cum fidelibus particulas panis consecrati ad priuatam communionem domum asportandas daret, vel ad Anachoretas in eremum mitteret. Omnium vero clarissime vtriusque Ecclesiæ consensum perpetuum ostendit communio ex præsantificatis, qua Græci ferijs Quadragesimalibus, Latini sola feria sexta maioris hebdomadæ vtuntur, ex antiquissimo vtroque instituto: neque tum quidquam de Sacramenti mutilatione suspicabantur.

Liturgiam sine communicantibus Græcis iuxta ac Latinis in vsu nunc esse, doctissimi eius nationis Viri, & ipse vsus quem passim per Italiam cernere est, testantur; eoque falsam Chythræi criminationem refellit Allatius, cuius librum apud Batauos editum, tibi iam visum lectumque non dubito. Sed ne vocum ambiguitate fallamur, dicam tibi, mi Calixte, quid hic tum in cæteris Ecclesijs vrbicis, tum præsertim in maioribus Basilicis fieri obseruauerim; vbi festis diebus, hoc præsertim anno, in tanta exterorum frequentia, myriades hominum ad sacram Communionem confluunt. Ibi summo mane Parochus, aut alius Sacerdos, ad destinatum huic functioni Altare Dominici Corporis Sacramentum consecrat, ea particularum multitudine, quæ populo fidelium communicando eo die suffectura videatur: communicant tum de eiusdem Sacerdotis manu quotquot sacro officio adsunt: cæteri qui & ipsi communicaturi toto deinde antemeridiano tempore infinito propemodum numero citius tardius templum accedunt, primum Missæ siue Liturgiæ officio adsunt, quod ob populi frequentiam & commoditatem à diuersis Sacerdotibus ad diuersa Altaria subinde celebratur: eoque finito ad alterum illud Altare, quod huic ministerio destinatum dixi, Communionem accipiunt. Tu ne Sacerdotem illum sine communicantibus Missam celebrasse; aut eos qui celebranti adfuere, cum Sacerdote suo non communicasse affirmabis?

mabis? non dicam communione precum & vnitate spiritus, sed ipsa participatione specierum sacramentalium; quamuis ad aliud Altare de alterius Sacerdotis manu eam acceperint? Puto te non dicturum; nisi vnam Ecclesiam, vnum Altare, vnum Sacrificium, vnum Sacerdotium, vnam inter omnes fideles vnius eiusdemque panis communicationem, & vnam vnius corporis cum vno Capite vnionem negaueris: quam negare certe non potest, nisi qui factionum studio Christi Ecclesiam plane ignoret. Tu vero, mi Calixte, numquid omnes qui olim sacræ Liturgiæ officio aderant, de Eucharistia, quæ per singulas Synaxes celebrabatur, communicasse existimas? Neque hoc puto dixeris; qui antiquissimorum Patrum de communicantium infrequentia querelas non ignoras. Non laudans dico, sed vt necessitatis legem etiam tunc abfuisse ostendam.

Sed quoniam tu ea quæ in Catholicorum Liturgia minus probanda censes, exposuisti; liceat mihi eadem libertate de noua vestra vicissim ex te perquirere: qua Pontificiæ Missæ errores sublatos vos quidem dicitis; nos omnem veteris Liturgiæ vel Græcæ vel Latinæ faciem abolitam euersamque certo scimus. Non dicam de Caluinianis, Anabaptistis, Socinianis, quos præter externos ritus ipsius quoque Sacramenti veritatem sustulisse ingenue fateris: sed Lutheranorum Missa, si tamen hoc nomine appellanda, quid præter merum nomen apud vos habet? quamuis & hoc ferme interciderit. Synaxes illæ solemnes, quibus vnio Ecclesiæ cum Christo Capite per Oblationem, Communionemque sanctissimi Corporis eius fouetur ac nutritur, ita olim omnibus communes erant, vt ijs non adesse piaculum duceretur grauissimum, & pœnæ supplicijque loco esset, si quis vel integræ actioni, vel parti præcipuæ interesse prohiberetur, quæ Canonis nomine nunc appellatur. Eo enim cum post orationes aliquot & lectiones sacras, earumque explicationes peruentum esset, præter Catechumenos & energumenos, etiam pœnitentes sanctuario excludebantur. Tota hæc actio apud vos in concionem seu δημηγορίαν mutata est: huius deinde dimissa concione appendicula quædam est qualiscunque illa Missa, seu communionis formula, veteris Liturgiæ in locum subintroducta; quam cæteri ea die non communicaturi parum aut nihil ad se pertinere putant. Ita nunc Concio caput est Synaxeos, cuius pars ex veteris Ecclesiæ instituto & præparatio esse solebat.

Sed profecto vt te Missa catholica sine communicantibus offendit, ita mihi multo magis communio vestra sine Missa displicet. Quod enim Missæ vestigium in vestra illa actione, præter externa quædam, vestes dico, & vasa, & nonnulla inania catholicæ Liturgiæ imi-

imitamenta? Quomodo enim Missa sine oblatione? quomodo oblatio sine Sacerdote? quomodo Sacerdos sine Ordinatione Episcopi? quomodo Episcopus sine legitima & Apostolica successione? vel quomodo verum Sacramentum Corporis Christi, extra Christi Ecclesiam? Manifestum enim est, vt ait S. Cyprianus, apud omnes Hæreticos Spiritus sancti gratiam non esse, nec eorum Sacrificia, quamdiu Hæretici sunt, posse Deo placere: neque spiritalis gratiæ sanctificationem Sacrificijs eorum tribui, qui offerunt ab Ecclesiastici corporis vnitate disiuncti. Solius enim Ecclesiæ Deus delectatur sacrificijs, quam Sacrificium Deo facit vnitas spiritalis: vbi & fidei veritas nullam credit in Trinitate distantiam, & pacis tenacitas fraternam seruat in charitate concordiam. Attende tibi, ait lex Deuteronom. XII. ne offeras holocausta tua in omni loco quemcunque videris; sed in loco, quem elegerit Dominus in vna tribuum tuarum. Audi, quis sit locus electus, ait S. Augustinus Rogatiano Donatistæ, & quæ tribus Domini. In Psalm. 131. habes: quoniam elegit Dominus Sion, elegit eam in habitationem sibi. Hic est locus electus, hic mons sanctificatus, hæc ciuitas supra montem posita, vt abscondi non possit; hæc radix catholica, hæc vitis fructifera longe lateque diffusa: & ego, inquit, dico tibi: Attende tibi ne offeras in omni loco, id est, in omni hæresi, & dicas; & hic Deus, & ibi Deus est. Qui alibi præter Ecclesiam colligit, ait Cyprianus, Christi Ecclesiam spargit: vnica enim Sponsa Christi vnam Sponsi domum nouit, vnius cubiculi castitatem casto pudore custodit. Stare tu & viuere putas posse de Ecclesia recedentem? sedes sibi alias & diuersa domicilia condentem? Sacramentum Paschæ nihil aliud in Exodi lege continet, vt Agnus qui in figura Christi occiditur, in domo vna edatur. Caro Christi & sanctum Domini eijci foras non potest: nec alia vlla credentibus præter vnam Ecclesiam domus est. Vna autem Ecclesia, vna & intus esse & foris non potest. Qui enim de Ecclesia exierunt, certe in Ecclesia non sunt: ideoque quæcunque extra Ecclesiam tenentur & Sacramenta, & Scripturæ, ad speciem tenentur, non ad salutem: cum ista in sola Ecclesia catholica salubriter habeantur, vbi Fides cum Charitate retinetur. Extra hoc corpus, inquit S. Augustinus, neminem viuificat Spiritus sanctus, per quem charitas Dei diffunditur in cordibus nostris: neque enim particeps est diuinæ charitatis, qui hostis est vnitatis.

Tu vero optime nosti, quæ vnitas sit apud eos qui ab Ecclesia catholica recesserunt: vbi vt omnes à Catholicis, ita à seipsis singuli ferali odio diffident. Etenim vt Sampsonis vulpeculæ caudis colligatæ capite in diuersa ten debant, ita illi solo catholicæ veritatis odio con-

coniuncti cætera omnia toto cælo differunt. Quinimo sola vnionis conciliandæ mentio, pacisque studium omnium odio in se concitando sufficit. Hic teipsum tibi propono, qui non meminisse non potes, quomodo Turonensi colloquio Augustani tui ad Caluinianos te reiecerint, tum vero nuperi librorum indices ostendunt, quam non fraterne ijdem congregales tui scriptis non vno loco prouulgatis te exagitent. Ita dum nescio quod Ecclesiæ simulacrum ex omni Sectarum, Schismatumque genere, tanquam Babylonici colossi pedes ex ferro, testa, lutoque conflare conaris, illi ipsi qui conglutinari nec possunt, nec volunt, te oleum operamque perdentem conuicijs contumelijsque traducunt: adeoque dum omnium esse cupis, nullius es; & Ecclesia, cuius ideam te fingis, spatio ferme imaginario coarctatur. Quid enim magis dissonum ab ipso fidei Symbolo? quid religionis Christianæ principijs magis aduersum dici aut cogitari potest, quam vt puriorem Ecclesiam ad Holsatiæ nostræ angulum, & vnam atque alteram Ducatus Brunsuicensis Præfecturam restringere quis velit? cæteras Orbis Prouincias erroribus & superstitionibus oppressas ad veritatis lumen caligare existimet?

Agnosco sane Academiam vestram singulari quodam Dei beneficio, & sapientissimorum Principum cura, Viris eruditis & accurata docendi ratione cæteris per Septentrionem Scholis palmam præripere; helluationes & morum corruptelam, bonæ mentis pestem, obnixe auersari; tum quod præcipuum duco, maiorem sacræ antiquitatis cognitionem ad fidei controuersias disceptandas adhibere: toto tamen cælo abest, vt Catholicæ Ecclesiæ ad inuidiam obduci possit: imo quantiscumque doctrinæ præsidijs feliciter instructa, hoc vno est infelix, quod Catholica non est; dum Lutheri partem sequuta, scissuras contra vniuersi Orbis vnitatem fouendas suscepit.

Extrema malorum sunt Hæresis & Schisma, vnde præsens fidei iactura, & ineuitabile salutis naufragium sequitur, ab hac peste nemo vnquam pius, nemo sapiens vitiatæ disciplinæ & corruptis Ecclesiæ moribus remedium quæsiuit. Ipsa enim separatio impios ostendit, vt ait Fulgentius, quæ tales ecclesiastico corpori non socios, sed aduersarios facit. Neque enim à conuentu ecclesiasticæ vnitatis corpore separarentur & loco, nisi prius ab ecclesiastica fide discederent corde corrupto. Habet quidem ager Dominicus præter boni seminis frugem etiam zizania, eaque, proh dolor, copiose ab inimico homine superseminata: verum non ideo segetem proteri aut exuri iubet pater familias; sed zizania cum ipsa fruge ad messem vsque tolerat. Area hæc Domini ventilabro permundanda paleas frumento mixtas vsque in finem sæculi sustinere non recusat. Exurentur suo tempore

ziza-

zizaniorum fasciculi sine messis detrimento: illæso tritico paleæ dispergentur. Neminem intra Ecclesiam catholicam recte credentem, & bene viuentem aliena peccata maculant. Animæ ac saluti suæ iniurius est, qui palearum odio aream deserit; cum frumentum non nisi ex area congregetur in horreum.

Nec despicienda est Christi Sponsa, quod diurno peregrinationis æstu fusca; quod decolorata longæ serenitatis Sole; quod etiam seculari puluere asperfa nunc videatur: nigra quidem illa, sed formosa: cuius gloria omnis interna cum sit, æmulorum oculos, in næuos rugasque cutis externæ tantum intentos fallit.

Sed bene est, quod inanis illa & fictitia Ecclesiæ larua, quam Sectarum auctores magna puritatis specie venditant, nullis fucorum pigmentis hactenus ita incrustari potuit, quominus suam prodat deformitatem: quippe cui nihil solidæ pietatis & sanctimoniæ subesse statim deprehendit, qui paulo penitius introspicit. Nam quod tu seueritatem disciplinæ ecclesiasticæ fratrum Bohemicorum exemplo reduci desideras, ea vetus querela est, & inane votum, à Melanchthone ante annos CXV. conceptum, vagiente adhuc in cunis Lutheranismo: quem si senescentem nunc adulta confirmataque licentia ad obedientiæ iugum retrahi posse existimas, sane falleris. Excutere iugum, non mutare voluit; omnemque conscientiæ coërcendæ rationem carnificinam arbitratur. Cur enim non de veteri pœnitentium disciplina potius restituenda cogitas? cur non vitæ religiosæ, & consiliorum euangelicorum obseruationem in vsum reuocare studes? Sed ita fit; filius ille adolescentior cum domum mensamque paternam reliquisset, dissipata substantia peregre ad porcorum siliquas se proiecit. Ita post conculcatas & exustas à Luthero Canonum leges, Patrumque regulas, post proscriptos Episcopos, post euersa sanctioris vitæ asceteria, monitores correctoresque Bohemicos desideratis: quasi tam altum profanatæ religionis vlcus tali cataplasmate persanari possit.

Ego vero, mi Calixte, multo opportuniorem medendi modum tibi patriæque nostræ proponerem, si sanis consilijs locus relinqueretur; maiorque veritatis pietatisque restaurandæ, quam factionum propugnandarum cura & solicitudo esset; cogitarentque Principes, quæ mala in Rempublicam, quæ vitia & corruptelæ in mores vitamque priuatam, ex religionis subuersione profluxerint: quam timendi sint ipsis hypocritæ, & fanatici homines, qui defæcatissimam religionis puritatem professi, diuinas humanasque leges promiscua facilitate proculcant, & sceleribus atque parricidijs eo grassantur, ne à quoquam dependeat, vel coërceri possit effrænis quiduis agendi licen-

licentia. Merito Ecclesia Catholica Mater Christianorum verissima, inquit Augustinus, non solum ipsum Deum, cuius adeptio vita est beatissima, purissime atque castissime colendum prædicas; sed etiam proximi dilectionem atque charitatem ita complecteris, vt variorum morborum quibus pro peccatis suis animæ ægrotant, omnis apud te medicina præpolleat. Tu cum ætates gradusque omnes officijs suis instruas, doces etiam Reges prospicere populis, mones populos se subdere Regibus; quibus honor debeatur, quibus affectus, quibus reuerentia, quibus timor, quibus consolatio, quibus admonitio, quibus cohortatio, quibus disciplina, quibus obiurgatio, quibus supplicium, sedulo doces; ostendens quemadmodum & omnibus omnia, & omnibus charitas, & nulli debeatur iniuria. Deinde vitæ spiritualis magistram eandem prolixe celebrans, addit præclare: Quod vtinam isti Hæretici (Ecclesiæ scilicet Catholicæ contemptores) intelligere si valerent, nusquam profecto Deum nisi apud te, atque in tuo gremio, minime superbi & bene pacati venerarentur. Ad hanc tutius confugies, mi Calixte, quam ad fraternitatem Bohemicam, si Ecclesiæ doctrinam disciplinamque apud nostros restitutam cupias.

Ad hunc salutis portum te inuitare non desinam, ad quem sedulo peruestigandum tua inprimis opera me excitatum profiteor. Nam Romanam Ecclesiam, vnam illam, sanctam, Catholicam, & Apostolicam esse non tam facile mihi licuisset perspicere, nisi antea tuo ductu certo credidissem, eam non Antichristi sedem, & Babylonicæ meretricis lupanar, sed vere Ecclesiam etiam nunc esse, & salutis spem pie in ea viuentibus neutiquam denegandam; eo quod præcipua fidei capita, quibus fundamenti instar salus nostra innititur, salua & immota retineat. De reliquis, sin absque partium studio esset, vnionem aliquam vel saltem syncretismum iniri posse existimabas. Ad hæc multa temerario ille reformationis tumultu abrogata dolebas, quæ cum magno pietatis emolumento potuissent retineri, multa quoque Ecclesiæ Catholicæ falsa, & absurda fatebaris affingi, quæ aut plane ignoret, aut ipsa improbet. Ita tu Hermæ vialis instar in biuio defixus, digito intento viam, qua ad Ecclesiam Catholicam pergerem, mihi subindicasti.

Quod autem à sententia, quam maturo consilio post longas atque ardentissimas preces amplexus sum, tuo colloquio me dimoueri posse existimas, id vero fiet, vbi aliam Scripturam, alia Conciliorum Acta, aliam ecclesiasticam historiam, & diuersa Cypriani, Augustini, aliorumque Patrum scripta, ab ijs quæ certa & indubitata Romæ consului, mihi exhibueris. Nam elusiones, & subterfugia Spalatensis,

sis, & similium mangonum, in tam perspicua antiquitatis sententia admittere non possum.

Interim te, mi Calixte, per Deum & Christum salutis nostræ auctorem oro atque obsecro, vt animæ tuæ negotium tibi commendatissimum habeas, serioque cogites de Ecclesia Dei, Columna & Firmamento veritatis, qualem eam ab Apostolis, Virisque Apostolicis fundatam, totoque Orbe diffusam, prima quinque secula viderint: quibus illa fidei dogmatibus, quibus Sacramentis, qua disciplina, quo regiminis modo tunc fuerit instructa; quanto studio puritatem & vnitatem suam aduersus hæreses & schismata vindicarit. Eius statum faciemque vbi diligenter inspexeris, tum sine odio studioque partium dispice, quam omnia illa nunc salua supersint in Romana, cæterisque cum Romana communicantibus Ecclesijs; eamque & nominis & dogmatis catholici hæredem, atque Apostolici depositi custodem agnosce. E contra perpende, quam truculenter & impie in Matris viscera sæuierint infausti illi reformatores; vt faciem eius deturpauerint, artus dilaniarint: vt pro veteri catholica doctrina suos quique substituerint errores & deliria: vt sacram Scripturam non secundum perpetuum & vniuersalem sensum & consensum Sanctorum Patrum explicent, sed ex cerebri sui libidine nouis & priuatis interpretationibus peruertant: vt Sacramenta eorumque ritus abrogarint; Apostolicas traditiones, omnemque veterem disciplinam, Patrum & Conciliorum saluberrimis Constitutionibus firmatam, sustulerint, vel eneruarint; consilia euangelica & vitæ sanctioris studia exploserint; hierarchiam ecclesiasticam, & omnem præcipiendi & parendi distinctionem confuderint. Sublata Episcoporum auctoritas, nudo tantum nomine ad ditiones redituşque Ecclesiarum occupandos non nuspiam seruato. Ordines Presbyterorum, & Diaconorum, cæterique officiorum & ministeriorum gradus abrogati: denique noua Ecclesiæ facies introducta omnibus seculis ignota; ad cuius conspectum quotquot inde ab Apostolis fuere Doctores, Patres, Episcopi, Virique sancti, velut ad monstrum & errorum lernam nunc cohorrescerent.

Et quoniam te Virum doctum, & antiquitatis sacræ vnum fere præ cæteris studiosum compello, cogita quanta Septentrioni nostro ex infelici illa religionis subuersione ignorantiæ cœcitas incubuerit. Patrum, & Ecclesiæ Doctorum non scripta tantum, sed nomina ipsa ignota non solum vulgo, sed ijs qui in Ecclesijs Scholisque docendi munus sustinent. Si quæ forte cuiquam nota aut lecta, ex rhapsodis & Ecclesiæ perduellibus ea tantum consarcinantur loca, quæ ad veritatem oppugnandam vtcumque facere videntur. Scis quali librorum

supellectile Ministri & Prædicantes apud nos instructi, ex quibus postillarum lacunis illi pastores doctrinæ pabulum crudum indigestumque gregi suo proponant. Contra si publicas priuatasque Bibliothecas hic inspicias, si studia cordatorum hominum expendas, statim vides, quam omnia ad primitiuæ Ecclesiæ mentem doctrinamque intelligendam explicandamque tendant. Libri & monumenta antiqua, præsertim sacra; summo studio & impensis maximis vndique parantur; & in ijsdem publica luce donandis doctorum hominum desudat industria. Ita nuper Græcorum Patrum in Prophetas commentarijs, alijsque in vetus testamentum quas vocant catenis non vno volumine comprehensis, immorientem vidi optimum doctissimumque Corderium, alios Concilijs antiquis & Sanctorum Patrum operibus ab interitu vindicandis; alios historiæ ecclesiasticæ Annalibus procudendis occupatos noui: & ne quid in tenebris lateat, quo fides catholica illustrari possit, sunt qui veterum Christianorum cœmeteria cryptasque Martyrum ingenti Romæ subterraneæ opere descriptas in lucem edant. Ita vnus omnibus antiquitatis retinendæ amor, nouitatis auersatio. Eadem mihi nouæ sectæ deserendæ, eadem antiquæ fidei amplectendæ causa, ad quam te Vossium nostrum iterum atque iterum inuito, certissime æternæ salutis lucro, quod extra Catholicam Ecclesiam frustra speratis. Hoc tandem, mi Calixte, rogo, quod ille in simili caussa apud S. Augustinum; si institutum & exemplum meum piget imitari, noli aduersari. Vale. Romæ, Anno Iubilei MDCL. Kal. Septembris.

Imprimatur,

Si videbitur Reuerendissimo P. Magistro Sacri Apostolici Palatij.

Phi: Archiepiscopus Theodosiæ Vicesg.



Imprimatur,

P. Fr. Aloysius Nicolaus Ridolfi Mag. Sac. Pal. Apost.

COMPENDIVM LIBRI

1635

MELETII SYRIGI

Cuius exemplar autographum reperitur Constantinopoli, & transumptum manu Graci descriptum extat in Gallijs.



CRIPTVS est hic liber aduersus confessionem Cyrilli Lucaris à Meletio Syrigo, qui eum cępit anno 1638. mense Nouembris, & absoluit anno 1640. eodem mense Constantinopoli. Ἐν ἔτει αχλη μηνὶ νοεμβρίῳ ἐπλειώθη, κατὰ τὸ αχμ. ἔτος τῆς σωτηρίας ἐν μηνὶ νοεμβρίῳ κη´ ἐν Κωνσταντινουπόλει.

Titulus libri est.

Μελετίου Συρίγου Ἱερομονάχου ἀντίῤῥησις πρὸς τὴν ἐκδοθεῖσαν ὁμολογίαν τῆς χριστιανικῆς πίστεως ὑπὸ τοῦ Κωνσταντινουπόλεως Κυρίλλου, ὑπογραφεῖσαν ἐν ὀνόματι τῶν χριστιανῶν ἁπάντων τῆς ἀνατολικῆς Ἐκκλησίας.

Meletij Syrigi presbyteri Monachi refutatio Confessionis fidei Christianæ, quæ exposita est à Cyrillo Patriarcha Constantinopolitano, inscriptæ nomine Christianorum totius Ecclesiæ Orientalis.

Sequitur epistola ad Lectorem, in qua memoria repetit grauissima mala, quæ hæreses in mundum inuexerunt. Tum loquitur de confessione fidei, quam Gebenenses typis mandarunt, cuius exemplaria quædam in Orientem perlata sunt. Hanc confessionem putat sub nomine Orientalis Ecclesiæ continere purum putum Caluinismum, fateturque plurimum obsuisse, Grecis credentibus auctorem esse Cyrillum, quamuis & plurimi id ipsum negarint, de qua re sententiam proferre non audet, relicto penes Deum iudicio, cuius est cordis intima rimari. Dicit se suscipere huius scripti refutationem, siue auctor illius sit Cyrillus, siue alius quisquam, cum monstrare velit, quam longe ab illius doctrina differat Grecorum Ecclesia, quæ nunquam vel ante vel post obitum Cyrilli dogmata in scripto contenta suscepit.

Epistolam subsequitur præfatio operis, affirmatque in ea, quod Cyrillus confessionem suam malè tribuerit Ecclesiæ Orientali siue Gręcę, cum ex quatuor eius Patriarchis nemo sit, qui eam non reijciat & condemnet, tanquam hæreticam. *Fides Orientalium*, inquit, *noua non est, sed ni-*

nititur Symbolo & definitionibus septem Conciliorum generalium,
1635. *& traditioni communi SS. Patrum, qui in vnoquoque sæculo floruerunt.*

Post hæc singulos confessionis articulos examinat, & initio carpit Cyrillum, quod circa processionem Spiritus sancti non cum Orientalibus sed cum Occidentalibus senserit, & Spiritus S. à Patre Filioque procedere confessus sit, vbi Orientales eum à Patre per Flium procedere affirmant.

Quoad secundum articulum cum Cyrillo conuenit de Scriptura sacra, sed eodem tempore traditiones contra Caluinistas admittit & propugnat.

In tertio articulo, vbi agitur de prędestinatione, dicit contineri impia Caluinistarum dogmata, adductisque nonnullis Caluini locis concludit, Cyrillum fuisse illius discipulum.

Quartum articulum, in quo agitur de Patre tanquam rerum omnium creatore, dicit verbatim ex Caluino desumptum, vtpote qui soli Patri nomen Dei,& Creatoris cæli & terrę per excellentiam tribuit. Arguitque Cyrillum, quod sub nomine rerum inuisibilium non comprehendit animas rationales à Deo creatas, omissa de ijs mentione.

In quinto articulo, vbi Cyrillus modestè agit de prouidentia Dei, dicit hanc eius vocem, esse vocem Iacobi, sed manus esse Esau, quod pluribus probat adductis ex Caluino & Bucero locis, quę oppugnat...

Articulo sexto, quo ad peccatum originale asserit doctrinam Ecclesiæ Orientalis à Caluinistis esse diuersam, statuit mercedem laborum, & demonstrat, quod omnia peccata non sint mortalia.

Omisso articulo septimo, in quo nihil refutatione dignum reperit, ad octauum articulum accedit, vbi Cyrillus ita agit de mediatore Christo Domino, vt Meletius eum accuset, quod destruat intercessionem Sanctorum, quam pluribus Scripturæ locis, & Orientis, ac Occidentis Ecclesiæ traditione confirmat, reiectis Caluinistarum obiectionibus.

Articulo nono, vbi Cyrillus affirmat neminē posse saluari absque fide, tractat de iustificatione, affirmatque sensum Orientalis Ecclesię esse oppositum doctrinę Caluinistarum.

Articulo decimo reijcit opinionem Cyrilli affirmantis Ecclesiam consistere ex solis Sanctis, qui in ea viuunt. Econtra autem docet, quod comprehendat generatim omnes Christianos sine loci distinctione, & quod habeat Pastores, qui illi præsint sub Iesu Christo.

Articulo decimo secundo propugnat contra Cyrillum Hierarchiam Ecclesiæ docetque, in quo consistat differentia inter Episcopum, Presbyterum Diaconum, & Doctorem.

Articulo decimo tertio refutat Cy-


Cyrillum, qui credebat hominem sola fide iustificari, absque operibus.

Articulo decimo quarto agit de libero arbitrio, ostenditque Cyrillum hic sequi Caluinum & Lutherum, quorum obiectionibus respondet.

Articulo decimo quinto, tractat de Sacramentis, asseritque falsum esse, quod in nouo testamento tantum duorum Sacramentorum mentio fiat, cum pręter Baptismum & Eucharistiam commemoretur impositio manuum, seu ordinis Sacramentum, & expressè agatur de Episcopis, Presbyteris, & Diaconis. Secundo, quod apud Euangelistas reperiatur frequens mentio Pœnitentiæ, quam vocat verum Sacramentum, & Nouatianis comparat illos, qui confessionem reijciunt. Matrimonium quoque, & extremam 1619.
vnctionem in nouo testamento reperit: & licet confirmationem ab Apostolis institutam existimet, illum tamen inter Sacramenta repetit, quæ septem in Ecclesia Orientali agnosci affirmat.

Articulo decimo sexto de Baptismo reijcit Caluini sententiam.

Articulo decimo septimo, agit de Eucharistia, explicatque, in quo consistit hæresis Caluinistarum, cuius defensionem Cyrillus susceperat, & cum hanc materiam tanquam totius operis præcipuam fusè pertractet, placet integrum de transubstantione locum describere, & Græco Latinum subnectere.



1635.

EX LIBRO

MELETII SYRIGI

Cui Titulus,

Μελετίου Συρίγου Ἱερομονάχου ἀντίρρησις πρὸς τὴν ἐκδοθεῖσαν ὁμολογίαν τῆς Χριστιανικῆς πίστεως, ὑπὸ τοῦ Κωνσταντινουπόλεως Κυρίλλου, ὑπογραφεῖσαν ἐν ὀνόματι τῶν Χριστιανῶν ἁπάντων τῆς Ἀνατολικῆς Ἐκκλησίας.

Meletij Syrigi Monachi refutatio confessionis fidei Christianæ, quæ exposita est à Cyrillo Patriarcha Constantinopolitano, inscriptæ nomine Christianorum totius Ecclesiæ Orientalis.

De Nomine (μετουσιώσεως) Transsubstantiationis.

IN confesso quidem est apud nos, ipsam (μετουσιώσεως) Transsubstantiationis vocem non extare apud priscos Theologos; nondum enim vlla hæresi circa mysterium illud exorta, si eos excipias, qui veram verbi Incarnationem negabant, noua formare nomina sanctis Patribus non curæ fuit. Verum de voce nobis non est disputatio; non enim in verbis, potius quam in rebus pietatis vim sitam esse volumus. Itaque, si apud Theologos inuenerimus, quod nomine Transsubstantiationis significatur, quid vetat quominus ista dictione vel alia huic simili vtamur? Quippe Patrem absque principio, & immortalem & ingenitum, nusquam in Scri-

ptura

Περὶ τοῦ ὀνόματος τῆς μετουσιώσεως.

ΟΤΙ μὲν οὖν παρὰ τοῖς ἀρχαίοις τῶν Θεολόγων, ἡ τοιαύτη λέξις τῆς μετουσιώσεως οὐχ εὑρίσκεται, καὶ ἡμεῖς συνομολογοῦμεν, μήπω γάρ τινος αἱρέσεως περὶ τὸ μυστήριον τοῦτο ἀναφαινομένης ἰδίᾳ, εἰ μὴ ἄρα ἡνωμένως παρὰ τοῖς ἀρνουμένοις τὴν ἀληθῆ τοῦ Λόγου ἐν σαρκὶ παρουσίαν, οὐδὲ τοῖς τηνικάδε ἁγίοις Πατράσι καινῶν ἔμελεν ὀνομάτων ἀλλ' οὐ περὶ τῆς φωνῆς ἡμῖν ἡ διάστασις, οὐ γὰρ ἐν ῥήμασι μᾶλλον τὴν τῆς εὐσεβείας δύναμιν, ἢ ἐν πράγμασι τιθέαμεν. Εἰ μὴ οὖν παρὰ τοῖς Θεολόγοις τὸ τῆς μετουσιώσεως εὑρήσωμεν σημαινόμενον, τί τὸ κωλῦον ἢ αὐτὴν ἐκφωνεῖν τὴν λέξιν, ἢ ἑτέραν τινὰ ἴσα δυναμένην ἐκείνῃ; οὔτε γὰρ τὸν Πατέρα ἄναρχον, καὶ ἀθάνατον, ἢ ἀγέννητον εὑρομέν που παρὰ τῇ Γραφῇ, οὔτε τὴν Υἱὸν ὁμοούσιον ἐκείνῳ, οὔτε τὸ Πνεῦμα

Θεὸν

Θεὸν αὐτολεξεὶ μεμαθήκαμεν. Ἀλλ' οὐδὲν τὸ κωλῦον, μᾶλλον δὲ καὶ λίαν ἐστὶν εὐσεβὲς καὶ ἐπάναγκες διὰ τὰς ἐπιφυομένας αἱρέσεις ἐξ ἄλλων τινῶν τὸ αὐτὸ συναγόντων συντεθεῖναι, ταύτας πρὸς σαφεστέραν τοῦ νοουμένου κατάληψιν καὶ τῶν ἄλλως δογματιζόντων καθαίρεσιν. Ποία γὰρ ὅλως πρὸς Θεὸν ζημία τοῖς εὐσεβέσι γεννήσεται ἐν λέξεσι διαφόροις τὴν αὐτὴν ἔννοιαν τῆς εὐσεβείας διδάσκεσθαι, ἐγὼ μὲν οὐχ ὁρῶ. Ὅτι δὲ ὁμοφώνως οἱ Θεολόγοι κηρύττουσι τὸν ἁγιασθέντα ἄρτον εἰς τὴν οὐσίαν τῆς δεσποτικῆς σαρκὸς μυρίως μεταβεβηκέναι, ὅ ἐστιν ἡ μετουσίωσις, ἐξ ὧν παρηγάγομεν μαρτυριῶν δεδήλωται. Ὁ μὲν γὰρ Ἰουστῖνος εἴρηκε, καθ' ὃν τρόπον ἠδυνήθη σαρκωθῆναι, κατὰ τὸν αὐτὸν καὶ τὸν ἄρτον σῶμα αὐτοῦ ποιῆσαι δεδύνηται. Ὁ δὲ Κυπριανός, ὁ ἄρτος, ὃν ὁ Κύριος ἐχορήγει τοῖς Ἀποστόλοις, μεταβληθεὶς οὐ τῷ εἴδει, ἀλλὰ φύσει τῷ παντοδυνάμῳ λόγῳ, σὰρξ ἐγένετο. Ὁ δὲ Ἱεροσολύμων Κύριλλος. Τὸ ὕδωρ ποτὲ εἰς οἶνον μεταβέβληκεν ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας οἰκείῳ νεύματι, καὶ οὐκ ἀξιόπιστός ἐστιν, οἶνον μεταβαλὼν εἰς αἷμα; Καὶ ὁ φαινόμενος ἄρτος ἐστὶν, εἰ καὶ τῇ γεύσει αἰσθητός, ἀλλὰ σῶμα Χριστοῦ, καὶ ὁ φαινόμενος οἶνος οὐκ οἶνός ἐστιν, εἰ καὶ ἡ γεῦσις τοῦτο βούλεται, ἀλλὰ αἷμα Χριστοῦ. Ὁ δὲ ἱερὸς Ἀμβρόσιος, ὁ ἄρτος οὗτος πρὸ μὲν τῶν λόγων τῶν μυστηρίων ἄρτος ἐστὶν, ἀφ' οὗ δὲ ἐπέλθῃ ὁ ἁγιασμός, ἐξ ἄρτου γίνεται σὰρξ Χριστοῦ. Ὁ δὲ Νύσσης Γρηγόριος, Καλῶς οὖν καὶ νῦν τὸν τῷ λόγῳ τοῦ Θεοῦ ἁγιασμένον ἄρτον εἰς σῶμα τοῦ Θεοῦ λόγου μεταποιεῖσθαι πιστεύομεν. Ὁ δὲ Χρυσόστομος Ἰωάννης ἐν τῇ κη. Ὁμιλίᾳ τῆς εἰς τὸ κατὰ Ματθαῖον, ὑμεῖς

ὑπηρε

ptura inuenimus : similiter nec
filium eiusdem cum illo substan-
tiæ, nec Spiritum Deum esse ex- 1635.
presso verbo deprehendimus. Sed
nihil vetat, imo pietatis est, ac
necessitatis, ob hæreses, quæ na-
scuntur ex alijs quibusdam, quæ
eodem tendunt, voces huiusmodi
formare, vt res, quæ intelligitur
melius percipiatur, & ij, qui aliud
sentiunt, refellantur. Quid enim
umquam detrimenti possit ijs ac-
cedere, qui pietate erga Deum af-
fecti sunt, si vocibus diuersis eun-
dem conceptum religiosum expri-
mant, minimè video. Vnanimi
autem consensu Theologos profi-
teri panem sanctificatum in sub-
stantiam carnis Dominicæ verè
transmutari, quod idem esse, ac
transsubstantiatio, iam allata te-
stimonia manifestè probant. Iu-
stinus enim dixit, cùm qua ratio-
ne potuit carnem assumere, ea-
dem etiam potuisse panem in su-
um corpus conuertere; secundum
autem Cyprianum, panis quem
Dominus ministrabat Apostolis,
mutatus non specie, sed natura,
omnipotente verbo factus est caro.
Cyrillus Hierosolymitanus dixit,
cum aquam suapte voluntate in
vinum mutauerit in Cana Gali-
leæ, à fide non videtur alienum,
illum vinum conuertisse in san-
guinem: Iterum, panis qui vide-
tur panis, non est, quamuis id
gustus præmonstret, sed Christi
corpus: ita quod videtur vinum,
non est vinum, & si illud gustus
monstret, sed est Christi sanguis.

S. Am-

S. Ambrosius ait, *panis ille ante verba, quibus Sacramenta*
1635. *peraguntur, panis est, sed postquam sanctificatus fuit, è pane fit caro Christi*. Gregorius Nyssenus ait, *rectè igitur credimus, panem, qui Dei verbo sanctificatus fuit, in corpus Dei Verbi conuerti*. Ioannes etiam Chrysostomus homilia 18. in Matth. *Nos vices ministrorum gerimus: ille autem est, qui ea sanctificat & efficit*. Ioannes Damascenus, *panis propositus, vinumque cum aqua per inuocationem & illapsum sancti Spiritus diuinitus conuertuntur in Christi corpus, & sanguinem*. Theophilactus Bulgariæ, *Deus erga homines beneuolus, speciem quidem panis & vini seruat, sed in virtutem carnis & sanguinis transmutat*. Cæterum, qua ratione prisci Ecclesiæ Doctores sumpserunt productionem, aut transmutationem, aut conuersionem, aut existentiam, aut transelementationem, aut quid simile, eadem nuperi Theologi Transsubstantiationem intelligunt. Sicut enim illi per illas voces panem propriè ac verè in corpus Christi conuerti affirmant, ita hi eadem omnino ratione idem intelligunt per vocem Transsubstantiationis, nouo inuento vocabulo, ob hæreseos nouitatem. Cum enim quidam Berengarius, & illius discipuli asseruissent, panem accipere quidem gratiam aliquam corporis Dominici secundum accidens à Deo, non

Liberum hominis arbitrium est voluntas libera & absoluta, & generatur à ratiocinatione, & ratione ad operandum bonum, vel malum. Quandoquidem creaturæ rationabiles debeant habere naturam auctoritate donatam, & posse agendo illa vti liberè, idque dirigente ratione: & hæc ratio quando homo fuit in statu innocentiæ, hoc est prius quam peccasset, erat planè incorrupta, sed per peccatum fuit corrupta:

rupta: sed voluntas etiamsi esset illæsa ad concupiscendum bonum
1642. vel malum, nihilominus in quibusdam erat magis procliuis ad malum, & in quibusdam ad bonum. Ideoque magnus Basilius ait hoc modo quilibet propria sua voluntate & electione potest esse bonus & malus. Audi Paulum
Ad Cor. 4. v. 15. dicentem: *Ego in Christo Iesu per Euangelium vos genui*. Et illa verba, vbi dicit: *Quot quot ipsum receperunt, dedit eis potestatem Filios Dei fieri*. Ostendit sanctus ille doctor, quod etiamsi humana voluntas læsa fuit per peccatum originale, nihilominus, & hoc nunc in electione cuiuslibet situm sit, esse bonum & Filium Dei, vel malum & filium Diaboli. Hoc tantum est in manu, & potestatis hominis, & ad bonum diuina gratia coadiuuat, sed à malo auertit hominem absque eo, quod cogat liberum hominis arbitrium.

Interrogatio 28.

Quandoquidem homines generantur in statu peccati, solum ne fortasse Corpus est ex semine Adam, vel etiam anima?

Responsio.

Corpus humanum descendit quidem ex semine Adam, sed anima fit à Deo, vt ait Scriptura:
Zach. 12. v. 5. *Dominus extendens cœlum, & fundans terram, & fingens spiritu.*

λᾶ καὶ νὰ ἔμεινεν ἄβλαβης, εἰς τὸ νὰ ἐπιθυμᾶ τὸ καλὸν, ἢ τὸ κακὸν, ἔγινεν μὲ ὅλον τοῦτο εἰς κάποιους, πλέον ἐπιρρεπὴς, καὶ κλίνει πρὸς τὸ κακόν. καὶ εἰς ἄλλους πρὸς τὸ καλόν. διὰ τοῦτο ὁμοίως ὁ μέγας βασίλειος λέγει οὕτως. Βασιλ. ἐπ. εἰς τὸ ν. ψ.
ἀπὸ τὴν ἰδίαν του θέλησιν καὶ προαίρεσιν ὁ καθεὶς ἠμπορεῖ νὰ εἶναι ἢ σπέρμα ἅγιον, ἢ τὸ ἐναντίον. ἄκουσον τοῦ Παύλου λέγοντος· ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ α. Κορ. δ. ιε.
διὰ τοῦ εὐαγγελίου ἐγὼ ὑμᾶς ἐγέννησα. καὶ ἐκεῖνα τὰ λόγια ὅπου λέγει, Ἰωαν. α. ιβ.
ὅσοι δὲ ἔλαβον αὐτὸν, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα Θεοῦ γενέσθαι. δείχνει ὁ ἅγιος τοῦτος διδάσκαλος πῶς καλᾶ καὶ ἡ ἀνθρωπίνη θέλησις, ἐβλάβη μὲ τὸ προπατορικὸν ἁμάρτημα, μ' ὅλον τοῦτο καὶ τώρα κεῖται τὸν παρόντα καιρὸν εἰς τὴν προαίρεσιν τοῦ καθ' ἑνὸς, στέκεται τὸ νὰ εἶναι καλὸς, καὶ τέκνον Θεοῦ, ἢ κακὸς, καὶ υἱὸς διαβόλου· ὅλον τοῦτο εἶναι εἰς τὸ χέρι καὶ ἐξουσίαν τοῦ ἀνθρώπου· καὶ εἰς μὲν τὸ καλὸν, ἡ θεία χάρις συμβοηθᾶ· ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τὸ κακὸν ἡ ἰδία γυρίζει τὸν ἄνθρωπον, χωρὶς νὰ ἀναγκάσῃ τὸ αὐτεξούσιον τοῦ ἀνθρώπου.

Ἐρώτησις κη'.

Ἐπειδὴ καὶ οἱ ἄνθρωποι γεννοῦνται εἰς τὴν κατάστασιν τῆς ἁμαρτίας, τάχα μόνον τὸ σῶμα εἶναι ἀπὸ σπέρμα τοῦ Ἀδὰμ, ἢ μαζὶ καὶ ἡ ψυχή;

Ἀπόκρισις.

Τὸ σῶμα τὸ ἀνθρώπινον ἀπὸ τὸ σπέρμα τοῦ Ἀδὰμ καταβαίνει· μὰ ἡ ψυχὴ γίνεται ἀπὸ τὸν Θεὸν, καθὼς λέγει ἡ Γραφή· ὁ Κύριος ἐκτείνων Ζαχ. ιβ. α.
οὐρανὸν, καὶ θεμελιῶν γῆν, καὶ πλάσσων

Ἐκκλ. ιβ. ζ. σου πνεῦμα ἀνθρώπου ἐν αὐτῷ. καὶ ἀλλαχοῦ· καὶ ἐπιστρέψῃ ὁ χοῦς ἐπὶ τὴν γῆν, ὡς ἦν· καὶ τὸ πνεῦμα ἐπιστρέψῃ πρὸς τὸν Θεὸν, ὃς ἔδωκεν αὐτό· πρὸς τούτοις ἂν ἡ ψυχὴ ἤθελεν εἶναι ἀπὸ τὸ σπέρμα τοῦ ἀνθρώπου, μαζὶ μὲ τὸ κορμὶ ἤθελεν συναποθνήσκειν. καὶ ἤθελε διαλυθῇ εἰς χοῦν· τοῦ ὁποίου τὸ ἐναντίον βλέπομεν εἰς τὴν Γραφὴν, ἐκεῖ
Λουκ. κγ. μζ. ὅπου ὁ Χριστὸς ὁμιλῶντας τοῦ ληστοῦ εἰς τὸν σταυρὸν, εἶπεν· ἀμὴν λέγω σοι, σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ. διατὶ τὸ κορμίν του ἔμεινεν εἰς τὸν σταυρὸν, ἡ δὲ ψυχή του ὡς πνεῦμα ἀθάνατον ἐπῆγε μαζὶ μὲ τὸν Χριστὸν εἰς τὸν παράδεισον. μὰ ἂν ἤθελεν εἶναι ἀπὸ τὸ σπέρμα τοῦ ἀνθρώπου, μαζὶ μὲ τὸ κορμὶ ἤθελεν ἀποθάνῃ εἰς τὸν σταυρόν· ἔπειτα δὲ πῶς ἤθελασιν ἠμπορέσει νὰ
Ματθ. κβ. λβ'. ἀληθεύσουσι τὰ λόγια τοῦ Κυρίου ἡμῶν, ὅπου εἶπεν, οὐκ ἀνέγνωτε τὸ ῥηθὲν ὑμῖν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ λέγοντος, ἐγώ εἰμι ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰσαὰκ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰακώβ· οὐκ ἔστιν ὁ Θεὸς, Θεὸς νεκρῶν, ἀλλὰ ζώντων. Τὸ ὁποῖον πρέπει νὰ γροικᾶται, ὄχι διὰ τὸ σῶμα, ἀλλὰ διὰ τὴν ψυχήν· διατὶ τὰ σώματα τῶν νεκρῶν εἰς χοῦν ἀνελύθησαν· μὰ ἀληθεύει ὁ λόγος διὰ τὴν ψυχὴν, ἡ ὁποία ἔσωντας καὶ νὰ εἶναι ζῶσα εἰς κάθε καιρὸν, στέκεται ἔμπροσθεν εἰς τὸν Θεόν· μὰ ἂν ἤθελεν εἶναι καὶ αὐτὴ ἀπὸ τὸ ἴδιον σπέρμα ὅπου εἶναι καὶ τὸ κορμὶ, μαζὶ ἤθελασι συναποθνήσκειν· καὶ δίδεται ἀπὸ τὸν Θεὸν ἡ ψυχὴ, ἀφ' οὗ ὀργανωθῇ τὸ κορμὶ, καὶ γένῃ ἐπιτήδειον εἰς τὴν ὑποδοχήν της, καὶ ὅταν δίδεται εἰς αὐτὸ, χύνεται εἰς ὅλον τὸ κορμὶ, ὡς ἂν τὸ πῦρ εἰς τὸ ἀναμμένον σίδερον· μὰ μὲ πλέον ἐξαίρετον λόγον εὑρίσκεται εἰς τὴν κεφαλὴν καὶ εἰς τὴν καρδίαν.

ritus hominis in eo. Et alibi: *Et reuertatur puluis in terram suam, vnde erat, & spiritus redeat ad Deum, qui dedit illum*. Eccl. 12. v. 7. 1642.
Præterea si anima esset ex semine hominis, vna cum corpore moreretur, & dissolueretur in puluerem, cuius tamen videmus contrarium in Scriptura, vbi Christus loquens in cruce ad latronem: *Amen dico tibi, hodie mecum eris in Paradiso*. Lucæ 23. v. 47.
Quia corpus eius mansit in cruce. Anima verò sicut spiritus immortalis, vna cum Christo in Paradisum. Sed si esset ex semine hominis, vna cum corpore mortuum esset in cruce. Preterea quomodo verba Domini nostri possent vera esse, quibus dixit: nonne legistis dictum vobis à Deo dicente: *Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob: non est Deus mortuorum sed viuentium*. Math. 22. v. 32.
Quod debet intelligi non de corpore sed de anima, quia corpora mortuorum in puluerem reuersa sunt, sed ratio verificatur de anima, quæ cum sit viuens in omni tempore, stat coram Deo. Nam si ipsa esset à proprio semine, sicut corpus, simul moreretur. Et datur à Deo anima, quando corpus est organizatum, & fit idoneum ad recipiendam illam, & quando datur, funditur in totum corpus, sicut ignis in ferrum accensum, sed principaliter & precipue inuenitur in capite, & in corde.

Interrogatio 29.

1642. Quandoquidem Deus est creator omnium, sequitur ne, quod debeat habere prouidentiam omnium?

Ἐρώτησις κθ΄.

Ἐπειδὴ ὁ Θεὸς εἶναι ποιητὴς πάντων, λοιπὸν πρέπει καὶ ὅλωνῶν νὰ προνοᾶται;

Responsio.

Ita se habet veritas: à paruo vsque ad magnum omnia cognoscit accuratè, & omnibus prouidet, quidquid vnusquisque fecit, vt possumus cognoscere ex verbis
Math.10. v. 29. Christi, vbi dicit: *Nonne duo passeres asse veneunt, & vnus ex illis non cadet super terram sine patre vestro: vestri autem capilli capitis omnes numerati sunt.*

Hæc prouidentia manifestatur in veteri testamento per os Dauidicum, quando dicit: *Oculi omnium in te sperant Domine, & tu das escam illorum in tempore oportuno. Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione.*

Ἀπόκρισις.

Οὕτως εἶναι ἡ ἀλήθεια· ἀπὸ μικροῦ ἕως μεγάλου, ὅλα τὰ γνωρίζει μὲ ἀκρίβειαν, καὶ ὅλωνῶν προνοᾶται, καθ' ἕνας ὅσα ἔκαμε. καθὼς ἠμποροῦμεν νὰ τὸ γνωρίσωμεν ἀπὸ τὰ λόγια τοῦ Χριστοῦ,
ὅπου λέγει· οὐχὶ δύο στρουθία ἀσσαρίου πωλεῖται; καὶ ἓν ἐξ αὐτῶν οὐ πεσεῖται ἐπὶ τὴν γῆν ἄνευ τοῦ Πατρὸς ὑμῶν. ὑμῶν δὲ αἱ τρίχες τῆς κεφαλῆς πᾶσαι ἠριθμημέναι εἰσίν. ἡ πρόνοια τούτη φανερώνεται καὶ εἰς τὴν παλαιὰν Γραφὴν μὲ τὸ στόμα τὸ Δαβιδικὸν, ὅταν λέγει· οἱ ὀφθαλμοὶ πάντων εἰς σὲ ἐλπίζουσι (Κύριε) καὶ σὺ δίδως τὴν τροφὴν αὐτῶν ἐν εὐκαιρίᾳ· ἀνοίγεις σὺ τὴν χεῖρά σου, καὶ ἐμπιπλᾷς πᾶν ζῶον εὐδοκίας. Matth. 10.

Interrogatio 30.

Sunt ne in diuinis idem præscientia, prædestinatio, & prouidentia?

Ἐρώτησις λ΄.

Ταὐτὸ εἶναι τάχα εἰς τὰ θεῖα, πρόγνωσις, προορισμὸς, καὶ πρόνοια;

Responsio.

Præscientia, prædestinatio, & prouidentia sunt diuersæ operationes in diuinis, quia prouidentia refertur ad res creatas, sed præscientia & prædestinatio refertur ad

Ἀπόκρισις.

Πρόγνωσις, προορισμὸς, καὶ πρόνοια, εἶναι διαφορετικαῖς ἐνεργείαις εἰς τὰ Θεῖα· διατὶ ἡ πρόνοια ἀναφέρεται εἰς τὰ κτιστὰ πράγματα. μὰ ἡ πρόγνωσις καὶ ὁ προορισμὸς εἶναι εἰς τὸν Θεὸν,

ὄν, πρὶν παρὰ νὰ γενοῦσιν ὅλα τὰ κτίσματα, καλὰ καὶ μὲ διαφορετικὸν τρόπον. ἡ πρόγνωσις εἶναι μία γνῶσις τῶν μελλόντων, χωρὶς περιορισμὸν τῶν εἰδῶν. ἤγουν χωρὶς νὰ διορίζῃ τί καὶ τί νὰ γένῃ. ὁ δὲ κατὰ πρόγνωσιν προορισμὸς, εἶναι διορισμὸς τῶν εἰδῶν. ἤγουν διορίζει καὶ τί μέλλει νὰ γένῃ, μὰ μόνον τὸ καλὸν, καὶ ὄχι τὸ κακόν. διατὶ ἂν ἐδιώριζε καὶ τὸ κακόν, ἤθελεν εἶναι ἐναντίος εἰς τὴν φυσικὴν ἀγαθότητα τοῦ Θεοῦ. διὰ τοῦτο εὐλόγως ἠμποροῦμεν νὰ εἰποῦμεν ἀπὸ τὰ καθ' ἡμᾶς, πῶς εἰς τὸν Θεόν· πρῶτον εἶναι εἰς τὴν τάξιν ἡ πρόγνωσις, δεύτερον ὁ προορισμός· ἔπειτα μετὰ τὴν κτίσιν ἀκολουθεῖ ἡ πρόνοια τῶν κτισμάτων. τὸ ὁποῖον ὁ Ἀπόστολος φανερὰ μᾶς τὸ ἐνδείξει λέγοντας· ὅτι οὓς προέγνω, τούτους καὶ προώρισεν, οὓς δὲ προώρισε, τούτους καὶ ἐκάλεσε· Ρωμ: η.κθ. καὶ οὓς ἐκάλεσε, τούτους καὶ ἐδικαίωσεν· οὓς δὲ ἐδικαίωσε, τούτους καὶ ἐδόξασε· καὶ ὁ τοιοῦτος λογισμὸς πρέπει νὰ εἶναι διὰ μόνον τὸν ἄνθρωπον. διατὶ τὰ ἄλλα κτίσματα (ἔξω ἀπὸ τοὺς ἀγγέλους ὅπου εἶναι εἰς βεβαίαν καὶ ἀκίνδυνον κατάστασιν) δὲν περικρατοῦνται εἰς τὸν προορισμόν. ἐπειδὴ δὲν ἔχουσιν αὐτεξούσιον. καὶ διὰ τοῦτο δὲν εἶναι εἰς αὐτὰ κἂν ἕνα ἁμάρτημα. καὶ ὅ, τι κάμνουσιν, ὅλον ἐκεῖνο τὸ κάμνουσιν ἀπὸ τὴν φύσιν. καὶ διὰ τοῦτο μήτε τιμωροῦνται, μήτε δοξάζονται.

ad Deum, idque antequam res omnes essent factæ, etiamsi
diuerso modo. Præscientia est no- 1942.
titia rerum futurarum, sine determinatione in specie, hoc est, absque eo, quod determinat, quod hoc vel illud fiat. Prædestinatio autem per præscientiam est determinatio in specie, hoc est determinat quid faciendum sit, sed hoc tantum de bono, non autem de malo, nam si determinaret ad malum esset contrarius bonitati suæ naturali, ideoque rationabiliter, vel merito possumus dicere, ex istis, quæ ad nos spectant, quod in Deo primum ordine sit præscientia, secundum prædestinatio, deinde quo ad creationem sequitur prouidentia creaturarum, id quod Apostolus clarè nos docet, dicens: *Quos præsciuit hos & vocauit, & quos vocauit, hos & iustificauit; quos autem iustificauit, illos & glorificauit.* Rom. 8. v. 29. Et hæc ratio tantum militat in homine, quia cæteræ creaturæ (exceptis Angelis, qui sunt in firmo statu, & procul ab omni periculo) sub prædestinatione non comprehenduntur, quia carent libero arbitrio ideoque nullum in ipsis est peccatum, & quid quid faciunt instinctu naturæ faciunt ideoque, neque puniuntur, neque glorificantur.

Ἐρώτησις λα'.

Ἀπὸ τοῦτο τὸ ἄρθρον τῆς πίστεως, τί ἄλλο μανθάνομεν περὶ Θεοῦ καὶ τῶν κτισμάτων;

Interrogatio 31.

Ex hoc articulo fidei, quid aliud docemur de Deo & creaturis?

Responsio.

1642. Quodcumque bonum possit excogitari, hoc totum tribuas Deo veluti summo bono, causæ, & principio: Et quid quid malum est, hoc scias esse alienum, & procul ab illo non localiter sed naturaliter: de creatione vero, quatenus ab illo factum est bonum, ea tenus etiam illa bona est, sed sub hac distinctione, quando rationalis & libera creatura recedit à Deo est mala: non quia tali modo creata est, sed propter opera sua contra rationem. Sed creatura rationalis carens libero arbitrio, est bona prorsus, quo ad propriam naturam.

Ἀπόκρισις.

Ὅ, τι ἀγαθὸν ἠμπορεῖς νὰ λογιάσῃς, ὅλον τοῦτο ἀπόδος εἰς τὸν Θεὸν, τὸν ἄκρως ἀγαθὸν, ὡς ἂν εἰς αἰτίαν καὶ ἀρχήν. καὶ ὅ, τι κακὸν εἶναι, τοῦτο ἤξευρε πῶς εἶναι ξένον, καὶ μακρὰν ἀπ' ἐκεῖνον, ὄχι κατὰ τὸν τόπον, μὰ κατὰ τὴν φύσιν· περὶ δὲ κτίσεως, καθ' ὅσον ἀπ' ἐκεῖνον ἐπλάσθη τὸ ἀγαθὸν, εἶναι καὶ αὐτὴ ἀγαθή. μὰ μὲ τούτην τὴν διαίρεσιν, ὅταν ἡ λογικὴ καὶ αὐτεξούσιος κτίσις, ἀποστατήσῃ ἀπὸ τὸν Θεὸν εἶναι κακή· ὄχι διατὶ τοιαύτης λογῆς ἐκτίσθηκε· μὰ διὰ τὰ παράλογά της ἔργα· μὰ ἡ ἄλογος κτίσις, ὁποῦ δὲν ἔχει αὐτεξούσιον, εἶναι καλὴ μὲ κάθε τρόπον εἰς τὴν φύσιν της.

Interrogatio 32.

Quinam sit secundus articulus fidei.

Ἐρώτησις λβ'.

Ποῖον εἶναι τὸ δεύτερον ἄρθρον τῆς πίστεως;

Responsio.

Et in vnum Dominum Iesum Christum Filium Dei vnigenitũ, & ex Patre natum ante omnia sæcula, lumen de lumine verum Deum de Deo vero, genitum non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt.

Ἀπόκρισις.

Καὶ εἰς ἕνα Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, τὸν μονογενῆ, τὸν ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννηθέντα πρὸ πάντων τῶν αἰώνων, φῶς ἐκ φωτὸς, Θεὸν ἀληθινὸν, ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ γεννηθέντα, οὐ ποιηθέντα, ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο.

Interrogatio 33.

Quid docet orthodoxus hic fidei articulus.

Ἐρώτησις λγ'.

Τί διδάσκει τοὺς ὀρθοδόξους τοῦτο τὸ ἄρθρον τῆς πίστεως;

Re- Ἀπό-

Ἀπόκρισις.

Δύο πράγματα ἑρμηνεύει· πρῶ-
τον· πῶς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ὁ Ἰησοῦς Χρι-
στὸς εἶναι Θεὸς ἀΐδιος, γεννημένος ἀπὸ
τὴν ἰδίαν φύσιν τοῦ Πατρὸς, ὁμότιμος
καὶ ὁμόδοξος τῷ Πατρί. ὡς αὐτὸς πε-
Ιωαν. ιζ. α. ρὶ ἑαυτοῦ εἶπε· καὶ νῦν δόξασόν με σὺ,
Πάτερ, παρὰ σεαυτῷ, τῇ δόξῃ ᾗ εἶ-
χον πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι παρὰ σοι.
δεύτερον, εἰς τὸ ἄρθρον τοῦτο ἡ διδα-
σκαλία αὕτη εὑρίσκεται, ἤγουν πῶς ὁ
Ἰησοῦς Χριστὸς, εἶναι ποιητὴς οὐχὶ μόνον
τῶν πραγμάτων, ἀλλὰ καὶ αὐτοῦ τοῦ
χρόνου καὶ τοῦ αἰῶνος. εἰς τὸν ὁποῖον τὰ
Εβρ. α. β. ὄντα ἐγεννήκασι· καθὼς εἶπεν ὁ Ἀπό-
στολος, δι' οὗ καὶ τοὺς αἰῶνας ἐποίησε·
περὶ δὲ τῶν ὄντων, λέγει ὁ Ἰωάννης ὁ
εὐαγγελιστής· ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ ἐγέ-
Ιωαν. α. ι. νετο, καὶ ὁ κόσμος αὐτὸν οὐκ ἔγνω.

Responsio.

Duo res explicat: primò quòd 1642.
Filius Dei Iesus Christus sit Deus
æternus, natus ex propria Patris
substantia, eiusdem honoris, &
gloriæ vnà cum Patre, sicut ipse
de semetipso dixit: *Nunc clari-* Ioan. 16.
fica me Pater apud temet ipsum v. 5.
claritate, quam habui priusquam
mundus esset apud te. Secundò in
hoc articulo inuenitur hæc doctri-
na, quòd scilicet Iesus Christus
sit creator non solum rerum, sed
ipsius temporis & sæculi, in quo
omnia facta sunt, vt dixit Apo-
stolus: *Per quem fecit & sæcula.* Heb. 5.
De cæteris autem rebus dicit Io- v. 5.
annes Euangelista: *Mundus per* Iois 5.
ipsum factus est, & mundus eum v. 10.
non cognouit.

Ἐρώτησις λδʹ.

Τὰ δύο λόγια ταῦτα ὅπου εἶναι βαλ-
μένα εἰς τὸ ἄρθρον τοῦτο, Ἰησοῦν,
Χριστὸν, τί σημαίνουσιν;

Interrogatio 34.

Hæc duo verba in hoc articulo
posita, nempe *Iesum Christum*,
quid significant?

Ἀπόκρισις.

Τὸ Ἰησοῦς σημαίνει Σωτὴρ, καθὼς
ὁ ἀρχάγγελος ἡρμήνευσε, λέγων
πρὸς τὸν Ἰωσήφ· τέξεται δὲ Υἱὸν, καὶ
Ματ. α. κα. καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν· αὐτὸς
γὰρ σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρ-
τιῶν αὐτῶν· καὶ διὰ τοῦτο μὲ εὔλο-
γον λογαριασμὸν, τὸ ὄνομα τοῦτο δὲν
ἠμπορεῖ ποτὲ νὰ ἀποδοθῇ κυρίως, εἰς τὸν
κόσμον τοῦτον ἄλλου τινὸς παρὰ εἰς τὸν
Κύριον ἡμῶν καὶ Σωτῆρα, ὅπου ἐλευ-
θέρωσεν ὅλον τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων
ἀπὸ

Responsio.

To Iesus significat Saluatorem
sicut Archangelus interpretatus
est dicens ad Ioseph: *Pariet Fi-* Mat. 1.
lium & vocabis nomen eius Ie- v. 21.
sum, ipse enim saluum faciet po-
pulum suum à peccatis eorum.
Ideoque hoc nomen non potest
congruenter attribui alicui huius
mundi, nisi Domino nostro &
Saluatori, qui liberauit totum ge-
nus humanum ab æterna seruitu-
te

te dæmonum. Christus autem significat vnctum, quia iuxta le-
1642. gem antiquam, qui erant vncti nominabantur Χριστοὶ scilicet Sacerdotes, Reges, & Prophetæ, & in his tribus Christus vnctus fuit non modo communi, sicut alij, sed præ cæteris Christis: sicut de
Ps. 44. hoc refert Psalmista: *Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, propterea vnxit te Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis*. Et hæc vnctio est intelligenda de sancto Spiritu: quia vnctus fuit per Spiritum sanctum, iuxta dictum
Isaiæ 61. v. 5. Prophetæ Isaiæ: *Spiritus Domini super me, eo quod vnxerit me Dominus: ad annunciandum mansuetis, misit me*. Quæ verba refert Christus ad semet ipsum dicens:
Lucæ 4. v. 21. *Quia hodie impleta est hæc Scriptura in auribus vestris*. Triplici autem modo, quo ad excellentiam, & maiestatem superat Christus Consortes suos. Et primus quidem est, quo ad sacerdotium secundum ordinem Melchisedech, de quo ait hoc modo A-
Ad Heb. 5. v. 9. postolus: *Appellatus à Deo Pontifex secundùm ordinem Melchisedech*. Ideo alibi appellat Christum sacerdotem, quia obtulit se
Ibid. cap. 9. ipsum Deo & Patri: *Et dicit, quod per spiritum æternum seipsum obtulit immaculatum Deo*. Et inferius: *Christus semel oblatus est ad multorum exhaurienda peccata*. Secundus verò modus, quo ad excellentiam & maiestatē est regnum ipsius, pro vt manifestauit Archangelus Gabriel, quando

ἀπὸ τὴν αἰώνιον σκλαβίαν τῶν δαιμόνων. ὁ δὲ Χριστὸς σημαίνει ἀλειμμένος· διατὶ εἰς τὸν παλαιὸν νόμον οἱ ἀλειμμένοι ονομάζονται χριστοὶ, ἤγουν οἱ ἱερεῖς, οἱ βασιλεῖς, καὶ οἱ προφῆται, εἰς τὰ ὁποῖα τοῦτα τρία ὁ Χριστὸς ἐχρίσθη, ὄχι κατὰ τρόπον κοινὸν, ὡς ἂν τοὺς ἄλλους· μὰ ἐξαιρέτως ἀπὸ ὅλους τοὺς ἄλλους χριστοὺς, ὡς ἀναφέρει περὶ αὐτοῦ ὁ ψαλμῳδός· ἠγάπησας δικαιοσύνην, καὶ Ψαλ. μδ.
ἐμίσησας ἀνομίαν, διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ Θεὸς ὁ Θεός σου ἔλαιον ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους σου· καὶ τούτη ἡ χρίσις πρέπει νὰ γροικᾶται περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, ὅτι ἐχρίσθη μὲ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, κατὰ τὸ εἰρημένον διὰ τοῦ προφήτου Ἡσαΐου· Πνεῦμα Ἡσ. ξα. α.
Κυρίου ἐπ᾽ ἐμὲ, οὗ εἵνεκεν ἔχρισέ με, εὐαγγελίσασθαι πτωχοῖς ἀπέσταλκέ με. τὰ ὁποῖα λόγια ὁ Χριστὸς τὰ ἀναφέρει εἰς τὸν ἑαυτόν του, λέγων, ὅτι σήμερον πεπλήρωται ἡ Γραφὴ αὕτη ἐν τοῖς ὠσὶν Λουκ. δ. κα.
ὑμῶν. κατὰ τρεῖς δὲ ὑπεροχὰς, καὶ ἐξαίρετα μεγαλεῖα, ὑπερέχει ὁ Χριστὸς τοὺς μετόχους του· καὶ ἡ μὲν πρώτη εἶναι ἡ ἱερωσύνη κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ. περὶ ἧς φησὶν οὕτως ὁ Ἀπόστολος· προσαγορευθεὶς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἀρχιε- Ἑβρ. ε. ι.
ρεὺς κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ· ὁ αὐτὸς ἀλλαχοῦ καλεῖ τὸν Χριστὸν ἱερέα, διότι προσέφερεν ἑαυτὸν τῷ Θεῷ καὶ Πατρί· καὶ λέγει, ὃς διὰ Πνεύματος Ἑβρ. θ. ιδ.
αἰωνίου ἑαυτὸν προσήνεγκεν ἄμωμον τῷ Θεῷ· καὶ κατωτέρω. ὁ Χριστὸς ἅπαξ προσηνέχθη, εἰς τὸ πολλῶν ἀνενεγκεῖν ἁμαρτίας. ἡ δευτέρα ἐξαίρετος μεγαλειότης καὶ ὑπεροχὴ, εἶναι ἡ βασιλεία του· τὴν ὁποίαν ἐφανέρωσεν ὁ Ἀρχάγγελος Γαβριὴλ, ὅταν ἔδωκε τὰ σωτηριώδη μηνύματα πρὸς τὴν καθαρωτάτην Παρθένον, λέγων· καὶ δώσει

αὐτῷ

αὐτῷ Κύριος ὁ Θεὸς τὸν θρόνον Δαβὶδ τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ, καὶ βασιλεύσει ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰακὼβ εἰς τοὺς αἰῶνας, καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος· ἀκόμη καὶ οἱ μάγοι εἰς τὸν καιρὸν τῆς γεννήσεώς του φέροντες τὰ δῶρα, ἔδωκαν μαρτυρίαν τῆς βασιλείας του, λέγοντες·
Mat. 2. 2. ποῦ ἐστὶν ὁ τεχθεὶς βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων; τὸ αὐτὸ βεβαιώνει καὶ ὁ τίτλος τῆς τιμωρίας του, εἰς τὸν καιρὸν τοῦ θανάτου του· Ἰησοῦς ὁ Ναζαραῖος, ὁ
Ioan. 19. 19. βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων. καὶ διὰ τὴν
Deuter. 18. 15. τρίτην τουὑπεροχὴν ὁ Μωϋσῆς ἐπροφήτευσεν ἐκ Θεοῦ εἰπών, προφήτην ἐκ τῶν ἀδελφῶν σου ὡς ἐμὲ ἀναστήσει Κύριος ὁ Θεός σου· ἡ ὁποία τούτη μεγαλειότης τοῦ ἐγνωρίσθηκε μὲ τὴν ἁγίαν του διδασκαλίαν, μὲ τὴν ὁποίαν ἑρμηνεύσει καὶ τὴν Θεότητά του, καὶ ὅσα
Ioann. 17. 8. ἄλλα ἦσαν ἀρκετὰ πρὸς τὴν ἀνθρωπίνην σωτηρίαν· καθὼς ὁ ἴδιος εἶπεν, ἐγνώρισα αὐτοῖς τὸ ὄνομά σου· καὶ ἀνωτέρω τὰ ῥήματα ἃ δέδωκάς μοι, δέδωκα αὐτοῖς, καὶ αὐτοὶ ἔλαβον, καὶ ἔγνωσαν ἀληθῶς ὅτι παρὰ σοῦ ἐξῆλθον, καὶ ἐπίστευσαν ὅτι σύ με ἀπέστειλας· τὸ δὲ προφητικὸν ἀξίωμα (ὅπου ἦτον ἡ τρίτη ὑπεροχὴ) τότε ὁ Χριστὸς τὸ ἔδειξεν, ὅταν ἐπρόλεγε τὰ μέλλοντα, ὄχι διὰ τινος ἀποκαλύψεως, μὰ ἀπὸ τὴν ἰδίαν του γνῶσιν, ὡς Θεὸς ἀληθινὸς καὶ ἄνθρωπος.

do salutaria nuntia retulit ad purissimam Virginem dicens: *Et* Lucas 1. v. 32.
dabit ei Dominus Deus Sedem 1642.
Dauid Patris eius, & regnauit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Præterea & magni tempore natiuitatis eius offerentes dona dederunt testimonium de regno ipsius dicentes, *vbi est, qui natus est Rex* Mat. 2. v. 2.
Iudæorum: idem etiam confirmat titulus crucis eius tempore mortis ipsius: *Iesus Nazarenus Rex Iudæorum*. De tertio modo, quo ad excellentiam, Moyses prædixit ex parte Dei, dicens: *Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis sicut me, suscitabit* Deuter. 18. v. 15.
tibi Dominus Deus tuus. Quæ maiestas ipsius fuit vna cum sancta illius doctrina, per quam explicuit suam diuinitatem, & cætera ad salutem humanam sufficientia sicut ipsemet dixit: *Notum feci eis nomen tuum*. Et su- Ioannis 17. v. 8.
perius, *verba, quæ dedisti mihi, dedi eis, & ipsi acceperunt, & cognouerunt vere, quia à te exiui, & crediderunt, quia tu me misisti*. Dignitatem verò Prophetæ ordine tertium tum Christus ostendit, quando prædicebat futura, non per aliquam reuelationem, sed propria sua cognitione tamquam verus Deus, & homo.

Ἐρώτησις λε.

Διὰ τίνα αἰτίαν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ὀνομάζεται μονογενής;

Interrogatio 35.

Quare Filius Dei appellatur Vnigenitus?

Ἀπό- LII Re-

Responsio.

1642. Sancta Scriptura perspicuè docet, quando sit Flius Dei vnigenitus, dicens: *Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à Patre .... vnigenitus Filius in sinu Patris*. Et dicitur vnigenitus, quia est solus secundum substantiam Filius Dei: cæteri autem quotquot nominantur Filij Dei, habent hoc nomen per indulgentiam & adoptiuè, sed non naturaliter, sicut omnes fideles, & dicti Dei: & hæc indulgentia adoptionis mediante Christo gratis datur, sicut dicit Scriptura: *Quotquot receperunt eum, dedit eis potestatem Filios Dei fieri*.

Ioannis 1. v. 14.

Ibid. 5. v. 12.

Ἀπόκρισις.

Ἡ ἁγία Γραφὴ φανερῶς διδάσκει, πῶς εἶναι μονογενὴς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, λέγουσα, ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς μονογενοῦς παρὰ Πατρός· καὶ κατωτέρω, ὁ μονογενὴς Υἱὸς ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ Πατρός, καὶ λέγεται μονογενὴς, διατὶ εἶναι μόνος εἶναι ὁ κατ' οὐσίαν Υἱὸς τοῦ Θεοῦ· οἱ δὲ λοιποὶ ὅσοι ὀνομάζονται Υἱοὶ Θεοῦ, ἔχουσιν τὸ ὄνομα τοῦτο κατὰ χάριν καὶ θετικῶς, μὰ ὄχι φυσικῶς, ὡς πάντες οἱ πιστοὶ καὶ ἐκλεκτοὶ τοῦ Θεοῦ. καὶ ἡ χάρις τούτη τῆς υἱοθεσίας διὰ μέσου τοῦ Χριστοῦ χαρίζεται, ὡς λέγει ἡ Γραφή· ὅσοι ἔλαβον αὐτὸν, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα Θεοῦ γενέσθαι.

Ioan. a. 14. Ioan. a. 12.

Interrogatio 36.

Quid significant hæc duo verba lumen de lumine?

Ἐρώτησις λϛ'.

Τί σημαίνουσι τὰ δύο τοῦτα λόγια, φῶς ἐκ φωτός;

Responsio.

Vt comprehendatur hoc, oportet prius cognoscere, quod lumen sit duplex, vnum creatum, alterum increatum. Quo ad primum Scriptura dicit: *Dixitque Deus, fiat lux, & vidit Deus lucem, quod esset bona, & diuisit lucem à tenebris*. De lumine verò increato loquitur Propheta: *Non erit tibi amplius sol ad lucendum per diem, nec splendor lunæ illuminabit te noctu, sed erit tibi Dominus in lucem sempiternam, & Deus tuus in gloriam tuam, non*

Gen. 2. v. 3.

Isaie 60. v. 19.

Ἀπόκρισις.

Πρὸς τὴν τούτου κατάληψιν. πρέπει νὰ ἠξεύρωμεν, πῶς τὸ φῶς εἶναι διπλοῦν, ἄλλο κτιστὸν, καὶ ἄλλο ἄκτιστον· καὶ διὰ τὸ κτιστὸν φῶς ἡ Γραφὴ λέγει, καὶ εἶπεν ὁ Θεὸς, γενηθήτω φῶς, καὶ ἐγένετο φῶς· καὶ εἶδεν ὁ Θεὸς τὸ φῶς ὅτι καλὸν, καὶ διεχώρισεν ὁ Θεὸς ἀνάμεσον τοῦ φωτὸς, καὶ ἀνάμεσον τοῦ σκότους· περὶ δὲ τοῦ ἀκτίστου φωτὸς λέγει ὁ Προφήτης· καὶ οὐκ ἔσται σοι ἔτι ὁ ἥλιος εἰς φῶς ἡμέρας· οὐδὲ ἀνατολὴ σελήνης φωτιεῖ σου τὴν νύκτα· ἀλλ' ἔσται σοι Κύριος φῶς αἰώνιον, καὶ ὁ Θεὸς δόξα σου· οὐ γὰρ δύσεται ὁ ἥλιός σοι, καὶ

Gen. a. 3. Ησ. ξ. 19.

ἡ σελήνη σου οὐκ ἐκλείψει· ἔσται γάρ σοι Κύριος φῶς αἰώνιον· καὶ τοῦτο τὸ φῶς εἰς τὸν τόπον τοῦτον γροικᾶται διὰ τὸ ἄκτιστον, καθὼς εἶναι φανερὸν ἀπὸ τὰ λόγια τοῦ παρόντος ἄρθρου, ὅπου λέγει Θεὸν ἀληθινὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ, γεννηθέντα, οὐ ποιηθέντα· ἀλλὰ τὸ κτιστὸν ἐκ τοῦ μηδαμῆ μηδαμῶς ἐκτίσθη, μὰ τὸ γεννητὸν φῶς, εἴτουν, ὁ Υἱὸς, εἶναι ἀπὸ τὴν οὐσίαν τοῦ Πατρός· διὰ τὸ ὁποῖον λέγει ὁ Ἀπόστολος οὕτως·
Hebr. α. γ. ὃς ὢν ἀπαύγασμα τῆς δόξης, καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ, φέρων τε τὰ πάντα τῷ ῥήματι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ, δι' ἑαυτοῦ καθαρισμὸν ποιησάμενος τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τῆς μεγαλοσύνης ἐν ὑψηλοῖς· ὁμοίως καὶ αὐτὸς περὶ ἑαυτοῦ λέγει· ἐγώ
Ιωαν. η. ιβ. εἰμὶ τὸ φῶς τοῦ κόσμου, ὁ ἀκολουθῶν ἐμοὶ, οὐ μὴ περιπατήσει ἐν τῇ σκοτίᾳ, ἀλλ' ἕξει τὸ φῶς τῆς ζωῆς. λέγεται δὲ φῶς ἐκ φωτὸς, ὅτι πᾶσαν τὴν οὐσίαν τοῦ Πατρὸς ἔχει εἰς ἑαυτὸν, καθὼς ὅταν ἕνα φῶς ἀπὸ ἄλλο ἀνάπτεται, ὅλην τὴν ἐκείνου φύσιν ἔχει· ἀκόμη τὰ λόγια ταῦτα ὁποῦ εὑρίσκονται εἰς τὸ παρὸν ἄρθρον, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, πρέπει νὰ γροικοῦνται, πῶς καθὼς ὁμοίως εἶναι ὁμοούσιος μὲ τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα, οὕτως ὁμοίως εἶναι καὶ ποιητής· καὶ ὄχι δι' αὐτοῦ, ὡς διὰ τινος ὑπηρέτου, ἢ ὀργάνου· ὥς φησιν ἡ Γραφή· ἐν τῷ
Ιωαν. α. ι. κόσμῳ ἦν, καὶ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ ἐγένετο, τουτέστιν ἐξ αὐτοῦ.

occidit vltro sol tuus, & luna tua non minuetur, erit tibi quia Dominus in lucem sempiternam. Et 1642.
hoc lumen hoc loco intelligitur de lumine increato, sicut clarum est ex verbis præsentis articuli, vbi dicitur, *Deus verus de Deo vero, genitus non factus*, lux autem creata ex nihilo prorsus creata est, sed genita lux, hoc est filius, est ex substantia Patris, de quo sic dicit Apostolus: *Qui cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius, portansque omnia verbo virtutis suæ purgationem peccatorum nostrorum faciens, sedet ad dexteram maiestatis in excelsis*. Heb. 1. v. 3.
Similiter & ipse de se dicit: *Ego sum lux mundi, qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ*. Dicit *lumen de lumine*, omnem substantiam Patris in se habet, sicut quando vna lux ab altera accenditur, totam illius naturam habet, præterea verba hæc, quæ inueniuntur in hoc articulo, nimirum *per quem omnia facta sunt*: intelligenda sunt hoc modo: sicut consubstantialis est Deo Patri, sic etiam est creator, & non per se veluti per quemdam ministrum, vel instrumentum, vt dicit Scriptura, *in mundo erat, & mundus per ipsum factus est*, hoc est ab ipso. Ioan. 1.

Ἐρώτησις λζ'.

Interrogatio 37.

Πῶς εἶναι τὸ τρίτον ἄρθρον τῆς Πίστεως;

Quisnam est tertius fidei articulus?

Responsio.

1642. *Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cœlis, & incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria Virgine, & homo factus est.*

Ἀπόκρισις.

Τὸν δι' ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους, καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν κατελθόντα ἐκ τῶν οὐρανῶν, καὶ σαρκωθέντα ἐκ Πνεύματος ἁγίου, καὶ Μαρίας τῆς Παρθένου, καὶ ἐνανθρωπήσαντα.

Interrogatio 38.

Quidnam docet hic articulus fidei?

Ἐρώτησις λη'.

Τί διδάσκει τὸ ἄρθρον τοῦτο τῆς Πίστεως.

Responsio.

Quatuor res docet; primò, quod filius Dei propter nostram salutem descenderit de cœlis, iuxta promissionem ipsius, in vterum sanctissimæ virginis Mariæ, prout ipse dicit de se ipso:
Ioannes 3. v. 13. *Nemo ascendit ad cœlum, nisi qui descendit de cœlo filius hominis*. Et descendit de cœlo, non vt mutans locum, quia cum sit Deus vbique inuenitur, & omnes res implet, sed quia placuit suæ maiestati proprium filium humiliare, assumendo humanitatem. Secundò articulus iste docet, quod Dominus noster Iesus Christus assumpserit veram humanitatem, & non apparentem vel fantasticam, & tunc Corpus illius plasmatum est in vtero beatissimæ Virginis, quando illa respondet Angelo & dixit:
Lucæ 1. v. 38. *Ecce Ancilla Domini fiat mihi secundum verbum tuum*. Tunc statim homo profectus factus est cum omnibus suis partibus, & cum anima ratio-

Ἀπόκρισις.

Τέσσαρα πράγματα διδάσκει· πρῶτον πῶς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ διὰ τὴν σωτηρίαν μας ἐκατέβηκεν ἀπὸ τοὺς οὐρανούς, κατὰ τὴν ὑπόσχεσίν του εἰς τὴν γαστέρα τῆς καθαρωτάτης Παρθένου Μαρίας, καθὼς ὁ αὐτὸς λέγει περὶ ἑαυτοῦ·
οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν εἰ μὴ ὁ Ιωαν. γ. ιγ.
ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς, ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου. Καὶ κατέβη ἀπὸ τὸν οὐρανόν, ὄχι διὰ νὰ ἀλλάξῃ τόπον· διατὶ ἔστωντας καὶ νὰ εἶναι Θεός, πανταχοῦ εὑρίσκεται, καὶ ὅλα τὰ πράγματα πληροῖ· μὰ διατὶ οὕτως ἤρεσεν εἰς τὴν μεγαλειότητά του, νὰ ταπεινώσῃ τὸν ἑαυτόν του, πέρνωντας τὴν ἀνθρωπότητα. Δεύτερον διδάσκει τὸ ἄρθρον τοῦτο, πῶς ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐπῆρεν ἀληθινὴν ἀνθρωπότητα, καὶ ὄχι φαινομένην, ἢ φαντασιώδη. Καὶ τότε τὸ σῶμά του ἐπλάθηκεν εἰς τὴν κοιλίαν τῆς μακαριωτάτης Παρθένου, ὅταν ἐκείνη πρὸς τὸν Ἄγγελον ἀπεκρίθη, καὶ Λουκ. α. λη.
εἶπεν, ἰδοὺ ἡ δούλη Κυρίου, γένοιτό μοι κατὰ τὸ ῥῆμά σου· τότε παρευθὺς ἄνθρωπος Δαμ. γ. α.
τέλειος ἐγίνηκε, μὲ ὅλα του τὰ μέρη, καὶ μὲ ψυχὴν λογικήν· ἐσμιμένα

να μὲ τὴν θεότητα. καὶ ἦτον μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ὑπόστασιν, ἤτον Θεὸς ἀληθινὸς, καὶ ἄνθρωπος ἀληθινός. εἶναι ἡ ἀμόλυντος Παρθένος, θεοτόκος ἐγνωρίζετο. καθὼς ἡ Ἐλισάβετ εἶπε πρὸς αὐτήν. καὶ πόθεν μοι τοῦτο, ἵνα ἔλθῃ ἡ μήτηρ τοῦ Κυρίου μου πρὸς με; ἀκόμι εἶναι ἀναγκαῖον εἶναι τοῦτο νὰ ἠξεύρωμεν, πῶς οὔτε ἡ θεότης ἄλλαξεν εἰς τὴν ἀνθρωπότητα, μήτε ἡ ἀνθρωπότης εἰς τὴν θεότητα. μὰ καθὰ μία φύσις ἔμεινε τελεία, εἰς μίαν ὑπόστασιν, μὲ ὅλα τὰ ἰδιώματά της. ἔξω ἀπὸ τὴν ἁμαρτίαν ὅσον πρὸς τὴν ἀνθρωπότητα.

Λουκ. α. μγ.

rationali diuinitati coniunctis: & secundum vnam eamdemque subsistentiam, erat verus Deus, & 1642.
verus homo. Et Virgo immaculata cognoscebatur Deipara; sicut Elisabeth illi dixit: *Et vnde hoc mihi, vt veniat Mater Domini mei ad me?* Præterea hoc est etiã necessarium, vt cognoscamus, neque diuinitatem mutatam esse in humanitatem, neque humanitatem in diuinitatem, sed vnaquæque natura mansit perfecta sub vna Hypostasi cum omnibus suis proprietatibus excepto peccato, quo ad humanitatem.

Ἐρώτησις λθ.

Interrogatio 39.

Τί διδάσκει τρίτον τοῦτο τὸ ἄρθρον τῆς Πίστεως;

Quid docet iste tertius fidei articulus?

Ἀπόκρισις.

Responsio.

Πῶς τοῦ Χριστοῦ ἡ ἐνανθρώπησις ἐγίνηκε μὲ τὴν συνεργίαν τοῦ ἁγίου Πνεύματος. ὥστε καθὼς ἡ Παρθένος πρὶν τῆς συλλήψεως ἦτον Παρθένος, οὕτω εἶναι εἰς τὴν σύλληψιν, καὶ ὕστερα ἀπὸ τὴν σύλληψιν ἔμεινε παρθένος, καὶ εἰς αὐτὸν τὸν τόκον, διατὶ ἀπ' αὐτὴν ἐγεννήθηκε, φυλάξας ἀλώβητον τῆς Παρθενίας της τὴν σφραγίδα. ὥστε καὶ ὕστερα ἀπὸ τὴν γέννησιν εἰς αἰῶνας ἀπελευτήτους εἶναι παρθένος.

Ἠσ. ζ.

Quod iam incarnatio Christi facta sit per cooperationem Spiritus sancti, adeo vt sicut Virgo ante conceptionem erat virgo, sic etiam in conceptione, & post conceptionem mansit virgo, vti & in ipso partu, quia ab ipsa genitus est, seruato sigillo virginitatis illæso, adeo vt, & post generationem in infinita sæcula sit virgo.

Ἐρώτησις μ.

Interrogatio 40.

Τί ἄλλο περιέχεται εἰς τὸ ἄρθρον τοῦτο;

Quid aliud continetur in hoc articulo?

Ἀπό-

Re-

Responſio.

1642. Quod ſacratiſſimam Deiparam Virginem Mariam, quam (cum dignata fuerit complere hoc myſterium) omnes orthodoxi Chriſtiani debent celebrare cum gloria, & venerari veluti matrem Domini noſtri Ieſu Chriſti, vel potius Deiparam, ideoque Eccleſia fecit ſalutationem compoſitam ex verbis Archangeli & ſanctæ Eliſabethæ, quæ poſuit aliqua verba hoc modo: *Deipara Virgo ſalue gratia plena Maria, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui.* Quia peperiſti animarum noſtrarum Saluatorem.

Ἀπόκρισις.

Διὰ τὴν πάναγνον παρθένον τὴν Θεοτόκον Μαρίαν, τὴν ὁποίαν ἔσωντας καὶ νὰ ἀξιωθῇ νὰ πληρώσῃ τόσον μυστήριον, ἔχουσι χρέος ὅλοι οἱ ὀρθόδοξοι, νὰ τὴν δοξάζουσι πρεπούμενα, καὶ νὰ τὴν εὐλαβοῦνται, ὡς Μητέρα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. ἢ μᾶλλον εἰπεῖν, ὡς Θεοτόκον. διὰ τοῦτο ἡ ἐκκλησία χαιρετισμὸν τὸν ἔκαμε, συνθεμένον ἀπὸ τὰ λόγια τοῦ Ἀρχαγγέλου, καὶ τῆς ἁγίας Ἐλισάβετ, βάνωντας καὶ αὐτὴ ἀνάμεσα κάποια ὀλίγα εἰς τὸν τρόπον τοῦτον· Θεοτόκε παρθένε, χαῖρε κεχαριτωμένη Μαρία, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ· εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξὶ, καὶ εὐλογημένος ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου, ὅτι Σωτῆρα ἔτεκες τῶν ψυχῶν ἡμῶν.

Interrogatio 41.

Quomodo hanc ſalutationem debeamus intelligere?

Ἐρώτησις μα'.

Πῶς πρέπει νὰ γροικοῦμεν διὰ τὸν χαιρετισμὸν τοῦτον;

Responſio.

In primis debemus hoc eredere, quod hæc ſalutatio, principium ſuum & radicem habeat ab ipſo Deo, & relata fuit in terra ad homines per ipſum Archangelum, quia Archangelus non ſuiſſet hoc auſus dicere, niſi Deus ipſi præcepiſſet, verba autem, quæ dixit ſancta Eliſabetha, dicebat de Spiritu ſancto, quod manifeſtum eſt, quia dicit Euangeliſta: *Et repleta eſt Spiritu ſancto Eliſabeth, & exclamauit voce magna & dixit, benedicta tu in mu-* (Lucæ 1. v. 41.)

Ἀπόκρισις.

Πρῶτον πρέπει τοῦτο νὰ πιστεύῃς, πῶς ὁ χαιρετισμὸς οὗτος, ἔχει τὴν ἀρχὴν καὶ τὴν ῥίζαν του ἀπ' αὐτὸν τὸν Θεόν· καὶ ἐφέλθηκεν εἰς τὴν γῆν ἀπὸ τοὺς ἀνθρώπους διὰ τοῦ Ἀρχαγγέλου. διατὶ ὁ Ἀρχάγγελος δὲν ἤθελεν ἀποκοτήσειν νὰ τὸν εἴπῃ, ἂν ὁ Θεὸς δὲν τὸν ἤθελε προστάξειν· τὰ δὲ λόγια ὁποῦ εἶπεν ἡ ἁγία Ἐλισάβετ, τὰ ἔλεγεν ἐκ Πνεύματος ἁγίου· τὸ ὁποῖον εἶναι φανερὸν, διατὶ λέγει ὁ Εὐαγγελιστὴς, καὶ ἐπλήσθη Πνεύματος ἁγίου ἡ Ἐλισάβετ, καὶ ἀνεφώνησε φωνῇ μεγάλῃ, καὶ εἶπεν· εὐλογημένη σὺ ἐν γυ- (Λουκ. α. μα.)

ναιξί, καὶ εὐλογημένος ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου· τὰ δὲ λόγια ὅπου ἐπερόδισεν ἡ ἐκκλησία, καὶ αὐτὰ ἐκ Πνεύματος ἁγίου εἶναι· καὶ αὐτὴ ἡ ἐκκλησία μὲ τὴν ἐξουσίαν ὅπου ἔχει, προστάσσει νὰ δοξάζωμεν πολλὰ συνεχῶς τὴν παρθένον, μὲ τὸν χαιρετισμὸν τοῦτον εἰς τὸν καιρὸν τῆς προσευχῆς.

mulieribus, *& benedictus fructus ventris tui*. Prædicta autem verba Ecclesiæ, & ipsa etiam sunt 1642.
de Spiritu sancto, & ipsa Ecclesia cum potestate, quam habet, mandat celebrari multum, & sæpius Virginem cum hac salutatione tempore orationum.

Ἐρώτησις μβʹ.

Τί διδασκαλία εὑρίσκεται εἰς τὸν χαιρετισμὸν τοῦτον;

Interrogatio 42.

Quænam doctrina reperitur in hac Salutatione?

Ἀπόκρισις.

Εἰς τὸν χαιρετισμὸν τοῦτον εὑρίσκεται ἡ ἀνάμνησις τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, καὶ τῶν αὐτοῦ εὐεργεσιῶν, ὅπου μᾶς ἔδωκε μετ' αὐτήν· ἀκόμι παραδίδεται καὶ ἡ τοιαύτη διδασκαλία, ἤγουν πῶς ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ὁ ἄναρχος, ἐξ οὐρανοῦ καταβὰς, δὲν ἐβάστα σάρκα μὲ τὸν ἑαυτόν του, μὰ εἰς τὴν κοιλίαν τῆς πανάγίας Παρθένου, ἀπὸ τὰ καθαρώτατά της αἵματα τὴν ἐπῆρε, τοῦ ἁγίου Πνεύματος συνεργοῦντος· καὶ ἀπ' αὐτὴν ἐγεννήθηκεν ὡς ἀπὸ γνησίαν του μητέρα. οὕτω βεβαίως καὶ ἀληθῶς πρέπει νὰ πιστεύωμεν. τοὺς δὲ λέγοντας πῶς ἐκατέβασεν ἀπὸ τὸν οὐρανὸν τὴν σάρκα ὅπου ἐφόρισε, καὶ τὴν ἐπέρασεν ἀπὸ τὴν ἁγίαν Παρθένον, ὡς ἂν ἀπὸ σωληνάρι, ἡ ἐκκλησία τοὺς ἔκρινεν αἱρετικοὺς, καὶ τοὺς κατέκρινεν. ἀκόμι εἰς τὸν ἴδιον χαιρετισμὸν εἶναι καὶ τούτη ἡ διδασκαλία, ὅπου μᾶς διδάσκει νὰ τὴν ὀνομάζωμεν Θεοτόκον, κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα· καὶ ἀπ' αὐτὴν ἐγεννήθηκεν ὁ Χριστὸς, Θεὸς τέλειος, καὶ ἄνθρωπος τέλειος. ἔ-
τι

Responsio.

In hac salutatione reperitur memoria incarnationis Filij Dei, & beneficiorum suorum, quæ nobis contulit per illam. Præterea traditur etiam hæc doctrina, quomodo scilicet verbum Dei carens principio, & descendens de cœlo non gerebat carnem secum, sed in ventre sanctissimæ Virginis ex purissimo sanguine illius sumpserat Spiritu sancto cooperante, & ab ipso natus est veluti à legitima matre, hoc modo firmiter & verè debemus credere; ipsos autem qui dicunt, quod deduxerat carnem à cœlo, quam gestabat, & ipsam fecerat transire per sanctam Virginem veluti per canalem, Ecclesia censuit hæreticos, & condemnauit. Præterea in hac eadem Salutatione, est etiam hæc doctrina, quæ docet, nos ipsam nuncupare Deiparam habita ratione humanitatis, & ab ipsa natus est Christus perfectus Deus,
&

& perfectus homo. Adhuc reperitur in Salutatione ista hisce in
1642. verbis: *Virgo gratia plena*, hæc doctrina, quod ipsa particeps sit gratiæ diuinæ, ideoque abundantius, quam in nulla alia creatura: Quia est mater Dei, ideoque Ecclesia exaltat illam super Cherubim & Seraphinos, & nunc ista superat omnes Choros Angelorum, stans à dextris Filij ipsius cum omni honore & gloria, sicut Psal-
Psal. 44. mista ait: *Adstitit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate.* Porrò hanc salutationem vnusquisque Orthodoxorum Christianorum debet, cum omni reuerentia dicere exigendo Virginis intercessionem, multa enim potest oratio matris apud beneuolentiam Filij, & quis quis vult ipsi esse deuotus, debet legere hymnum ἀκάθιστον, & exhortationes, & cæteros Ecclesiæ hymnos ad gloriam illius compositos.

τι δὲ εὑρίσκεται καὶ τοιαύτη διδασκαλία εἰς τὸν χαιρετισμὸν τοῦτον, εἰς τὸν λόγον ὅπου ὀνομάζει τὴν Παρθένον κεχαριτωμένην. πῶς αὐτὴ εἶναι μέτοχος τῆς θείας χάριτος, περισσότερον παρὰ κἂν ἕνα ἄλλο κτίσμα· διατὶ εἶναι μήτηρ Θεοῦ· καὶ διὰ τοῦτο ἡ ἐκκλησία τὴν ὑψώνει ὑπὲρ τὰ Χερουβὶμ καὶ Σεραφίμ· καὶ τώρα αὐτὴ ὑπερχίρει πάσας τὰς χορείας τῶν ἀγγέλων· ἱσταμένη ἐκ δεξιῶν τοῦ Υἱοῦ της, ἐν πάσῃ τιμῇ καὶ δόξῃ· καθὼς ὁ Ψαλμῳδὸς λέγει· πα- Ψαλ. μδ.
ρέστη ἡ βασίλισσα ἐκ δεξιῶν σου, ἐν ἱματισμῷ διαχρύσῳ, περιβεβλημένη, πεποικιλμένη. τὸν χαιρετισμὸν τοῦτον καθ' ἕνας ἀπὸ τοὺς ὀρθοδόξους χριστιανοὺς πρέπει μετ' εὐλαβείας νὰ τὸν λέγῃ, ζητῶντας τὴν μεσιτείαν τῆς Παρθένου· πολλὰ γὰρ ἰσχύει δέησις μητρὸς πρὸς εὐμένειαν Υἱοῦ· καὶ ὁποῖος θέλει νὰ εἶναι πρὸς αὐτὴν εὐλαβής, ἂς διαβάζῃ τὸν ἀκάθιστον ὕμνον, καὶ τὰς παρακλήσεις, καὶ τοὺς λοιποὺς ὕμνους τῆς ἐκκλησίας τοὺς πρὸς δόξαν αὐτῆς συντεθέντας.

Interrogatio 43.

Ἐρώτησις μγ'.

Quis est quartus fidei articulus.

Ποῖον εἶναι τὸ τέταρτον ἄρθρον τῆς Πίστεως;

Responsio.

Ἀπόκρισις.

Crucifixus pro nobis sub Pontio Pilato, passus est, & sepultus est.

Σταυρωθέντα ὑπὲρ ἡμῶν ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, καὶ παθόντα, καὶ ταφέντα.

Interrogatio 44.

Ἐρώτησις μδ'.

Quid docet iste articulus?

Τί διδάσκει τὸ ἄρθρον τοῦτο;

Re- Ἀπό-

Ἀπόκρισις.

Ἔξ πράγματα διδάσκει· πρῶτον πῶς κατ' ἐκείνην τὴν ἀληθινὴν ἀνθρωπότητα, ὅπου ἐπῆρεν ἀπὸ τὴν Παρθένον Μαρίαν ὁ Λόγος, κατ' ἐκείνην ἔπαθεν εἰς τὸν σταυρὸν ἀπάνω διὰ ἡμᾶς, κυρίως καὶ ἀληθῶς· καὶ ἀπέθανεν ἀληθῶς· τὸ ὁποῖον τοῦτο εἶναι φανερὸν ἀπὸ τὴν ἁγίαν Γραφήν. ὅπου λέγει, καὶ φωνήσας φωνῇ μεγάλῃ ὁ Ἰησοῦς, εἶπε, Πάτερ, εἰς χεῖράς σου παρατίθημι τὸ πνεῦμά μου. καὶ ταῦτα εἰπὼν, ἐξέπνευσε· καὶ τὸ τίμιόν του αἷμα ἀληθῶς διὰ ἡμᾶς ἐξέχεε, καὶ μετ' αὐτοῦ ἡμᾶς ἐξηγόρασεν· ὡς λέγει ὁ Ἀπόστολος· προορίσας ἡμᾶς εἰς υἱοθεσίαν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ· ἐν ᾧ ἔχομεν τὴν ἀπολύτρωσιν διὰ τοῦ αἵματος αὐτοῦ, τὴν ἄφεσιν τῶν παραπτωμάτων, κατὰ τὸν πλοῦτον τῆς χάριτος αὐτοῦ.

Λουκ. κγ. μϛ. — Ἐφ. α. ε. ζ.

Responsio.

Docet sex diuersa, primo quod 1942.
per veram illam humanitatem, quam assumpsit verbum à Virgine Maria, in cruce propter nos propriè & verè passus, & verè mortuus sit, quod manifestum est ex sacra Scriptura, vbi ait: *Et clamans voce magna Iesus ait: Pater in manus tuas commendo spiritum meum, & hæc dicens, exspirauit.* Et prætiosum sanguinem suum reuera pro nobis effudit, & cum illo nos redemit, vt Apostolus ait: *Qui prædestinauit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum, in quo habemus redemptionem per sanguinem eius, remissionem peccatorum, secundum diuitias gratiæ eius.*

Lucæ 23. v. 46. — Ephes. v. 5. & 7.

Ἐρώτησις με'.

Ποῖον εἶναι τὸ δεύτερον ὅπου περιέχει τὸ ἄρθρον τοῦτο;

Interrogatio 45.

Quid est secundum, quod in hoc articulo continetur.

Ἀπόκρισις.

Πῶς ἀναμαρτήτως ἔπαθε διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν· καθὼς λέγει ὁ Ἀπόστολος Πέτρος· εἰδότες ὅτι οὐ φθαρτοῖς, ἀργυρίῳ ἢ χρυσίῳ ἐλυτρώθητε ἐκ τῆς ματαίας ὑμῶν ἀναστροφῆς πατροπαραδότου, ἀλλὰ τιμίῳ αἵματι ὡς ἀμνοῦ ἀμώμου καὶ ἀσπίλου Χριστοῦ. ἀκόμη καὶ ὁ βαπτιστὴς Ἰωάννης μαρτυρᾷ, πῶς ἔστωντας καὶ νὰ εἶναι ἀθῶος ὁ Ἰησοῦς καὶ ἀναμάρτητος, ἔπαθε διὰ τὰς ἁμαρτίας μας· διὸ λέγει, ἴδε ἀμνὸς

τοῦ

α. Πετρ. α. ιη.

Responsio.

Quod sine peccato passus est, propter nostra peccata, sicut dixit Apostolus Petrus: *Scientes quod non corruptibilibus auro, vel argento redempti estis de vana vestra Conuersatione Paternæ traditionis, sed pretioso sanguine quasi agni immaculati Christi, & incontaminati.* Præterea Ioannes Baptista testatur, quod cum Iesus esset innocens, & sine pec-

Petri Epist. cap. 1. v. 18.

cato, passus sit propter nostra peccata, ideoque dicit: *Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi.* Et passus est voluntariè: sicut ipse dicit: *Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam.*

Ioannis 1. v. 29.

1642.

Ibid. 10. v. 18.

τοῦ Θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου· καὶ ἔπαθε θελημα̃τικῶς· καθὼς ὁ ἴδιος λέγει· ἐξουσίαν ἔχω θεῖναι τὴν ψυχήν μου, καὶ ἐξουσίαν ἔχω πάλιν λαβεῖν αὐτήν.

Ioann. 1. v. 29. Ioan. 10. v. 18.

Interrogatio 46.

Quid est tertium, quod hoc articulo docetur?

Ἐρώτησις μϛ΄.

Τί διδάσκει τρίτον τοῦτο τὸ ἄρθρον;

Responsio.

Quod Christus passus sit in cruce secundum carnem, & non secundum diuinitatem, quia diuinitas non patiebatur, neque clauis in cruce affigebatur, neque moriebatur. Quo ad primum, nimirum quod in cruce patiebatur, Apostolus palam facit, dicens: *Nunc autem reconciliati in corpore carnis eius per mortem, exhibete vos sanctos, & immaculatos inreprehensibiles coram ipso.* Atqui diuinitas, assumpta humanitate, nusquam separata fuit ab illa, neque tempore passionis vel mortis illius in cruce, neque etiam post mortem, etiamsi anima separata fuerit à corpore, sed diuinitas neque à corpore, neque ab anima fuit separata, ideoque tempore mortis hypostasis Christi erat vna & eadem.

Ad Coloss. 1. v. 22.

Ἀπόκρισις.

Πῶς ὁ Χριστὸς ἔπαθεν εἰς τὸν σταυρὸν κατὰ τὴν σάρκα, καὶ ὄχι κατὰ τὴν θεότητα· διατὶ ἡ θεότης δὲν ἔπασχε, μήτε ἐκαρφώνετο εἰς τὸν σταυρὸν, μήτε ἐμπτυσμοὺς, ἢ κολαφισμοὺς ἐδέχετο, μήτε ἀπέθνησκε· καὶ ὅσον πῶς μὰ μόνην τὴν σάρκα ἔπασχεν, ὁ Ἀπόστολος τὸ φανερώνει λέγοντας· νυνὶ δὲ ἀποκατήλλαξεν ἐν τῷ σώματι τῆς σαρκὸς αὐτοῦ διὰ τοῦ θανάτου, παραστῆσαι ὑμᾶς ἁγίους καὶ ἀμώμους, καὶ ἀνεγκλήτους κατενώπιον αὐτοῦ. Ἀλλὰ μὲν ἡ θεότης ὡς ἂν ἔλαβε τὴν ἀνθρωπότητα, ποτὲ δὲν ἐχωρίσθηκεν ἀπ᾽ αὐτήν· οὔτε εἰς τὸν καιρὸν τοῦ πάθους ἢ τοῦ θανάτου εἰς τὸν σταυρὸν, οὔτε μετὰ τὸν θάνατον. καλὰ καὶ ἡ ψυχὴ νὰ ἐχωρίσθηκεν ἀπὸ τὸ κορμί· μὰ ἡ θεότης οὔτε ἀπὸ τὸ κορμὶ, οὔτε ἀπὸ τὴν ψυχὴν ποτὲ ἐχωρίσθηκε· διὰ τοῦτο εἰς καιρὸν τοῦ θανάτου, ἡ ὑπόστασις τοῦ Χριστοῦ ἦτον μία καὶ ἡ αὐτή.

Κολ. α. κβ.

Interrogatio 47.

Quid quarto docetur in hoc articulo?

Ἐρώτησις μζ΄.

Τί διδάσκει τέταρτον τὸ ἄρθρον τοῦτο;

Re- Ἀπό-

Ἀπόκρισις.

Πῶς ὁ θάνατος τοῦ Χριστοῦ, νὰ ἦτον μὲν διαφορώτερον τρόπον, παρὰ ὅπου ἦτον τῶν ἄλλων ὅλων ἀνθρώπων; διὰ ταῖς ἀφορμαῖς ταύταις· πρῶτον διὰ τὸ βάρος τῶν ἁμαρτιῶν μας, καθὼς λέγει ὁ Προφήτης περὶ αὐτοῦ· (Ἡσ. νγ. δ.) οὗτος τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν φέρει, καὶ περὶ ἡμῶν ὀδυνᾶται· καὶ ἡμεῖς ἐλογισάμεθα αὐτὸν εἶναι ἐν πόνῳ, καὶ ἐν πληγῇ ὑπὸ Θεοῦ, καὶ ἐν κακώσει· αὐτὸς δὲ ἐτραυματίσθη διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, καὶ μεμαλάκισται διὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν. (Θρην. α. ιβ.) καὶ ἄλλος Προφήτης ὡς ἐκ προσώπου τοῦ Χριστοῦ. οἱ πρὸς ὑμᾶς πάντες παραπορευόμενοι ὁδὸν, ἐπιστρέψατε, καὶ ἴδετε, εἰ ἔστιν ἄλγος κατὰ τὸ ἄλγος μου ὃ ἐγενήθη μοι. δεύτερον, διατὶ εἰς τὸν σταυρὸν ἀπάνω, ἐπλήρου τὴν ἱερωσύνην· ἑαυτὸν προσενέγκας τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, εἰς ἀπολύτρωσιν τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων· ὡς φησὶν ὁ Ἀπόστολος περὶ αὐτοῦ· (α. Τιμ. β. ς.) ὁ δοὺς ἑαυτὸν ἀντίλυτρον ὑπὲρ πάντων. καὶ (Ἐφ. ε. β.) ἀλλαχοῦ· ὁ Χριστὸς ἠγάπησεν ἡμᾶς, καὶ παρέδωκεν ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν προσφορὰν, καὶ θυσίαν τῷ Θεῷ, εἰς ὀσμὴν εὐωδίας καὶ εἰς ἄλλον τόπον· ἔτι (Ῥωμ. ε. θ.) ἁμαρτωλῶν ὄντων ἡμῶν, κατὰ καιρὸν Χριστὸς ὑπὲρ ἡμῶν ἀπέθανεν. ἐκεῖ ἀκόμη εἰς τὸν σταυρὸν ἐπλείωνε τὴν μεσιτείαν, ἀνάμεσον Θεοῦ, καὶ ἀνθρώπων· καθὼς ὁ αὐτὸς Ἀπόστολος λέγει περὶ αὐτοῦ· καὶ δι' αὐτοῦ ἀποκαταλλάξαι τὰ (Κολ. α. κ.) πάντα εἰς αὐτὸν, εἰρηνοποιήσας διὰ τοῦ αἵματος τοῦ σταυροῦ αὐτοῦ· καὶ ἀλλαχοῦ· (Κολ. β. ιδ.) ἐξαλείψας τὸ καθ' ἡμῶν χειρόγραφον τοῖς δόγμασιν, ὃ ἦν ὑπεναντίον ἡμῖν· καὶ αὐτὸ ἦρεν ἐκ τοῦ μέσου, προσηλώσας αὐτὸ τῷ σταυρῷ.

Ἐρώ-

Responsio.

Quod mors Christi esset longè 1642.
alio modo, quam mors omnium hominum, ob has rationes: primò propter pondus peccatorum nostrorum, sicut dicit Propheta Isaias: (Isaias 53. v. 4.) *Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit, & nos putauimus eum quasi leprosum, & percussum à Deo, & humiliatum: ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra*. Et alius Propheta ex persona Christi ait: (Thren. 1. v. 12.) *O vos omnes, qui transitis per viam, attendite, & videte, si est dolor, sicut dolor meus*. Secundò, quia in cruce implebat sacerdotium, se ipsum offerens Deo, & Patri in adoptionem generis humani, sicut ait Apostolus de eo: *Qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus*. (Prima ad Timoth. 2. v. 6.) Et alibi: *Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem, & hostiam Deo in odorem suauitatis*. (Epist. 5. v. 2.) Et alibi: *Quoniam cum adhuc peccatores essemus, secundum tempus, Christus pro nobis mortuus est*. (Rom. 5. v. 9.) Illic adhuc in cruce perfecit intercessionem suam inter Deum, & nos, sicut Apostolus ait de illo: *Et per eum reconciliare omnia in ipsum, pacificans per sanguinem crucis*. (Colloc. 1. v. 20.) Et alibi: *Descendens, quod aduersus nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, & ipsum tulit de medio affigens illud cruci*. (Ibid. 2. 14.)

In-

Interrogatio 48.

1642. Quid quinto docetur hoc articulo?

Responsio.

De sepultura Domini nostri Iesu Christi, quod sicut verè, & propriè passus est in cruce, sic etiam verè mortuus, & verè sepultus in loco illustri: & hoc non sine ratione factum est, vt nullus inposterum suspicionem aliquam habeat de vera ipsius à mortuis resurrectione, quia si sepultus fuisset in occulto loco, & vt dicitur, in abiecto lecto, Iudæi haberent ansam derogandi Christo. Ad maiorem igitur confirmationem, & gloriam illustris Christi resurrectionis, commoti sunt Iudæi, & venerunt ad Pilatum, dicentes: *Iube ergo custodiri sepulchrum, vsque in diem tertium: & ipse respondit, habetis custodiam, ite, custodite, sicut scitis. Illi autem abeuntes, munierunt sepulchrum, signantes lapidem cum Custodibus.* Qui custodes Iudæorum manifestissimè testati sunt, quod Christus surrexerit à mortuis, quia illo tempore ipsi formidarunt, sicut Scriptura dicit: *Et ecce terræ motus factus est magnus Angelus enim Domini descendit de cœlo, & accedens reuoluit lapidem, & sedebat super eum: præ timore autem eius exterriti sunt custodes, & facti sunt velut mortui.* Qui postea pro-

Math. 27. v. 46.

Ibid. 28. v. 2.

Ἐρώτησις μη΄.

Τί διδάσκει πέμπτον τὸ ἄρθρον τοῦτο;

Ἀπόκρισις.

Περὶ τῆς ταφῆς τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· πῶς καθὼς ἔπαθε κυρίως καὶ ἀληθῶς εἰς τὸν σταυρὸν ἀπάνω· οὕτως καὶ ἀπέθανεν ἀληθῶς. καὶ ἀληθῶς ἐτάφη εἰς τόπον ἐπίσημον· καὶ τοῦτο ἐγίνεν ὄχι χωρὶς αἰτίαν, μὰ διὰ νὰ μὴν ὑποπτεύεται τινὰς ὕστερον περὶ τῆς ἀληθοῦς αὐτοῦ ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως. διατὶ ἂν ἤθελε ταφῇ εἰς κἀνένα τόπον ἀπόκρυφον, καὶ καθὼς τὸ λέγουσιν, ἐν παραβύστῳ, ἤθελασιν ἔχει ἀφορμὴν οἱ Ἰουδαῖοι, νὰ διασύρουσι τὸν Χριστόν· πρὸς μεγαλύτερην λοιπὸν πίστωσιν, καὶ δόξαν τῆς ἐνδόξου τοῦ Χριστοῦ ἀναστάσεως, ἐπαρακινηθήκασιν οἱ Ἰουδαῖοι καὶ ἦλθασι πρὸς Πιλάτον λέγοντες· κέλευσον ἀσφαλισθῆναι τὸν τάφον ἕως τῆς τρίτης ἡμέρας· καὶ αὐτὸς τοὺς ἀπεκρίθη, ἔχετε κουστωδίαν, ὑπάγετε ἀσφαλίσασθε ὡς οἴδατε· οἱ δὲ πορευθέντες, ἠσφαλίσαντο τὸν τάφον, σφραγίσαντες τὸν λίθον, μετὰ τῆς κουστωδίας· ἡ ὁποία κουστωδία τῶν Ἰουδαίων, φανερώτατα ἐμαρτύρησε πῶς ὁ Χριστὸς ἀνέστη ἀπὸ τοὺς νεκρούς. διατὶ εἰς τὸν καιρὸν ἐκεῖνον, αὐτοὶ ἐφοβήθησαν, ὡς λέγει ἡ Γραφή· καὶ ἰδοὺ σεισμὸς ἐγένετο μέγας· ἄγγελος γὰρ Κυρίου καταβὰς ἐξ οὐρανοῦ προσελθὼν ἀπεκύλισε τὸν λίθον ἀπὸ τῆς θύρας, καὶ ἐκάθητο ἐπάνω αὐτοῦ. ἀπὸ δὲ τοῦ φόβου αὐτοῦ ἐσείσθησαν οἱ τηροῦντες, καὶ ἐγένοντο ὡσεὶ νεκροί. οἵτινες ὕστερον ἐλθόντες εἰς τὴν πόλιν, ἀπήγγειλαν τοῖς Ἀρχιερεῦσιν ἅπαντα τὰ γινόμενα· καὶ

Ματ. κζ ξδ

Ματ. κη β.

διὰ

διὰ, τοῦτο ἠναγκάζοντο νὰ εἰποῦσι· καὶ ἐκεῖνα τὰ λόγια, ὅπου εἶπεν ὁ ἄγγελος Κυρίου εἰς τὰς γυναῖκας· οἶδα ὅτι Ἰησοῦν τὸν ἐσταυρωμένον ζητεῖτε· οὐκ ἔστιν ὧδε· ἠγέρθη γὰρ καθὼς εἶπε· δεῦτε ἴδετε τὸν τόπον ὅπου ἔκειτο ὁ Κύριος· καὶ ταχὺ πορευθῆσαι, εἴπατε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, ὅτι ἠγέρθη ἀπὸ τῶν νεκρῶν· διὰ, τούτην λοιπὸν τὴν ἀφορμὴν, ὁ τάφος τοῦ Κυρίου εἶναι ὀνομαστὸς διὰ νὰ εἶναι πιστὸν εἰς ὅλους, πῶς οἱ μαθηταί του δὲν τὸν ἔκλεψαν, μήτε εἰς ἀπόκρυφον τόπον τὸν ἔθαψαν, ὡς οἱ διεστραμμένοι Ἰουδαῖοι διεφήμισαν, δίδοντες χρήματα εἰς τοὺς στρατιώτας· μετὰ τὴν ὑποψίαν τούτην τὴν ἔκβαλε τὸ μνῆμα εἰς τὸ ὁποῖον ἐκείτετο· ἡ σφραγὶς τοῦ λίθου μετὰ τῆς κουστωδίας τῶν Ἰουδαίων, ὁμοίως καὶ ὁ Ἰωσὴφ καὶ ὁ Νικόδημος· οἱ ὁποῖοι ἦσαν ἔντιμοι ἀνάμεσα εἰς τοὺς Ἰουδαίους· ἀκόμη ἡ συνδόνα μὲ τὴν ὁποῖαν ἐτυλίξασι τὸ νενεκρωμένον σῶμα τοῦ Κυρίου ἡμῶν, τὸ σουδάριον ὅπου ἦτον εἰς τὴν κεφαλήν του, καὶ ἔμεινεν εἰς τὸν τάφον διπλωμένον ἀναστάντος αὐτοῦ. ταῦτα πάντα φανερώνουσι πῶς δὲν ἐκλέφτηκεν ἀπὸ τοὺς μαθητάς του τὸ σῶμα, ἀλλὰ ἀνέστη· μετὰ τὴν διδασκαλίαν τούτην πρέπει καὶ τοῦτο νὰ νοῦνται, πῶς κατὰ τὴν προφητείαν, ἦτον ἀνάγκη νὰ εἶναι τὸ μνημεῖον του ἔντιμον καθὼς ἦτον· καὶ εἶναι μέχρι τῆς σήμερον· φησὶ γὰρ ὁ Προφήτης, καὶ ἔσται ἡ ἀνάπαυσις αὐτοῦ τιμή. καὶ εἰς αὐτὸ ὁποῖος ἐν πίστει καὶ ἀγάπῃ τῇ εἰς Χριστὸν ὑπαγίνει, μεγάλην ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν ἀποκτᾶται, δι' αὐτοῦ πρὸς Χριστὸν προστρεχόμενος.

Ἡσ. ια. ι.

profecti in vrbem, nuntiauerunt Principibus sacerdotum omnia, quæ facta fuerunt, ideoque coge- 1642.
bantur dicere illa verba, quæ Angelus Domini dixit mulieribus: *Scio enim, quod Iesum, qui crucifixus est, quæritis; non est hic: surrexit enim sicut dixit, venite, & videte locum, vbi positus erat Dominus, & cito reuertentes dicite discipulis eius, quia surrexit à mortuis*. Propter hanc igitur rationem sepulchrum Domini illustre est, vt omnes credant, quod Discipuli non suffurati sunt, neque in aliquo loco occulto illum sepelierunt, sicut peruersi illi Iudæi diuulgarunt, datis nummis ipsis militibus. Hanc suspicionem porrò reiecit sepulchrum, in quo erat positus: idque sigillo lapidis vna cum custodia Iudæorum, similiter & Ioseph & Nicodemus, qui erant honorati inter Iudæos, præterea linteum, cum quo mortuum Domini nostri Corpus inuoluerunt, sudarium, quod erat supra caput illius, & mansit in sepulchro complicatum post resurrectionem illius: hæc omnia ostendunt, quod corpus illud non suffurati sunt discipuli illius, sed surrexit: per hanc doctrinam debemus etiam hoc intelligere, quod iuxta prophetiam esset necesse, vt sepulchrum esset gloriosum, sicut erat, & est etiam vsque ad hodiernam diem: ait enim Isaias: *Et erit sepulchrum eius gloriosum*. Porrò quicumque fide, & charitate erga Christum proficiscitur ad hoc sepulchrum, magnam ac- Isaia 11. v. 10.
cepit remissionem peccatorum per illud ad Christum accedens.

Interrogatio 49.

1642. Inter omnia, quæ dicta sunt, desiderabam discere de anima Christi, quoniam in loco esset post mortem ante resurrectionem.

Responsio.

Anima Christi cum separata esset à Corpore, semper fuit vnita cum diuinitate, & cum illa descendit ad inferos: etiamsi hoc loco non habeamus aliquam mentionem factam de illo, hoc tantùm habemus ab hymnis Ecclesiasticis, qui tractant de illo, quod Christus descenderit ad inferos, cum anima, & diuinitate, & præsertim in illo Τροπαρίῳ Ecclesiæ, quod dicit: *In sepulchro corporaliter, in inferis autem cum anima sicut Deus, in Paradiso vero cum latrone, & in throno existebas Christe, cum Patre vero, & Spiritu omnia complens incircumscriptus, & ab inferis reduxit animas sanctorum maiorum nostrorum, & posuit in Paradiso, quibus adiunxit & latronem, qui credidit in ipsum in cruce.*

Ἐρώτησις μθʹ.

Ἀνάμεσα εἰς τὰ εἰρημένα, ἐπιθυμοῦν νὰ ἔμαθα περὶ τῆς ψυχῆς τοῦ Χριστοῦ, εἰς ποῖον τόπον νὰ εὑρίσκετο, ὕστερα ἀπὸ τὸν θάνατόν του πρὶν τῆς ἀναστάσεως.

Ἀπόκρισις.

Quod verò sic semper crediderit probatur inexplicabili coniectura, quia hæc fides non fuit de nouo introducta in Ecclesia Dei. Omnes enim nouitates, quæ sanctam turbarunt Ecclesiam habuerunt proprios authores, vt nos docent historiæ. At huius fidei nullus è Neothericis fuit author. Ergo hanc nouit ab antiquitate, quod si quem habetis huius vos authorem, ostendite & in pristinam Orthodoxiam redibimus. Nec fas est calumniari quemquam Patriarcharum nostrorum vel Romanorum Pontificum, cum talis calumniæ nulla constare possit probatio. Extant enim integra monumenta antiquitatis; extant historiarum annales, in quibus tale quid nec legimus vmquam nec vidimus.

Nec nobis objicias Concilium Tridentinum, in quo nec interfuimus, quod criminamini, vt definierit hanc *μετουσίωσιν*. Quod enim credimus non habemus ab alijs sed è contra; cum in Oriente ortum habuerit fides, & veritas propagata fuerit ab Oriente per vniuersum terrarum orbem. Nec tamen mihi suadeo definitum fuisse, vt nouum dogma in illo Concilio, sed renouatum potius vt vetus, quemadmodum multa alia; cuius & euidens constat probatio; Romana enim Ecclesia, numquam à nostra discrepauit in hoc articulo, ergo sic ipsa quoque ab initio credidit. Cum itaque sic se res habeat, vt talis fidei

dei nullus Neoticorum sit author, aut vos vt Neoterismum antiquitatem damnatis,cuius vix extat initium.

Vt autem innotescat tibi veritatis huius origo, scias quod non est noua ista contentio, sed ortum habuit ipsius Christi temporibus, qui de illa quid esset constituit. Cum enim Saluator noster dixisset Iudæis : *Panis quem ego dabo vobis caro mea est*. Dictum illi interpretati pro vera & physica carne (in quo non aberrarunt) & impossibile hoc existimantes, vt vos modo iniuriam non paruam inferentes diuinæ omnipotentiæ: *Quomodo*, dixerunt inter se, *potest iste dare nobis suam carnem ad manducandum?* Christus autem eorum increpans incredulitatem, & ostendens diuinitatis suæ omnipotentiam : *Nisi manducaueritis*, subdidit, *carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis*. Ac si diceret: vos non creditis me posse dare vobis ad manducandum veram meam, & physicam carnem. Ego autem dico vobis, non solum possibile hoc apud me, sed & necessarium vobis ad salutem. Ideo præcipio vt eam carnem manducetis, quam vos asseritis impossibile, ne quis putet nunc Christum præcepisse Iudæis, vt carnem suam comederent mysticè, præcepit enim vt illam manducarent, quam ipsi asserebant non posse eum dare ad manducandum, & cum de vera & physica hæsitarent, eam ipse præcepit vt manducarent. Aliter præceptum Christi non consonaret eorum. hęsitationi Iussit itaque 1672.
Christus, id eos facere, quod opinabantur impossibile, quod & necessarium ait. Cum enim caro Christi sit viuificatrix & vita: hinc fit, vt qui veram eius carnem non comedit, non habeat vitam.

Vnde & os aureum sanctæ nostræ Ecclesiæ in huius textus explicatione hom. 47. non id fieri posse negarent, non solum non impossibile, sed & necessarium asserit. At quid non ostendit non impossibile? Id sanè dixerit vnusquisque, quod ipsi asserebant impossibile; nempe dare illis suam veram carnem ad manducandum non mysticam, de illa enim non hæsitabant Iudæi. Hanc ergo eos manducare cum existimarent de genere impossibilium, ostendit ille possibile.

Ex prædictis itaque sic argumentatur sancta nostra Ecclesia: istam carnem præcepit Christus, vt manducarent Iudæi, de qua ipsi hæsitabant: sed hæsitabant de vera & physica. Ergo illam præcepit vt manducarent. Item, illud Christus dixit possibile, quod Iudæi imposibile, sed physicam suam carnem dicebant impossibile eos manducare. Ergo illam dixit Christus eos manducare possibile.

Christus ipse in sua cœna mystica sanctis suis præcepit Apostolis

lis dicens; λάβετε φάγετε τοῦτο ἐστι, non σῶμα μου, ſed cum articulo
1672. demonſtratiuo τὸ σῶμα μου; quod *ipſum corpus*, non iam corporis typum ſignificat. Et en huius μετουσιώσεως author; non quis Patriarcharum noſtrorum, nec alius purus homo, ſed Chriſtus ipſe homo Dominicus, & Deificus, qui non ſpopondiſſet nobiſcum eſſe vſque ad conſummationem ſæculi, hoc quoque inſtituit ſacramentum, vt in illo adimpleretur promiſſum & ſponſio.

Hanc edoctus à Magiſtro doctrinam Iacobus Apoſtolus, orat in liturgia, vt panis conuertatur in corpus, & vinum in ſanguinem. *Fac*, inquit, *hunc panem corpus ſanctum Chriſti tui*, & *hunc calicem precioſum ſanguinem Chriſti tui*. At quomodo poteſt fieri corpus niſi tranſſubſtantietur in illud? Niſi dicatis panem eiuſdem eſſe diuinitatis cum verbo, quod caro factum eſt ſine mutatione, quod ipſa damnaret impietas. Ideo duo illa numquam Occidentia Eccleſię noſtræ lumina Baſilius, & Chryſoſtomus, vt non obiiceres duas eſſe in ſacramento naturas panis nempe & corporis, planius exponentes mentem Apoſtoli, addiderunt & ipſi in ſuis liturgijs μεταβαλὼν τῷ πνεύματί σου τῷ ἁγίῳ. Ac ſi dicerent, nemo hæſitet in ſacramento Euchariſtiæ panem eſſe & corpus, vt in verbi incarnatione diuinitas & humanitas. Ibi enim factum eſt ſine vlla mutatione: hic cum mutatione vnius naturæ in aliam.

Nec dicas illam mutationem eſſe ſtatus, quia mutatio ſtatus non tranſmutat vnum in alterum. Omnis enim mutatio, ait Philoſophus 5. phyſicorum capite 11. tom. 7. eſt ex quodam in quiddam, id eſt in quiddam, quod non ſit idem cum quodam, quod patet ex ſubſequentibus. Aliud enim prius ſignificat (ait ibi idem Philoſophus) aliud poſterius. Ergo aliud panis, aliud corpus, & ſi aliud & aliud, quomodo idem.

At quis vmquam dixit, quod mutat ſtatum tranſmutari in aliud. Nam & qui creatur imperator, mutat quidem ſtatum, vt & qui deponitur, non propterea dicitur tranſmutari in aliud. Vnde ſi panis tranſmutatur in corpus, non mutat quidem ſtatum, ſed ipſam ſubſtantiam.

Et ſi quæras; quæ ſit iſta tranſmutatio? dico non eſſe iam de non ſubiecto in ſubiectum cum non ſit generatio (diuiſio eſt Philoſophi) nec de ſubiecto in non ſubiectum cum non ſit corruptio. Reliquum ergo eſt, vt ſit de ſubiecto in ſubiectum, id eſt de vno in aliud; & ſic dicimus, quod deſinens panis eſſe panis, tranſmutatur in corpus. Talis enim eſt natura huius mutationis, id eſt vt deſinat res eſſe, quod erat, & incipiat eſſe, quod non erat, vel quod amittat proprium eſſe, & in alterius tranſeat. Aliter poſterius non ſignificaret aliud à priori, &

ſicut

ſicut frigidum tranſmutatum in calidum, & nigrum in album, deſinunt eſſe nigrum & frigidum, ſic & panis cum tranſmutatur in corpus.

Nec officit, quod nec Euangeliſtæ, nec Apoſtoli, nec Patres vſi fuerint verbo μετουσιοῦσθαι, nec voce μετουσιώσεως. Hæc enim non fuerunt in vſu apud authores Græcos, vt nec apud Latinos *tranſſubſtantiari vel tranſſubſtantiatio*. Ideo per æquipollentes voces & eumdem ſignificantes effectum explicauerunt clarè ſuam ſententiam. Antiquitas enim pro verbo *tranſſubſtantiatio*, vtebatur verbis *facio*, *verto*, *tranſmuto*, εἰμὶ, γίγνομαι, μεταβάλλω μεταποιῶ, & alijs ſimilibus: quod probatur ex veteri & nouo teſtamento: legimus enim in geneſi capite 19. reſpiciens vxor eius poſt ſe, verſa in ſtatuam ſalis ἐγένετο στήλη ἁλός. Et in exodo capite 7. *Tolle virgam tuam, & proijce eam coram Pharaone, & vertatur in colubrum* καὶ ἔσται δράκων. *Tulitque Aaron coram Pharaone virgam, quæ verſa eſt in colubrum*, καὶ ἐγένετο δράκων. Et in Euangelio Ioannis cap. 3. *Vt autem guſtauit Architriclinus aquam vinum factam*, ὕδωρ οἶνον γεγενημένον. Et in liturgia prædictorum ſanctorum μεταβαλὼν τῷ πνεύματί σου τῷ ἁγίῳ. Quæ omnia ſi integrè explicaueris, non aliter ſane euolues, quam vnum ſubiectum tranſſubſtantiatum eſſe in alterum. Quod ſi per effectum huius neotericæ vocis non credis panis tranſſubſtantiationem in corpus: ergo nec ſupradictas, 1642.
de quibus nuſquam hæſitauit Eccleſia. Et ſicut in ijs, cum non attendatur vocula, ſed effectus & operatio, creditur tranſſubſtantiatio: ſic & in ſacramento Euchariſtiæ attendendus effectus, & prædicanda vnius ſubſtantiæ in aliam tranſmutatio, cum per tranſmutationem ſemper intellexerit tranſſubſtantionem Eccleſia, vt patet ex eius fide & confeſſione. Vnde qui μεταβολὴν admittit & μεταποίησιν, ſecundum interpretationem Eccleſiæ, à qua nemini licet deflectere, tranſſubſtantiationem negare non poterit. Daretur enim cauſa in actu operandi ſine effectu, quod implicat. Habes itaque hanc tranſſubſtantiationem à Chriſto, à primo authore. Habens eamdem & ab Apoſtolis, vt approbatum eſt. Videamus iam quid de hac crediderint eorum ſucceſſores, & Patres primitiuæ Eccleſiæ, à quibus vos non puto decidere.

Qui Epheſi conuenerunt Patres quidem ſapientia & ſanctimonia præclariſſimi, & huius dogmatis interpretes præſtantiſſimi, hæc habent de hac materia in epiſtola ad Neſtorium, ex quibus clarè patet, quænam fuerit eorum ſententia: *Neceſſariò igitur & hoc adijcimus. Annunciantes enim, ſicut ſecundum carnem mortem vnigeniti filij Dei, id eſt Ieſu Chriſti, & reſurrectio-*

ctionem eius, & in cælis ascensionem pariter confitentes, incruentam celebramus in Ecclesiasticis sacrificijs veritatem. Et hic non dicunt ipsi typum, vt vos creditis, sed veritatem. Et quantum distat typus à veritate, tantum ab eadem vestra opinio;quod dictum sit pace vestra fratres Charissimi. *Sic etiam ad mysticas benedictiones accedimus, & sanctificamur participes sancti corporis, & preciosi sanguinis Christi omnium nostrum redemptoris effecti, non vt communem carnem percipientes, quod absit, nec vt viri sanctificati, & vt verbo coniuncti secundum dignitatis vnitatem, aut sicut diuinam possidentes habitationem sed vt viuificatricem, & ipsius verbi propriam factam*. Considerentur integrè, quæso, hæ voces, nam omnes diluunt difficultates: *Vita enim naturaliter, vt Deus existens, quia propriæ carni vnitus est viuificatricem eam esse professus est, & ideo quamuis dicat nobis: nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non tamen eam vt hominis vnius ex nobis existimare debemus: quomodo enim iuxta suam naturam viuificatrix esse caro hominis potest? sed verè propriam eius factam, qui propter nos filius hominis, & est & vocatur*. Quid his clarius; quid his lucidius? Manducamus inquiunt tot Patres sanctissimi, veram Christi carnem; & si veram ergo non mysticam, neque panem: vera enim caro, veram carnis substantiam significat. Et quomodo verum panem comedens poterit veram carnem comedere, nisi vnum transsubstantietur in alterum?

1672.

Chrysostomus homilia 45. in Ioannem. *Hoc Iob significabat de seruis, qui suum amorem præ se ferentes dicebant, quis daret nobis vt suis carnibus impleremur. Quod & Christus fecit vt maiori nos charitate adstringeret, & vt suum in nos ostenderet desiderium, non se tantum videri permittens desiderantibus, sed & tangi & manducari & dentes carni suæ infigi, & desiderio suo omnes impleri*. Infiguntur ne dentes mysticæ carni, an veræ & physicæ? Et in eadem in dicto Christi: *Panis, quem ego dabo vobis caro mea est: cum enim in petendo cibo instarent, & patribus suis datum memorarent, & manna tamquam magnum quidam laudarent omnia illa figuram, & vmbram fuisse, rerum ante veritatem præsentem ostendit*. Vides, quod iste panis non est figura corporis Christi, sed eiusdem corporis veritas. In homilia quoque 83. in Matth. *O, quomodo dicunt, vellem formam & speciem eius, vellem vestimenta ipsa, vellem calceamenta videre. Ipsum igitur vides, ipsum tangis, ipsum comedis. Vestimenta eius desideras videre, ipse vero seipsum tibi tradit non vt vi-*

videas solum, verum etiam vt tangas & in te habeas. Ac si diceret, quæ magis probant corpus Christi: vestimenta ne, an ipsum videre, tangere & comedere, & si tu vides, tangis, & comedis: quid vestimenta quæris? Visus autem corporis, tactus & comestio, nonne corpus ipsum testantur, & veritatem eius affirmant.

Nyssenus quoque hæc & ille in eadem hypotesi in sermone de Cathecumenis cap. 37. *Rectè quidem credimus verbo Dei sanctificatum panem in corpus Christi transmutari* (μεταποιοῦσθαι) *verbo græconico.* Ex quo infero quod si panis ille transmutatur in corpus desinit esse panis. Non potest enim idem manens transmutari in aliud, vt ex dictis probatur.

Damascenus quoque in 4. libro de Eucharistia. *Corpus verè diuinitati vnitum, quod ex sancta Virgine corpus, non quod ipsum assumptum corpus de cœlo descendat, sed quod ipse panis & vinum vertuntur in corpus & sanguinem Dei.* Et ne quis confugiat ad interpretationes ad placitum & typum versionem existimet, clarius explicat suum sensum inferius: *Non est typus*, ait, *panis, & vinum corporis & sanguinis Christi. Absit; sed ipsum Domini corpus Deificum, cum ipse Dominus dixerit, hoc est non typus corporis sed corpus, & non typus sanguinis, sed sanguis.*

Quod si in qua allegatis epistola, quæ non est apud nos asserit τύπα τοῦ κυριακοῦ σώματος, intelligendus est ante sanctificationē panis. Sic enim ipse in eodem interpretatur ἀντίτυπα. *Si quidam autem* 1672.
ἀντίτυπα *corporis & sanguinis Domini, panem & vinum, vt Diuus dixit Basilius, non post sanctificationem dixerunt, sed ante sanctificationem oblationis.* Ex quo euidens patet huius sancti doctoris sententia, nempe panem & vinum non esse ἀντίτυπα, vt vos modo asseritis, sed ipsum verum corpus & sanguinem. Et vt modum non quæras huius transsubstantiationis; sufficiat, inquit, tibi audire, quod per spiritum sanctum.

Sanctus quoque Ambrosius, Lucifer & ipse in primitiua Ecclesia de sacramentis ait: *Ante verba Christi, calix vino & aqua est plenus, vbi verba Christi operata fuerunt, sanguis efficitur, qui plebem redemit: ante benedictionem verborum alia species nominatur: post consecrationem corpus Christi vere significatur.* Et in oratione ante missam dicenda: *Domine Deus vbi caro tua in veritate sumitur, vbi sanguis tuus in veritate bibitur &c.* Et in primo de viduis: *Antequam consecretur panis est, vbi vero verba Christi accesserunt corpus Christi est.* Et seipsum clarius explicans, ne illud (esse) quis interpretatur pro typo, ait in Matthæum: *Christus assumpto pane, qui confortat cor hominis, veritatem corporis sui repræsentauit.* En itaque veritas, quæ typum omnem euertit.

Ex his testimonijs vt reliqua præteream breuitatis gratia, cum
1672. sint innumera manifesta, patet sanctorum Patrum sententia, quod scilicet verum sit corpus, non typicum seu mysticum vt asseritis, in quo non parum mihi affert admirationis vestra opinio. Nam vel possibile creditis hoc apud Deum, vel impossibile. Si primum, cur tantum contenditis & vos ipsos seiungitis à sancta Ecclesia? Si secundum: cur potentiorem prædicatis naturam ipso authore naturæ? Natura enim ipsa transsubstantiat panem in substantiam comedentis, vt probat magistra rerum experientia. Et quid horum putatis maius omnia creare ex nihilo, an panem in corpus conuertere? Audi super hoc ipsum Ambrosium in 4. de Sacramentis: *Si tantum valuit sermo Eliæ vt ignem de cœlo deponeret, non valebit sermo Christi vt species elementorum mutetur*; (pondera quod non mutatur status elementorum sed species) *de totius mundi operibus, legisti quia ipse dixit & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt. Sermo igitur Christi, qui potuit ex nihilo facere quod non erat, non potest ea quæ sunt mutare in illud quod non sunt*, & ne status mutationem vt sophista induceres, subdit, *non enim minus est nouas rebus dare formas, quam mutare naturas*. Si Deus ergo mutat non statum naturæ, sed ipsam naturam, in aliam; quomódo natura transmutata in eadem remanebit, & in sua prima substantia? Et hoc captu perdifficile dicis. Mihi vero difficilius videtur transmutare naturam & conseruare eamdem in transmutatione. Hoc enim apertè repugnat & implicat. Nam si verbum transmutaretur in carnem non esset amplius verbum, quia transmutatio importat conuersionem prioris substantiæ. Sed si propter difficultatem non credis, ergo nec Trinitatis, nec incarnationis mysteria vt longè difficiliora intellectui nostro, & propter hoc magis credendum, quam inquirendum: *Fides enim non habet meritum, vbi humana ratio præbet experimentum*. Et fides nostra non comprobatur syllogismis & rationibus, sed seipsa & Dei miraculis. Vnde quod non capis, quod non vides animosa firmat fides: *Beati enim, qui non viderunt & crediderunt*. Portentosum videtur mysterium, quia diuinitatis est non humanitatis; & obsistit sensui, quia supernaturale est. Hæc enim diuinorum natura, vt non cadant sub sensu & intellectu nostro.

Vt iam ad vestros vniamus articulos. Scias Ecclesiam Græcam credere, quod asseris credere Romanos Pontificios in 1. 2. & 3. articulo. Hanc enim fidem vt & omne bonum habuerunt à nobis, præter quod illis imputas nempe diabolum posse sanctissimo corpori illudere, atque abuti ad ma-

le-

leficas artes & ſcelera patranda? hoc enim apud nos non eſt inter articulos fidei neceſſarios, qui & pio potius ſilentio quoque talia commendare ſueuimus, quam iurgioſis dialogis. Rodi verò à muribus illud Deificum corpus vel manducari ab impijs & à canibus, hoc nullam affert Diuinitati iniuriam ſi enim Deus vbique eſt, fatendum eſſe quoque in ventribus animalium, ſed ſicut ſol per impuritates tranſiens, & in ijs permanens non inquinatur, neque polluitur, ſic nec ſolis creator, & omnium Opifex.

Quartum quoque credit ſancta Eccleſia: neque inquirit omnipotentiam Dei, cui omnia tribuit, quonam modo ſeruet accidentia ſine ſubiecto; aſſerens hoc mirabile diuinitatis eſſe, cui & mirabiliora poſſibilia ſunt. Et qui non totum tribuit ſenſui, facili negotio eleuabitur ad cognitionem & fidem ſupernaturalium. Legimus enim in libris ſapientię capite 16. quod qui manna comedebant omnes attingebant ſapere prout quiſque voluerit. Audi Scripturam hanc veritatem docentem: *Pro quibus Angelorum eſca nutriuiſti populum tuum, & paratum panem de cœlo præſtitiſti illis ſine labore, omne delectamentum in ſe habentem, & omnis ſaporis ſuauitatem. Subſtantiam enim tuam & dulcedinem tuam, quam in filios habebas oſtendebas; & deſeruiens vniuſcuiuſque voluntati, ad quos quiſque volebat conuertebatur.* Quod ſi de conuerſione ſaporis in ſaporem interpretatus fueris, non aberraueris à veritate: & eſt ſapor carnis in manna & aliorum comeſtibilium ſine re ſaporata. Qui ergo hoc mirabile perpetratus eſt, vt qui manna comederent panis experiantur delectamentum, carnis ſaporem, & cuiuſcumque alterius ſubſtantiæ, vt quiſque voluerit ſine ſubſtantia rei ſapidæ, cur non valebit efficere vt comedens corpus ſuum, panis attingat ſaporem, licet abſit panis ſubſtantia? At qui ipſam quoque contemplatur naturam, non ſupernaturale hoc factum conſpiciet. Si enim quantitatem roſarum, in thalamo tuo poſueris, deinde illas extraxeris, vel conſumpſeris, ſenſus tamen, ſine re adorata periucundum illum odorem percipiet: quod & in thure patet, & thymiamate, & cæteris olidis. Quid mirum ergo ſi panis odor in corpore conſeruatur, ſine eius ſubſtantia? Hæc ſanè videtur portentoſa doctrina, cum plus tribuat naturæ, quam Deo, & creaturæ, quàm Creatori. Ideo vt impiam noſtra ſancta damnat Eccleſia.

1672.

Quintum pariter credit, & quoad ſextum, adorat corpus in Euchariſtia, adoratione latriæ, Deificum enim eſt.

Quod habes in ſeptimò, non eſt in vſu apud nos circumferre corpus ſanctiſſimum per plateas & vicos, magna ſequente popu-

lorum caterua. Non damnamus tamen quod pietate fit in hono-
1672. rem Dei.

Quod quæris in octauo, qui credit panem conuerti realiter in vnum corpus Christi, credit quoque Deum ipsum esse substantialiter creatorem cœli & terræ, & docet substantiam illam panis sanctificari, quam fideles sumunt ore corporeo, esse eamdem illam particulam materiæ, quam sanctæ Trinitatis secunda persona verbum Patris assumpsit in veritatem personæ per vnionem hypostaticam.

Quo ad nonum abhorret Ecclesia nostra ab illa doctrina, quam docent reformati, nempe illud idem, quod secundum suam naturam panis est, mysticè & secundum gratiam sanctificationis esse corpus, credit enim corpus esse non mysticè, sed verè & physicè adeo vt per transmutationem substantiæ panis esse desinat, transmutationem enim pro transsubstantiatione capimus.

De sanctissimo Patriarcha Cyrillo conciue meo & conterraneo, cum Orthodoxus natus sit ex orthodoxis parentibus, numquam quod scribis audiui de eius sententia. At nec illum numerat sancta Ecclesia inter sanctos & martyres, licet virtute doctrina & probitate morum polluerit. Sin autem ille aliter, quam Patres sui crediderit, damnatur profectò eius doctrina & fides tamquam hæretica. Vale ad multos annos vt deprecor Illustrissime Domine, & spiritus veritatis, qui ex Patre procedit, dirigat in viam salutis, corpusque Domini nostri Iesu Christi custodiat animam tuam in vitam æternam. Amen.

Ex Arca Zacynhi die 21. Maij 1672.

EX SYNODO IEROSOLYMITANA. 1672.

Anno 1672. ſub Doſitheo Patriarcha, Dorotheo Petra, Parthenio Nazareth, Ioſaphat Cæſarea, Neophyto Bethleemitico, alijſque Paleſtinæ Epiſcopis cum totius Sanctæ Ciuitatis clero celebrata.

Franciſco Combefis Interprete.

ΜΕΤΑ γὰρ πεντήκοντα ἔτη τῆς λουθήρου μανίας, ὁ ἀπὸ τοβίγγης τῆς γερμανίας Μαρτῖνος Κρούσιος, μετὰ καὶ ἄλλων σοφιστῶν τῆς καινοτομίας λουθήρου (ἀδελφὰ δήπως φρονεῖ λουθῆρος Καλβίνῳ, εἰ καὶ ἔν τισι διαφέρειν δοκοῦσιν) ἔπεμψαν τὰ κεφάλαια τῆς αἱρέσεως αὐτῶν τῷ τηνικαῦτα πηδαλιουχοῦντι τὸ πλοῖον τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει ἀποστολικῆς ἐκκλησίας, ἵν' εἰδῶσιν εἰ συμφωνῶσι τῇ δόξῃ τῆς ἀνατολικῆς ἐκκλησίας, (ὡς ἐκεῖνοι ἔλεγον) ὁ δὲ ἀοίδιμος ἐκεῖνος τρεῖς πρὸς ἐκείνους, καὶ κατ' ἐκείνων συνεγράψατο λόγους, εἴτουν πραγματικὰς ἀποκρίσεις, πᾶσαν μὲν θεολογικῶς τε ὀρθοδόξως ἐλέγχων αὐτῶν αἵρεσιν, πᾶσαν δὲ γνώμην ὀρθόδοξον τὴν ἄνωθεν ἐπικρατήσασαν τῇ ἀνατολικῇ ἐκκλησίᾳ διδάσκων αὐτούς· οἱ καὶ οὐ προσέσχον ἅπαντες τῇ εὐσεβείᾳ χαίρειν εἰπόντες. ἔστι δὲ ἡ βίβλος τυπωθεῖσα γραικολατινιστὶ, ἐν βιρτεμπεργίδι τῆς γερμανίας κατὰ τὸ ,αφπδ'. ἔτος τῆς σωτηρίας.

POſt annos quinquaginta à Lutheri excito furore Martinus Cruſius, Tubingenſis Germanus, alijs quoque adiunctis Lutheri nouitatum ſophiſtis (porro Germana prope vt Lutherus, Caluinus ſentit, tametſi in nonnullis differre videntur) ſua ſectæ capita ad eum, qui Apoſtolicæ totum Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ clauum tenebat, direxere; quatenus (vt dicebant) dignoſcerent, an cum orientali Eccleſia de doctrina conuenirent. Verum ad illos & contra illos celebris ille Patriarcha orationes tres, ſeu ſolidas preſſaſque reſponſiones conſcripſit, quibus omnem illorum hæreſim theologicè iuxta ac Catholicè confutat, orthodoxamque omnem ſententiam & doctrinam ab antiquo, olimque in Eccleſia Orientali vigentem eos docet; quanquam ij animum minime attenderunt, qui omnes pietati nuntium remiſerunt. Habetur hic iber græcè & latinè editus Witembergæ in Germania anno ſalutis 1584.

Πρὸ τούτου τοῦ κὺρ Ἱερεμίου, Ἰωάννης ἱερεὺς ὁ Ναθαναὴλ καὶ οἰκονόμος Κων-

Sed & ante hunc Domnum Hieremiam Ioannes Natanael Sa-

cerdos & œconomus Constantinopoleos, in tractatu quem de
1672. expositione sacræ liturgiæ edidit, Domnumque ipsum Hieremiam secutus, Gabriel Seuerus Peloponensis fratrum nostrorum Venetijs Metropolita in libro, quem de septem Sacramentis Ecclesiæ Catholicæ composuit, Orientalis Ecclesiæ doctrinam sensumque liquido exhibuerunt.

Κωνσταντινουπόλεως, ἐν ᾧ ἐξέθετο περὶ τῆς ἑρμηνείας τῆς ἱερᾶς λειτουργίας· καὶ μετὰ τοῦτον τὸν κὺρ Ἱερεμίαν, Γαβριὴλ Σεβῆρος ὁ ἀπὸ Πελοποννήσου, Μητροπολίτης τῶν ἐν Ἐνετίησιν ἀδελφῶν, ἐν ᾧ συνέγραψε περὶ τῶν ἱερῶν ἑπτὰ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας μυστηρίων συνταγμάτιον, ἀριδήλως τὴν τῆς ἀνατολικῆς ἐκκλησίας δόξαν παρέστησαν.

Non solum autem isti, sed & alij plures (quos suo quemque tempore recensebimus) idem nuper argumentũ prosecuti sunt. Ac in primis ante annos sex vel septem prodijt in lucem liber, cui titulus Confessio Orthodoxa Orientalis Ecclesiæ à sanctissimo quidem illo Ciobæ Metropolita Petro compositus: at si quid maioris lucis ac emendationis egebat, à Meletio Syrigo Cretensi, magno Ecclesiæ, quæ Constantinopoli est, protosyncello atque doctore iussu Synodi apud Giasium celebratæ illustratus ac emendatus. Hunc porrò recepit, ac omnino recipit vniuersa orientalis Ecclesia, per omnia vero optimus, illustrissimusque ac sapientissimus iudex Dominus Panagiotes, magnus orientalis occidentalisque imperij interpres, idemque fidei zelo accensissimus nihil subtrahendo vel addendo, sed ad vnum exemplaris apicem typis mandauit.

Οὐ μόνοι δὲ οὗτοι ἀλλὰ καὶ ἄλλοι πολλοὶ περὶ τῶν τοιούτων ὑποθέσεων συνεγράψαντο νεωστὶ, οὓς ἀπηριθμήσαμεν ἐν καιρῷ ἰδίῳ· πρὸ ἐτῶν δὲ μάλιστα ἓξ, ἢ ἑπτὰ, βίβλος τετύπωται, ἐπιγραφομένη, ὁμολογία ὀρθόδοξος τῆς ἀνατολικῆς ἐκκλησίας, ἣν συνεγράψατο μὲν ὁ ἁγιώτατος ἐκεῖνος μητροπολίτης Κιαίβου Πέτρος· ἐσαφήνισε δὲ, καὶ ἐδιωρθώσατο, εἴ τι σαφηνείας, καὶ διορθώσεως ἐδεῖτο, ἐν αὐτῇ προτροπῇ τῆς ἐν Ἰασίῳ συνόδου, ὁ τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει μεγάλης ἐκκλησίας πρωτοσύγκελλος καὶ διδάσκαλος Μελέτιος Συρίγος ὁ ἀπὸ Κρήτης ὁρμώμενος· ἐδέξατο δὲ αὐτὴν καὶ δέχεται ἁπαξαπλῶς πᾶσα ἡ ἀνατολικὴ ἐκκλησία· ἐξέδωκε δὲ αὐτὴν τύποις μηδὲν ἀφαιρήσας, ἢ προσθηκὼς ταύτῃ, ἀλλὰ κατὰ πάντα ὁμοίαν τῷ πρωτοτύπῳ ὁ πάντ᾽ ἀγαθὸς, ὁ ἐκλαμπρότατος καὶ σοφώτατος ἄρχων κύριος Παναγιώτης, ὁ μέγας ἑρμηνευτὴς τοῦ ἀνατολικοῦ καὶ δυτικοῦ κράτους, καὶ τῆς εὐσεβείας ἄκρος ζηλωτής.

AT-

ATTESTATIO

Anno 1672. mense Maij.

SYMEONIS METROPOLITÆ DYRRACHII, ET DANIELIS METROPOLITÆ VARNENSIS, ET THEOPHANIS METROPOLITÆ PARONAXIÆ.

Nunc primum ex autographo apud Me seruato edita.

ΕΠ' ἀληθείας θαυμάζομαι εἰς κάποιον φιλομαθῆ ὅπου μᾶς ἐκάμεν κάποια ζητήματα, ἐρωτῶντας, ἂν οἱ ἀνατολικοὶ λογάδες, καὶ ὁ κοινὸς λαὸς φρονοῦσι καὶ δοξάζουσι μερικὰ ἄρθρα, καὶ δόγματα, τὰ ὁποῖα ἀσπάζονται τὰς τῶν αἱρετικῶν διδασκαλίας, καὶ φαυλίσματα, εἰς τὰ ὁποῖα ἔχοντας χρέος ὡσὰν μέλος τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας νὰ ἀποκριθοῦμεν καὶ νὰ φανερώσωμεν τὴν ἀλήθειαν, εἰς ὅλον ἐκεῖνο, ὅπου οἱ ἀνατολικοὶ πιστεύουσι, διὰ νὰ εὐγάλωμεν πᾶσαν ὑποψίαν εἰς ἐκείνους ὅπου δὲν ἔχουσιν εἴδησιν εἰς τὰ ὅσα βεβαίως κρατεῖ καὶ φρονεῖ ἡ ἀνατολικὴ ἐκκλησία, κεφαλαιωδῶς ἐν ἁγίῳ πνεύματι ἀποφαινόμεθα, ὅτι κοινῶς πάντες ἀκολουθοῦσι τὰ τῶν ἁγίων καὶ θεοφόρων πατέρων δόγματα, διδασκαλίας τε καὶ διδάγματα, τό, τε τοῦ μεγάλου ἀθανασίου, βασιλείου, γρηγορίου τοῦ θεολόγου, Ἰωάννου τοῦ χρυσορρήμονος, κυρίλλου ἱεροσολύμων, ἐπιφανίου κύπρου, καὶ Ἰωάννου τοῦ δαμασκηνοῦ, καὶ τῶν λοιπῶν ἁγίων, τῶν ἐν εὐσεβείᾳ καὶ ὀρθῇ διδασκαλίᾳ λαμψάντων περιβοήτων πατέρων, καὶ ἡμεῖς φρονοῦμεν, πιστεύομεν, δοξάζομεν, καθὼς ἀπὸ τοὺς μαθοὺς τῶν ἀληθινῶν καὶ καθολικῶν δογ-

μάτων

MIramur reuera, quod quidam discendi cupidus nobis quęstiones proponat, an Orientalis clerus, & communis populus sententiant & doceant quosdam articulos, & amplectantur hæretica dogmata & ineptiam; ad quæ opus est, vt tamquam membrum Catholicæ Ecclesiæ respondeamus, & veritatem declaremus de omni illo, quod orientales credunt, vt ij abijciant omnem suspicionem ab ijs, qui non habent notitiam de illis, quæ firmiter tenet & sentit orientalis Ecclesia. Illum fauente Spiritu S. ostendemus, quod communiter omnes sequuntur sanctorum & Deiferorum Patrum Dogmata, sententias, & traditiones, magni nimirum Athanasij, Basilij, Gregorij Theologi, Ioannis Chrisostomi, Cyrilli Hierosolymitani, Epiphanij Cypri, Ioannis Damasceni, & cæterorum sanctorum, qui in pietate, & orthodoxa doctrina illustres fuerunt, præclarorum Patrum, cum quibus nos sentimus, credimus, sicut ab infantia

in

in veris, & Catholicis dogmatibus educati & confirmati sumus. 1682. Et primò.

μάτων ἀναθρεμμένοι τε, καὶ βεβαιωμένοι. καὶ πρῶτον.

Caput 1.

Omnia Dei verba scripta & declarata siue per sacram Scripturam, siue per traditionem Prophetarum & Euangelicam Historiam, Spiritu ductorum Apostolorum dogmaticas admonitinnes, quas dederuot, tanquam dogmata credimus.

Κεφ. α'.

Πάντα τὰ τοῦ Θεοῦ λόγια γραφέντα τε καὶ ῥηθέντα, εἴτε διὰ τῆς ἁγίας γραφῆς, εἴτε διὰ τῆς παραδόσεως ταῖς προφητικαῖς ῥήσεσι, καὶ εὐαγγελικαῖς ἱστορίαις τῶν πνευματοφόρων ἀποστόλων διδασκαλίαις νουθεσίαις τε παραινέσεσιν ὡς δόγματα πιστεύομεν.

Caput 2.

Liberum arbitrium accepit homo à Deo, vt ipso liberè vteretur iuxta propriam voluntatem, & consilium, & inimpedibiliter operaretur, & faceret iuxta suum propositum vel malum, vel bonum, dicit enim Damascenus libro 3. Orthodoxæ fidei cap. 43. actus nostri à nostra libertate pendent, sic vt possumus facere, & non facere, hoc est à nobis libere fiunt, non enim vltrò dicitur, fac opus, quod non est in nostra potestate.

Κεφ. β'.

Τὸ αὐτεξούσιον ὅπερ ὁ Θεὸς ἔδωκε τοῦ ἀνθρώπου, δεσποτικῶς τὸ βούλεται ὁ ἄνθρωπος κατὰ τὴν αὐτοῦ θέλησίν τε καὶ βούλησιν, καὶ ἀνεμποδίστως ἐργάζεται, καὶ πράττει κατὰ τὴν αὐτοῦ προαίρεσιν ἢ τὸ κακὸν, ἢ τὸ ἀγαθὸν, φησὶ γὰρ ὁ δαμασκηνὸς ἐν τῷ περὶ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως βιβλίῳ γ'. κεφ. μγ'. περὶ τῶν γινομένων ἐφ' ἡμῖν μὲν οὖν εἰσὶν, ὧν ἡμεῖς ἐσμὲν αὐτεξούσιοι ποιεῖν τι, καὶ μὴ ποιεῖν, τουτ' ἔστι πάντα τὰ δι' ἡμῶν ἑκουσίως πραττόμενα, οὐ γὰρ ἑκουσίως ἐλέγετο πράττεσθαι, τῆς πράξεως οὐκ οὔσης ἐφ' ἡμῖν.

Caput 3.

Audientes Apostolum Paulum docentem, quod fides sine operibus mortua sit, dicimus, quod fides cum operibus bonis iustificat hominem, & gratia cooperetur, & sanctificet animam & corpus, quapropter dicit Iacobus

Apo-

Κεφ. γ'.

Ἀκολουθοῦντες τοῦ ἀποστόλου Παύλου τὴν διδασκαλίαν, ἡ πίστις ἄνευ τῶν ἔργων νεκρά ἐστι, λέγομεν δὲ ὅτι ἡ πίστις μετὰ τῶν ἔργων τῶν καλῶν, δικαιοῖ τὸν ἄνθρωπον, καὶ τότε ἡ χάρις ἐνεργεῖ καὶ ἁγιάζει ψυχῇ τε καὶ σώματι, διὰ τοῦτο ὁ ἀπόστολος Ἰάκωβος

ἐν

ἐν τῇ αὐτοῦ ἐπιστολῇ κεφ. β΄. λέγει. τί τὸ ὄφελος ἀδελφοί μου, ἐὰν πίστιν λέγῃ τις ἔχειν, ἔργα δὲ μὴ ἔχῃ; μὴ δύναται ἡ πίστις σῶσαι αὐτόν; καὶ πάλιν· θέλεις δὲ γνῶναι ὁ ἄνθρωπε κενὲ ὅτι ἡ πίστις χωρὶς τῶν ἔργων νεκρά ἐστι· ὁρᾶται τοίνυν ὅτι ἐξ ἔργων δικαιοῦται ἄνθρωπος καὶ οὐκ ἐκ πίστεως μόνον, ὥσπερ γὰρ τὸ σῶμα χωρὶς τοῦ πνεύματος νεκρόν ἐστι, οὕτως καὶ ἡ πίστις χωρὶς τῶν ἔργων νεκρά ἐστι.

Apostolus in epistola sua cap. 2. *Quid vtilitatis confert frater meus, si quis fidem se habere dicat,* 1682.
opus verò non habeat, non potest fides saluare eum. Et rursus: *Scias ò homo, quod fides sine operibus mortua sit.* Visibiliter igitur ex operibus iustificatur homo, & non ex fide solum. Sicut enim corpus sine anima mortuum est. Sic & fides sine operibus mortua est.

Κεφ. δ΄.

Πάντα τὰ ἔργα τοῦ ἀνθρώπου ὅσα ποιῇ κατὰ τὰς θείας ἐντολὰς ἐστὶν ἔργα ἀγαθά, καὶ μισθὸν λαμβάνει παρὰ Θεοῦ, διὰ τοῦτο εἰς τὸ κατὰ Ἰωάννην εὐαγγέλ. κεφ. ιδ΄. λέγει· ἐὰν ἀγαπᾶτέ με, τὰς ἐντολὰς τὰς ἐμὰς τηρήσετε, καὶ ἐὰν τὰς ἐντολάς μου τηρήσητε, μενεῖτε ἐν τῇ ἀγάπῃ μου· ὅταν δὲ ὁ ἄνθρωπος κατὰ τὰς σαρκικὰς ἐπιθυμίας ὀδίνει, ἐργαζόμενος ἐναντίον τῶν τοῦ Θεοῦ ἐντολῶν, ὡς παραβάτης ἁμαρτάνει, διὰ τοῦτο ὁ ἀπόστολος Ἰάκωβος ἐν τῇ αὐτοῦ ἐπιστολῇ κεφ. α΄. λέγει· ἡ ἐπιθυμία συλλαβοῦσα τίκτει ἁμαρτίαν, ἡ δὲ ἁμαρτία ἀποτελεσθεῖσα τίκτει θάνατον.

Caput 4.

Omnia opera, quæ homo facit iuxta diuina mandata sunt opera bona, & prœmium accipit à Deo, quapropter dicit Ioannes Euangelista, cap. 14. *Si diligitis me, mandata mea seruate. Et si mandata mea seruatis, manetis in charitate mea.* Quando vero homo de concupiscentia carnali operatur contra Dei mandatum, tanquam transgressor aberrat, quamobrem Apostolus Iacobus in epistola sua cap. 1. dicit: *Concupiscentia si conceperit, parit peccatum, peccatum vero, si consummatum fuerit, generat mortem.*

Κεφ. ε΄.

Τὰ μυστήρια τῆς τοῦ Θεοῦ καθολικῆς ἐκκλησίας εἰσὶν ἑπτά, βάπτισμα, χρίσμα, μετάνοια, εὐχαριστία, ἱερωσύνη, τίμιος γάμος, καὶ εὐχέλαιον.

Caput 5.

Sacramenta Catholicæ Dei Ecclesiæ sunt septem: Baptismus, Chrisma, Pœnitentia, Eucharistia, Sacer Ordo, venerandum Matrimonium, & extrema Vnctio.

Caput 6.

1672. Vnusquisque confitendo peccata sua patri spirituali, debet omnia opera dicere, modum, personam, causam, & si fuit locus sanctus, & omnia alia, quæ ad peccatum spectant, sic vt non manifestet nomen personæ, & hoc est necessarium, vt confessarius notum faciat pondus peccatorum.

Κεφ. ϛ'.

Πᾶς ἄνθρωπος ὅταν εἰς τὸν πνευματικόν του πατέρα ἐξομολογᾷ τὰς ἁμαρτίας του, ἔχει χρέος νὰ τοῦ λέγει ὅσας τὰς ἔπραξε, τὸν τρόπον, τὸ πρόσωπον, τὴν αἰτίαν, ἂν ἦτον τόπος ἅγιος, καὶ ὅσα ἄλλα περιέχουν αἱ ἁμαρτίαι, ὅπου ἤκαμε, δὲν φανερώνοντας τὸ ὄνομα τοῦ προσώπου, καὶ τοῦτο εἶναι χρειαζόμενον διὰ, νὰ γνωρίσῃ ὁ πνευματικὸς τὸ βάρος τῶν ἁμαρτιῶν.

Caput 7.

In sacra Liturgia, quando Sacerdos facit ex pane & vino corpus & sanguinem Domini & Saluatoris nostri Iesu Christi, mutatur panis in corpus, & vinum in sanguinem Christi, & ab vna substantia transmutatur in aliam venerandi corporis & sanguinis, manente solum exteriori specie panis & vini cum accidentibus; & verè creditur, & cultu latriæ adoratur Deus homo Iesus Christus, sicut sedet ad dexteram æterni Patris, quare diuinus D. Damascenus ait libro 4. cap. 14. *Interroganti itaque, quomodo panis fit corpus Christi, & vinum cum aqua sanguis ipsius, dicam ego: Spiritus sanctus superuenit, & facit hoc modo ineffabili & inconceptibili.*

Κεφ. ζ'.

Εἰς τὴν Θείαν λειτουργίαν, ὅταν ὁ ἱερεὺς ποιῇ ἐν ἄρτῳ καὶ οἴνῳ τὸ σῶμα καὶ αἷμα τοῦ κυρίου καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μετατρέπεται ὁ ἄρτος εἰς σῶμα καὶ ὁ οἶνος εἰς αἷμα Χριστοῦ, καὶ ἀπὸ μίαν οὐσίαν μετέρχεται εἰς ἑτέραν, τοῦ τιμίου σώματος καὶ αἵματος, μένοντας μόνον ἡ ἐξωτερικὴ μορφὴ τοῦ ἄρτου καὶ οἴνου, ἤτοι τὰ συμβεβηκότα, καὶ ἀληθῶς πιστεύεται, καὶ λατρευτικῶς προσκυνεῖται ὁ θεάνθρωπος Ἰησοῦς Χριστὸς, ὥσπερ ὁ καθήμενος ἐν δεξιᾷ τοῦ ἀοράτου πατρὸς, διὰ τοῦτο ὁ θεῖος Δαμασκηνὸς λέγει βιβλ. δ'. κεφ. ιδ'. καὶ νῦν ἐρωτᾷς, πῶς ὁ ἄρτος γίνεται σῶμα Χριστοῦ καὶ ὁ οἶνος καὶ τὸ ὕδωρ αἷμα Χριστοῦ, λέγω σοι κἀγώ. πνεῦμα ἅγιον ἐπιφοιτᾷ καὶ ταῦτα ποιεῖ τὰ ὑπὲρ λόγον καὶ ἔννοιαν.

Caput 8.

Episcopi canonicè, & Apostolicè ordinati iuxta diuinum Dionysium libro de Ecclesiastica Hie-

Κεφ. η'.

Οἱ Ἐπίσκοποι κανονικῶς καὶ ἀποστολικῶς χειροτονημένοι κατὰ τὸν θεῖον Διονύσιον, εἰς τὸ περὶ τῆς ἐκκλησια-

στικῆς

στικῆς Ἱεραρχίας κεφ. β'. εἰς τὰ σχόλ. Μαξίμου τοῦ ὁμολογητοῦ, ἐπέχοντες τὴν εἰκόνα τοῦ πάντων Θεοῦ, ὥσπερ ὁ Θεὸς ἐπὶ τῆς οἰκείας ἑνότητος ἀεὶ μένων, οὕτω καὶ ὁ Ἐπίσκοπος κατὰ μίμησιν ὡς δυνατὸν συμβολικῶς τοῦ Θεοῦ ἐπὶ τῆς ἰδίας τάξεως μένων, τουτέστι τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἀρχῆς ποιμαίνοντας τὰ λογικὰ πρόβατα τοῦ Χριστοῦ, ἔχοντας τὸν χαρακτῆρα τῆς ἐπισκοπικῆς ἐξουσίας ἀλληλοδιαδόχως διὰ τῆς ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν τῶν Ἐπισκόπων ἐνεργῶντας, ἡ θεία χάρις τοῦ ἁγίου πνεύματος χαρακτηρίζεται τῇ ψυχῇ, καὶ μένει ὁ χαρακτὴρ ἀνεξάλειπτος, ἐν τῷ νῦν τε καὶ ἐν τῷ μέλλοντι κατὰ τὸν λόγον τοῦ κυρίου· λάβετε πνεῦμα ἅγιον, καὶ ὡς προστάται τῆς ἐκκλησίας διαφέρουσι τῶν ἱερῶν ταγμάτων ὡς ἱεράρχαι τῶν ἱερῶν τάξεων, ἐκ τῆς ἐνεργητικῆς δυνάμεως τοῦ αὐτῶν χαρακτῆρος χειροτονοῦσι τοὺς ἱερεῖς καὶ διακόνους εἰς ὑπηρεσίαν τῶν ἱερῶν καὶ θείων μυστηρίων.

Hierarchia cap. 2. in Scholijs Maximi confessoris, sunt figura omnium Dei. Sicut enim Deus in 1684.
propria vnitate semper manet, sic & Episcopus ad imitationem Dei quantum ipsis fas est symbolicè referre in proprio ordine, hoc est Ecclesiastico principatu manens, pascit rationales Christi oues, habens characterem Episcopalis authoritatis ex successione per impositionem manuum Episcoporum; operante diuina gratia, sancti Spiritus character animæ imprimitur, & manet character indelebilis, & nunc & in futuro iuxta verbum Domini: *Accipite Spiritum sanctum*. Et sicut Præpositi Ecclesiæ conferunt sacros ordines tanquam principes sacrorum ministeriorum, ex potestate operatiua eiusdem characteris ordinant sacerdotes, & diaconos ad munus sacrorum & diuinorum mysteriorum.

Κεφ. θ'.

Οἱ ἱερεῖς λέγοντες τὴν θείαν λειτουργίαν ἄλλοτε μὲν ἕνα ὑπηρέτην διὰ τὰ ἀποκρίνεσθαι, λέγοντας τὴν διαβορικὴν χωρὶς ψαλμῳδίαν, ἔνδον τε ἔξω τῶν πόλεων, ἄλλοτε δὲ κατὰ τὸν καιρὸν καὶ τόπον ὅπου ἱερουργοῦσι μὲ ψαλμῳδίαν, καὶ ὕμνων τὰς θυσίας τῷ Θεῷ προσφέρουσι.

Caput 9.

Sacerdotes quandoque celebrant missam cum vno ministro, qui respondet, dicens seorsim sine psalmodia tam intra, quam extra ciuitatem, alias vero pro tempore & loco vbi celebrāt psalmodiam, & hymnorum sacrificum Deo offerunt.

Κεφ. ι'.

Ἡ ἁγία τοῦ Θεοῦ ἐκκλησία πάντοτε εἰς πᾶσαν ἀκολουθίαν δέεται τῷ Θεῷ διὰ τὰς ψυχὰς τῶν ἐπ' ἐλπίδι ἀναστάσεως

Caput 10.

Sancta Dei Ecclesia semper in omni sequentia orat Deum pro animabus cum spe resurrectionis vitæ

vitæ æternæ dormientibus, quæ
cum pietate & fide vitam finie-
1684. runt. Et omnis populus offert
incruentas Deo hostias, & elee-
mosinas facit in remissionem pec-
catorum suorum. Et iuxta diui-
num Damascenum sermone de
defunctis, dicimus, si liceat pro
nobis ex sanctorum vitis testimo-
nia desumere, quod possit ex di-
uinis reuelationibus clarè osten-
di, post mortem maxime prodes-
se defunctis preces, sacrificia, &
Eleemosynas. Non enim aufer-
tur à debitoribus omnino quid-
quam, sed potius ab ipso illis ma-
ximum quid adiungitur.

σεως ζωῆς αἰωνίου κεκοιμημένων, τῶν ἐν εὐσεβείᾳ καὶ πίστει τελειωθέντων, καὶ πᾶς ὁ κοινὸς λαὸς προσφέρουσι θυσίας ἀναιμάκτους τῷ Θεῷ, ἐλεημοσύνας ποιοῦσι εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν αὐτῶν. καὶ κατὰ τὸν θεῖον Δαμασκηνὸν εἰς τὸν λόγον περὶ κεκοιμημένων λέγομεν. ἂν δυνηθεῖεν ὑπὲρ ἡμῶν τὰς περὶ τούτων μαρτυρίας ἐκδιηγήσασθαι τὰς ἐν τοῖς τῶν ὁσίων βίοις τεταγμένας, φημί, καὶ θείαις ἀποκαλύψεσιν ἐνεργῶς παριστῶσας καὶ μετὰ θάνατον μέγιστα τοῖς κατοιχομένοις εὐεργετεῖν εὐχάς τε καὶ λειτουργίας καὶ ἐλεημοσύνας. οὐδὲν γὰρ τῶν δανεισθέντων Θεῷ ἀφανίζεται ὅλως, ἀλλὰ σὺν μεγίστῃ προσθήκῃ παρ' αὐτοῦ ἀνταμείβεται.

Caput 11.

Toto animo inuocamus sanctorum nomina, Deiparæ, sanctorum Apostolorum, Martyrum, & omnium illustrium Patrum, qui in monasterijs floruerunt, vt intercedant apud Deum pro nobis in spiritualibus & corporalibus, pro infirmitatibus, & tribulationibus, & angustijs, vt propter sanctorum ipsorum intercessiones liberemur ab omni necessitate, vtpote, qui præsentes sunt inaccessibili Trinitati.

Κεφ. ια΄.

Ὁλοψύχως ἐπικαλούμεθα τὰ τῶν ἁγίων ὀνόματα τῆς Θεομήτορος, τῶν ἁγίων ἀποστόλων, καὶ μαρτύρων, καὶ πάντων τῶν ἐν ἀσκήσει λαμψάντων πατέρων, ἵνα μεσιτεύσωσι τῷ Θεῷ ὑπὲρ ἡμῶν ψυχικῶς καὶ σωματικῶς ἐν ταῖς ἡμῶν ἀσθενείαις καὶ θλίψεσι, καὶ στενοχωρίαις καὶ διὰ τῶν ἁγίων αὐτῶν πρεσβειῶν, λυτρούμεθα ἀπὸ πάσης ἀνάγκης ὡς παῤῥησίαν ἔχοντες τῇ ἀπροσίτῳ τριάδι.

Caput 12.

Dulia colimus omnium sanctorum reliquias, easque honoramus, & veneramur tanquam membra sanctificata, & ex cultu ipsorum accipimus quotidie dona &

Κεφ. ιβ΄.

Δουλικῶς προσκυνοῦμεν τὰ τῶν ἁγίων ἁπάντων λείψανα καὶ ἀσπαζόμεθα καὶ τιμῶμεν ὡς ἡγιασμένα μέλη, καὶ διὰ πρεσβειῶν αὐτῶν λαμβάνομεν χάριτας καὶ ἰάματα καθ' ἑκάστην οἱ ὀλοψύ-

λοψύχως εἰς αὐτὰ προστρέχοντες.

Κεφ. ιγ'.

Εἴ τις οὐ προσκυνεῖ τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν χριστὸν ἐν εἰκόνι περιγραπτὸν κατὰ τὸ ἀνθρώπινον, καὶ τῆς ἁγίας αὐτοῦ μητρὸς καὶ πάντων τῶν ἁγίων μορφὰς καὶ εἰκονογραφίας, εἴη ἀνάθεμα· ἡ γὰρ προσκύνησις τῆς εἰκόνος ἐπὶ τὸ πρωτότυπον διαβαίνει κατὰ τὸν μέγαν βασίλειον.

Κεφ. ιδ'.

Κατὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ φωνὴν, τὸ, ὅσα ἂν δήσητε ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ὅσα ἂν λύσητε, πιστεύομεν, ὅτι λαμβάνομεν ἐνώπιον Θεοῦ συγχώρησιν καὶ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν.

Κεφ. ιε'

Ἡ ἁγία τοῦ Θεοῦ ἐκκλησία ἔχει ἐξουσιαστικὴν δύναμιν, καὶ ἐνέργειαν, νὰ νομοθετῇ κανόνας, νηστείας καὶ δόγματα, καὶ πάντα τὰ αὐτῆς γνήσια τέκνα ἔχουσι χρέος νὰ εἶναι ὑπήκοα, ἁμαρτάνοντας ὡς παρήκοα, δὲν φυλλάσσοντας τὰ αὐτῆς ἅγια προστάγματα.

Κεφ. ις'.

Ἀκολουθοῦντας τῶν εὐαγγελικῶν παραγγελμάτων, τὸ, ὅς τις θέλει ὀπίσω μου ἐλθεῖν, ἀπαρνησάσθω ἑαυτὸν καὶ ἀράτω τὸν σταυρὸν αὐτοῦ καὶ ἀκολουθείτω μοι. στενὴ, καὶ τεθλιμμένη ἡ ὁδὸς ἡ ἀπά-

& remedia, quotquot ad illas cum deuotione accedimus.

Caput 13. 1684

Nisi quis adorat Dominum nostrum Iesum Christum in imagine sub hominis figura representatum, & sanctæ Matris ipsius, & omnium sanctorum formas & imagines ipsi anathema est. Cultus enim imaginis refertur in prototypum, vt habet Diuus Basilius.

Caput 14.

Iuxta vocem Christi, quod *quæcumque ligaueritis super terram, & quæcumque solueritis*, credimus, quod accipiamus apud Deum indulgentiam, & remissionem peccatorum.

Caput 15.

Sancta Dei Ecclesia habet absolutam potestatem, vt condat leges ieiunij, & dogmata, & omnes proprij eius filij debent obedientes esse, peccatores vero inobedientes sunt non custodiendo sancta eius præcepta.

Caput 16.

Intellecto Euangelico præcepto, quod *quis vult venire post me abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me*. Et: *Arcta est & angusta via,*

via, quæ ducit ad regnum cœlorum, & qui vult animam suam
1684. *saluam facere, perdet eam.* Magna hominum multitudo mundum, & mundana, vt diuitias gloriam, deliciasque relinquens monasticum habitum induit, & emittit votum ante superiorem suum & ante monachos seruandi paupertatem, castitatem & obedientiam, & contrarium faciens aberrat tanquam transgressor.

Hæc Prophetæ annuntiauerunt Apostoli docuerunt, Ecclesia accepit, doctores tradiderunt, & sic gratia illuxit, veritas demonstrata, mendacium derelictum est. Sapientia publico locuta est, Christus triumphauit. Sic enim habet fides Apostolorum, hæc est fides Patrum, hæc est fides Orthodoxorum, hæc est fides, quam orbis vniuersus confirmat.

Hæc omnia capita, quæ docuimus, testamur in veritate ea esse, quæ omnes orientales Pastores, Sacerdotes, monachi, & omnes populus credit, & rectè veneratur, hocque cognouimus per experientiam, & ex homilijs Patriarcharum Constantinopolitanorum, Dominorum Paisij & Ioannicij, quando nos archimandrita cathedræ Patriarchalis fuimus, item ex multis alijs Metropolitis & Archiepiscopis, non solum qui in Thracia, sed etiam qui in Epiro, vbi nostra prouincia sita est, & in Macedonia, & Cicladibus insulis Archipelagi, quibuscunque nos conuersati cognouimus,

ἀπάγουσαι εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, καὶ ὅς τις θέλει τὴν ψυχὴν αὐτοῦ σῶσαι, ἀπολέσει αὐτήν. πολὺ πλῆθος ἀνθρώπων ἀφείνοντας τὸν κόσμον, καὶ τὰ ἐγκόσμια, πλοῦτον, δόξαν, τρυφὰς ὁλοψύχως ἐνδύονται τὸ μοναχικὸν σχῆμα, καὶ κάμνουν τὴν ἐπαγγελίαν ἔμπροσθεν τοῦ προεστῶτος, καὶ μοναχῶν νὰ φυλάττουσι πτωχείαν, παρθενίαν καὶ ὑποταγὴν, καὶ ἂν κάνουν τὸ ἐναντίον ἁμαρτάνουσι ὡς παραβάται.

Ταῦτα οἱ προφῆται ἀνήγγειλαν, οἱ ἀπόστολοι ἐδίδαξαν, ἡ ἐκκλησία παρέλαβε, οἱ διδάσκαλοι ἐδογμάτισαν, καὶ οὕτως ἡ χάρις ἔλαμψε, ἡ ἀλήθεια ἀποδέδεικται, τὸ ψεῦδος ἀπολέλυται, ἡ σοφία ἐπαρρησιάσατο, ὁ Χριστὸς ἐβράβευσεν· οὕτω γὰρ ἔχει ἡ πίστις τῶν ἀποστόλων, αὕτη ἡ πίστις τῶν πατέρων, αὕτη ἡ πίστις τῶν ὀρθοδόξων, αὕτη ἡ πίστις τὴν οἰκουμένην ἐστήριξεν.

Πάντα δὲ ταῦτα, ἃ ἐξεδώκαμεν κεφαλαιωδῶς ἐν ἀληθείᾳ μαρτυροῦμεν, ὅτι πάντες οἱ ἀνατολικοὶ ποιμένες, ἱερεῖς, μοναχοί, καὶ πᾶς ὁ κοινὸς λαὸς ταῦτα πιστεύουσι καὶ ὀρθῶς δοξάζουσι, καὶ τοῦτο ἐγνώκαμεν, ἐπὶ διὰ πείρας καὶ ὁμιλίας τῶν τότε πατριαρχούντων ἐν Κωνσταντινουπόλει, τοῦ κὺρ Παϊσίου καὶ κὺρ Ἰωαννικίου, ὄντες ἡμεῖς τότε ἀρχιμανδρίτης τῆς αὐτῆς πατριαρχικῆς καθέδρας, καὶ πολλῶν ἑτέρων μητροπολιτῶν καὶ ἀρχιερέων, οὐχὶ μόνον τῶν ἐν τῇ Θρᾴκῃ, ἀλλὰ ἐν τῇ ἠπείρῳ, ὥσπερ ἡ ἡμετέρα ἐπαρχία κεῖται, καὶ ἐν Μακεδονίᾳ, καὶ τῶν κυκλάδων νήσων τοῦ ἀρχιπελάγους, μεθ' ὧν ἡμεῖς διατρίβοντες ἐγνώκαμεν τὰ ἄνωθεν, ὡς ἄνωθεν πάντες φρονοῦν καὶ πιστεύον, διὸ ἰδίᾳ χειρὶ γράφομεν

καὶ

καὶ ὑπογράφομεν.

mus, omnes idem, vt supra, sentire, & credere, quapropter propria manu hæc scripsimus & subscripsimus. 1684.

Ταπεινὸς μητροπολίτης δυῤῥαχίου συμεὼν, ἔγραψα καὶ ὑπέγραψα.

Simeon humilis Metropolita Dyrrachij scripsi, & subscripsi.

Θεωρῶντας τὰ ἄνωθεν γεγραμμένα τὰ ὁμολογῶ καὶ τὰ βεβαιώνω πῶς ἔτζι εἶναι ἡ ἀλήθεια, καὶ ἔτζι πιστεύει ἡ ἀνατολικὴ ἐκκλησία, καὶ ὅλη ἡ ῥωμάνη. ἀκόμι εἰς μερικοὺς τόπους, εἰς ὅπου ἰπῆγα μοσκοβίας, ῥουσίας, μολδαβίας ὅλοι ἔτζι πιστεύουν, ἔτζι ὁμολογοῦν, καὶ διὰ βίβαιον· βάνω τὸ ὄνομά μου, ὁ ταπεινὸς μητροπολίτης Βάρνης Δανιήλ.

Considerando suprascripta confiteor, & confirmo tamquam vera, & credita ab orientali, & vniuersa Grecorum Ecclesia vsque ad presentem diem, sicuti in vniuersis Moscouiæ, Russiæ, Moldauięquæ regionibus creditur, recipitur, & affirmatur. Subscribo nomen meum Daniel humilis Metropolita Varnensis.

Ὁ ταπεινὸς μητροπολίτης Παρο ναξίας θεοφάνης μαυρογορδάτος. στέργω, καὶ βεβαιώνω τὰ ἄνωθεν.

Humilis Metropolita Paronaxiæ Theophanes Maurogordatos approbo, & confirmo suprascripta.

CON-

CONFIRMATIO ET SVBSCRIPTIO

1684. RAPHAELIS

METROPOLITÆ ANCYRANI

Totius Phrigiæ & Galatiæ Exarchi.

Raphael humilis Metropolita ſanctiſſimę Metropolis Ancyrę & Cotij ſanctæ Hipertimus, ac magnæ Phrygiæ totiuſque Galatiæ Exarchus, rectè ſubſcribo, confirmans & approbans ſupraſcripta, quia ſic ſentit, & ita docet tota Orientalis Eccleſia, ſicut accepimus à ſanctis, & præclaris Patribus, inſuper à quatuor thronis Patriarchalibus, & thronis Metropolitanis, quos vbique ſequitur totum, & illuſtre genus Græcorum, & alia infinita genera Orthodoxorum, cum quibus & nos diuerſis temporibus conuerſati ſumus diuerſa loca circumeuntes, nimirum totum Orientem, Meſopotamiam, Babiloniam ſicut & totam Arabiam, Syriam, Paleſtinam, Æthiopiam, Macedoniam, Seruiam Hungroblachiam, & Lechiam, ſimili modo & omnem magnam Ruſſiam, & alia infinita loca, & intellectualiter accepimus, & corporaliter cognouimus, quid ſentiant omnes, & quod iſta ſit fides Orthodoxorum Chriſtianorum, ideoque propria manu ſubſcripſimus anno 1684. menſis Iunij.

Ταπεινὸς Ῥαφαὴλ μητροπολίτης τῆς ἁγιωτάτης μητροπόλεως ἀγκύρας, καὶ κοτυαίου, ὑπέρτιμος, καὶ ἔξαρχος μεγάλης φρυγίας καὶ πάσης Γαλατίας, ἀρκετῶς ὑπέγραψα, βεβαιώνοντας καὶ στέργοντας τὰ ἄνωθεν γεγραμμένα, διότι οὕτως φρονεῖ, καὶ οὕτως κηρύττει ὅλη ἡ ἀνατολικὴ ἐκκλησία, ὡς καθὼς ἐπαρέλαβεν ἀπὸ τῶν ἁγίων, καὶ σημειοφόρων πατέρων. ἔτι δὲ οἱ τέσσαρες θρόνοι πατριαρχῶν, καὶ οἱ ἐπίλοιποι θρόνοι τῶν μητροπολιτάδων, ἅπαντα ἀκολουθοῦντας καὶ ὅλον τὸ γένος καὶ ἔκλαμπρον τῶν ἑλλήνων Γραικῶν, καὶ ἄλλα ἄπειρα γένη ὀρθόδοξα, μεθ' ὧν καὶ ἡμεῖς κατὰ καιροὺς διατρίβοντας, εἴσε διαφόρους τόπους διαγύραντες, εἴσε ὅλην τὴν ἀνατολὴν, Μεσοποτάμιαν, τῆς Βαβυλωνίας, καὶ εἴσε ὅλην τὴν Ἀραβίαν, Συρίαν, Παλαιστίνην, καὶ Αἰθιοπίαν, Μακεδονίαν τε, καὶ Σερβίαν, οὐγγροβλαχίαν, καὶ Λεχίαν, καὶ εἴσε ὅλην τὴν μεγάλην Ῥουσίαν, καὶ εἴσε ἄλλους ἀναριθμήτους τόπους, καὶ νοητῶς ἐκαταλάβαμεν, καὶ αἰσθητῶς ἐγνώκαμεν, ὅτι οὕτως φρονοῦν ἅπαντες, καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ πίστις τῶν Ὀρθοδόξων χριστιανῶν, διὸ ἰδίᾳ χειρὶ ὑπογράφομεν ἐν ἔτεσιν 1684. ἐν μηνὶ Ἰουνίου 8.

Ἀνα-

Ἀνακεφαλαίωσις.

1684.

Ex allatis hucusque Græcorum operibus pro Religione Catholica contra Lutheranos.

CVM Schismaticorum Græcorum opera eo consilio, illaque ratione ediderimus, vt constaret de mente Orientalis Ecclesiæ circa dogmata, & ritus à Lutheranis controuersa, operæ pretium duximus, ex allatis supra operibus illa enumerare, in quibus Græca Ecclesia cum Romana contra Lutheranos consentit.

1 Crucem Christi non solum colendam esse in Ecclesijs, sed signum quoque eius faciendum esse à fidelibus, nullumque opus incipiendum esse sine illo. Confessio Orthodoxa parte 1. Interrog. 50.

2 Iustificationem non ex fide solum, sed etiam ex operibus obtineri .... Symeon Metropolita Dyrrachij cum alijs in attestatione capite 3. Hieremias Patriarcha Constantinopolitanus in primo & secundo contra Confessionem Augustanam responso. Confessio Orthodoxa parte 1. Interrog. prima & secunda.

3 Liberum arbitrium non solum ad malum, sed etiam ad bonum superesse in statu naturæ lapsæ. Gregorius Hieromonachus in responso vltimo, Symeon Metropolita Dyrrachij cum alijs in attestatione cap. 2. Hieremias Patriarcha Constantinopolitanus in tribus suis contra Lutheranos responsis. Confessio Orthodoxa parte 1. Interrog. 27.

4 Non omnia opera hominum esse peccata, sed quædam bona & vitæ æternæ meritoria. Symeon Metropolita Dyrrachij cum alijs in attestatione, capite 4. Hieremias Pat. Constantinop. in primo responso cap. 6. & secundo cap. 3. Confessio Orthodoxa, parte 1. Interrog. 2. & parte 2. vbi agit de Beatitudinibus, ac parte 3. Interrog. 3.

5 Non solum verbum Dei scriptum, sed etiam traditum admittendum esse. Gregorius Hieromonachus initio excerptorum. .... Symeon Metropolita Dyrrachij cum alijs Metropolitis, capite 1. Hieremias Patriarcha Constantinop. in tribus ad Lutheranos responsis. Confessio Orthodoxa parte 1. Interrog. 4.

6 Septem esse Ecclesiæ Sacramenta, Baptismum, Confirmationem, Communionem, Ordinem, coniugium, pœnitentiam, & sacrum Oleum. Græci schismatici Venetijs degentes in responsis ad Claudium Cardinalem Guisanum. Gabriel Metropolita Philadelphiensis in opere de septem Sacramentis. Gregorius Hieromonachus in synopsi diuino-

dium; responso ad quartum. Græci schismatici responsione ad primam quæstionem Claudij Cardinalis Guisani. Gabriel Philadelphiensis. Confessio Orthodoxa parte 1. Interrog. 107.

13 Celebrationem missæ esse sacrificium pro peccatis propitiatorium. Græci schismatici in responsione ad quæstionem quartam Claudij Cardinalis Guisani. Hieremias Patriarcha Constantinop. primo responso contra Lutheranos cap. 13. Confessio Orthodoxa parte 1. Interrog. 107.

14 Missam priuatam etiamnum in vsu esse apud Græcos. Græci schismatici in responsione ad quæstionem 6. Claudij Cardinalis Guisani, Symeon Metropolita Dyrrachij cum alijs in attestatione, cap. 9.

15 Ordines conferendos esse ab Episcopis, & sacerdotes per manuum impositionē apud Græcos ordinari. Gregorius Hieromonachus in Synopsi vbi agit de 7. Sacramentis, Gabriel Philadelphiensis agens de Sacramento Ordinis, eiusque ministerio, & effectu. Symeon Metropolita Dyrrachij cum alijs in attestatione, capite 8. Hieremias Patriarcha Constantinopolitanus in primo ad Lutheranos responso cap. 14. Confessio Orthodoxa parte 1. Interrog. 109.

16 Antiquitus septem fuisse Ordines apud Græcos vti nunc sunt apud Latinos. Gregorius Hieromonachus in Synopsi de Sacramento Ordinis, vbi de numero Ordinum. Gabriel Philadelphiensis in opusculo de Sacramentis, 1684.
vbi agit de sacramento Ordinis, cap. 3. Vide quoque Symeonem Thessalonicensem de hac materia in excerptis supra.

17 Ecclesiam rectè orat & sacrificia offert pro animabus fidelium defunctorum, vt liberentur à pœnis inferni, vel vt nos loquimur à pœnis Purgatorij. Gregorius Hieromonachus in responsis ad quęstiones Heterodoxorum. Symeon Thessalonicensis in excerptis ex opere eius de 7. mysterijs. Symeon Metropolita Dirrachij cum alijs in attestatione, cap. 10. Hieremias Patriarcha Constantinopolitanus Resp. 1. contra Lutheranos. Confessio Orthodoxa parte 1. Interrogatione 65. & sequentibus.

18 Sanctos inuocandos esse, vt apud Deum pro nobis intercedant, ipsosque post Christum mediatores esse pro salute nostra. Panagiota epistola ad Oratorem Regis Galliæ. Gregorius Hieromonachus in Synopsi *De intercessione Sanctorum*. Græci schismatici in responsione ad septimam quæstionem Claudij Cardinalis Guisani. Symeon Thessalonicensis in dialogo aduersus hæreses. Symeon Metropolita Dyrrachij cum alijs in attestatione, cap. 11. Hieremias Patriarcha Constantinopolitanus in tribus aduersus Lutheranos responsis. Confessio Orthodoxa parte 3. Interrogat. 52.

19 Reliquias Sanctorum colendas esse, & in veneratione haberi apud Græcos. Symeon Metropolita Dyrrachij cum alijs tribus Metropolitis in attestatione capite 12. Hieremias Patriarcha Constantinopolitanus in epistola ad Gregorium XIII.

1684.

20 Sanctorum & Christi imagines colendas esse. Gregorius Hieromonachus in Synopsi, vbi de sanctorum imaginibus. Symeon Metropolita Thessalonicensis in Dialogo contra Hæreses. Panagiota epistola ad oratorem Regis Galliæ. Symeon Metropolita Dyrrachij cum alijs, in attestatione, cap. 13. Hieremias Patriarcha Constantinopolitanus in 2. ad Lutheranos responso. Confessio Orthodoxa parte 3. interrog. 55.

21 Statutis ieiunij diebus sub peccato abstinendum esse à vetitis. Christophorus Angelus in tractatu de statu hodierno Græcorum, Gregorius Hieromonachus, vbi de præceptis Ecclesiæ. Panagiota in epistola ad oratorem Regis Galliæ. Symeon Metropolita Dyrrachij cum alijs in attestatione, capite 15. Hieremias Patriarcha Constantinopolitanus in primo ad Lutheranos responso. Confessio Orthodoxa parte 1. interrog. 8.

22 Festos dies, aliaque Ecclesiæ præcepta sub peccato seruanda esse. Christophorus Angelus, in libro de statu hodierno Græcorum. Gregorius Hieromonachus in Synopsi, vbi de festorum obseruatione, & mandatis Ecclesiæ. Symeon Metropolita Dyrrachij cum alijs in attestatione, cap. 15. Hieremias Patriarcha Constantinopolitanus, responso primo ad Lutheranos. Confessio Orthodoxa parte 1. interrogatione 86. Et alibi.

23 Monachorum institutum laudabile esse, & votum castitatis validum censeri apud Græcos. Christophorus Angelus in libro de statu hodierno Græcorum. Symeon Thessalonicensis .... Symeon Metropolita Dyrrachij, cum alijs in attestatione, cap. 16. Hieremias Patriarcha Constantinopolitanus tribus contra Lutheranos responsis. Confessio Orthodoxa parte 2. Interrogatione 28. &c.

Hæc sunt, ni fallor, præcipua Religionis Catholicæ dogmata, de quibus inter nos & Lutheranos controuersia mouetur, & de quibus ipsos ante omnia cum Græcis conuenire oporteret, vt Orientalem Ecclesiam pro se allegare possent. At tantum abest, Lutheranos in hisce articulis cum Ecclesia Orientali conuenire, vt ne vnum quidem admittant, sed vbique diuersum censeant, & contrarium pertinaciter tueantur. Et hęc cum præterito sæculo animaduertissent Catholici, obiecerunt Luthero, eiusque sequacibus, ipsos non Catholicam seu vniuersalem Ecclesiam conficere sed partialem, & in quodam Europæ angulo lati-

titantem: vanum namque & irritum dicebant eorum conatum, quo Græcos in erroris societatem aduocabant, vt singularitati vitium amouerent, & vniuersalis seu Catholicæ Ecclesiæ nomine participarent.

Neque Catholicorum obiectio alio fulcimento indiget, quam Orientalis Ecclesiæ doctrina superioribus articulis contenta: illam enim nouatorũ erroribus oppositã desumpsi ex operibus eorum, qui post ortam præterito sæculo Lutheri hæresim floruerunt, & quorum scripta vel probante Orientali Ecclesia confirmata sunt, vel promouentibus Lutheranis in Germania, aut consentientibus alijs in Hollandia edita fuerunt. Habes in superioribus Christophori Angeli, Georgij Coresij, Meletij Syrigi, & aliorum excerpta. Habes officialium Constantinopolitanæ Ecclesiæ scripta, habes Episcoporum, Metropolitanorum Dyrrachij & Thessalonicensis opuscula. Habes Exarchorum Patriarchicorum Gabrielis Philadelphiensis, & Raphaelis Ancyrani testimonia. Habes Patriarcharum Orientalium Hieremiæ & Dionysij Sedis Constantinopolitanæ, Nectarij Patriarchæ Hierosolymitani dogmata. Habes Concilia Russiæ, Moldauiæ, Palestinæ, & Thraciæ, quibus, si non omnes Patriarchæ simul adfuerunt, omnes postea subscripserunt, vt patet ex Confessione Orientali, quam Orthodoxam
vocant, cui Parthenius Constan-
tinopolitanus, Ioannicius Ale-
xandrinus, Macarius Antioche- 1684.
nus, & Paysius Hierosolymita-
nus cum nouem præcipuis Me-
tropolitis, & totius Ecclesiæ Con-
stantinopolitanæ officialibus sub-
scripserunt.

Horum testimonijs vsi sumus, ad demonstrandum contra Lutheranos, quod Orientalis Ecclesia, non tam ipsis, quam Catholicis accedat: vbi enim Lutherani in allatis 13. articulis à Græcis dissentiunt, ibi Catholici in omnibus conueniunt: neque post hæc reperiundos puto, qui Græcos pro Lutheranismo citare audebunt: tenuit Græcorum Ecclesia ab ortu Lutherani in præcipuis de fide Catholica dogmatibus cum Romana Ecclesia, tenetque etiamnum eo animorum consensu, vt actis publicis ea de re editis subscribere, mentemque suam omnibus manifestare voluerit: & ne quidquam Lutherani erroris ipsi retribueretur, synodicis declarationibus, & decretis Lutheranos pro hæreticis habendos esse declarauerit, & anathema contra eos proferre non dubitaret.

Clariora hæc euadunt ex editis supra Græcorum operibus, quam vt ab vllo Lutheri sequace inposterum negari poterunt, cumque tam certò constet de doctrina hodiernæ Græcorum Ecclesiæ, ne Lutherani, vt solent, dicant Græcos in articulis controuersis à maiorum suorum traditione defecisse,

operæ pretium me facturum existimaui, si præcipua quædam Re-
1684. ligionis dogmata à Lutheranis controuersa ex illis Græcorum testimonijs illustrem, quæ ne ad latum vnguem recentiores ab antiquioribus defecisse monstrabunt: plures sunt ex scriptoribus Catholicis, qui post ortum Lutheranæ hæresis egregiè versati sunt in dogmatibus controuersis, ex antiquorum Patrum traditione exponendis, nemo hucusque, quod sciam, ex sola Græcorum Ecclesia argumentum illud probandum suscepit. Cum autem vel ex solis Orientalium testimonijs hæresis Lutherana debellari possit, tantò libentius ex ijs solis argumenta desumam, quod de sola Græcorum traditione siue doctrina in præsenti operè quæstio instituta sit.

Agam itaque, non de omnibus, sed de præcipuis dogmatibus cum Luthero controuersis, eaque ex perpetua Orientalis Ecclesiæ, tam Orthodoxæ, quam schismaticæ consensione elucidabo, ostendamque, quid de regula dijudicandi omnia dogmata, quid de libero arbitrio, quid de iustificatione, quid de transsubstantiatione in Eucharistia ab Apostolorum temporibus per 800. annos tenuëre Orthodoxi Patres Græci, quid post schisma Photianum omnibus retro sæculis docuerunt scriptores schismatici. Et quamuis ex his, veluti ex vngue Leonem, de cæteris controuersijs iudicare liceat, ne tamen reliqua omnia neglexisse videar, illa ipsa, quæ olim Lutheranis in conuentu Augustano difficiliora visa sunt, & ab ipsorum sequacibus in hunc vsque diem, tamquam abusus Ecclesiæ Romanæ opponuntur, ex omni antiquitate illustrabo, vt constet orbi vniuerso, quam parum fundata sit Nouatorum Religio, quam firmo fundamento innitiatur Romanæ Ecclesiæ Apostolico ore laudata, toto terrarum orbe prædicata, nullo hæreseos errore maculata, ad finem sæculorum duratura sincera fides.

PER-

PERPETVA
ORIENTALIS ECCLESIAE
TAM SCHISMATICÆ QVAM ORTHODOXÆ
DE
PRÆCIPVIS QVIBVSDAM
FIDEI CATHOLICÆ
DOGMATIBVS
CONTRA
LVTHERANOS
CONSENSIO.

SYNOPSIS CONTENTORVM.



DE REGVLA DIIVDICANDI OMNIA DOGMATA.



SÆPIVS professus erat Martinus Lutherus, se verbũ Dei scriptum pro fidei regula admittere, Conciliorum vero & antiquorũ Patrum traditiones nihil facere. Magistri vestigia insecuti Tubingenses Theologi eatenus Conciliorum, & sanctorum Patrum traditionem admiserunt, quatenus sacræ Scripturæ consona erat, addentes nihil aliud, quam ipsam Scripturã consulendam esse. Apud Lutheranos itaque à regula fidei excluditur traditio Ecclesiæ, quam semper hæreticorum exemplo neglexerunt: apud Catholicos vero admittitur pro fidei norma, quam ab ipsis Apostolorum temporibus perpetua religione seruarunt. Contempserunt eam hæretici, quia instituto suo minime fauet, & nouitates ipsorum deteget: admiserunt orthodoxi, quod religionem Catholicam stabilit, & veritate manifestat. Superfluam voluêre Lutherani, quod solã Scripturam ad omnia dogmata dijudicanda sufficere autumant: necessariam dixerunt Catholici, quia plura sunt orthodoxæ religionis dogmata, quæ ex sola traditione dijudicanda sunt. Plura namque à Concilijs & Patribus tradita in sacris Scripturis non exprimuntur. Plura quoque sunt, de quibus dubium mouetur, quo sensu in sacris litteris continentur, adeo vt veritatem illorum ex sola sacra Scriptura dijudicare non possimus. Quamobrem traditionis necessitatem non Latini tantum, sed & Græci ab omni tempore

pore propugnarunt, vt patebit ex eorum testimonijs, quæ attulisse Lutheranorum errorem refutasse est.

Apostolus 1. *ad Corinth. cap.* 11.

LAudo autem vos fratres, quod per omnia mei memores estis, & sicut tradidi vobis, præcepta mea tenetis.

Ἐπαινῶ δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοί, ὅτι πάντα μου μέμνησθε, καὶ καθὼς παρέδωκα ὑμῖν τὰς παραδόσεις κατέχετε.

Idem 2. *Thessal. cap,* 2.

Itaque fratres state, & tenete traditiones, quas didicistis siue per sermonem, siue per epistolam.

Ἄρα οὖν, ἀδελφοί, στήκετε, καὶ κρατεῖτε τὰς παραδόσεις, ἃς ἐδιδάχθητε, εἴτε διὰ λόγου, εἴτε δι' ἐπιστολῆς ἡμῶν.

D. Ignatius Antiochenus Episcopus, qui cum sanctis Apostolis conuersatus est, dum per Asiam sub militum custodia ducebatur, teste Eusebio libro 3. *cap.* 36. *Fideles per singulas ciuitates monuit, & plura D. Ignatius ab Apostolis acceperat, quæ ipsum primum scriptis mandauit.*

HOrtatus est, vt Apostolorum traditionibus tenaciter inhererent: quas quidem ad certiorem posteritatis notitiam testimonio suo confirmans scriptis mandare necessarium duxit.

Προυτρέπετο ἀπρὶξ ἔχεσθαι τῆς τῶν ἀποστόλων παραδόσεως, ἣν ὑπὲρ ἀσφαλείας, καὶ ἐγγράφως ἤδη μαρτυρόμενος διατυποῦσθαι, ἀναγκαῖον ἡγεῖτο.

Dionysius, quem tota Græcorum Ecclesia pro Areopagita D. Pauli discipulo habet, libro de Hierarchia Ecclesiastica cap. 1. §. 4. *agens de mysterijs sola traditione acceptis, vt notat S. Maximus in Scholio.*

MAximè verò ista oracula dicimus veneranda, quæ à sa-

Σεπτότατα δὲ λόγια ταῦτά φαμεν, ὅσα πρὸς τῶν ἐνθέων ἡμῶν ἱερο-

ἱεροτελεστῶν ἐν ἁγιογράφοις ἡμῖν καὶ θεολογικαῖς δεδώρηνται δέλτοις. καὶ μὲν ὅσα πρὸς τῶν αὐτῶν ἱερῶν ἀνδρῶν ἀϋλωτέρᾳ μυήσει, καὶ γείτονί πως ἤδη τῆς οὐρανίας ἱεραρχίας, ἐκ νοὸς εἰς νοῦν, διὰ μέσου λόγου, σωματικοῦ μὲν, ἀϋλωτέρου δὲ ὅμως, γραφῆς ἐκτὸς οἱ καθηγεμόνες ἡμῶν ἐμυήθησαν.

à sacris nostris initiatoribus diuino spiritu afflatis in Scripturis sacris, librisque theologis tradita nobis sunt, vti & illa, quæ ab ijsdem viris sanctis subtiliori, non omninò dissita ab ordine cælesti insinuatione de mente in mentem, mediante verbo corporeo quidem illo, simul tamen immateriato sine inscriptione institutores nostri sacra quadam traductione sunt edocti.

Idem ibidem §. 5.

Καὶ τοῖς καθ' ἡμᾶς τὰ ὑπερούσια ταῖς ἐγγράφοις τε αὐτῶν, καὶ ἀγράφοις μυήσεσι κατὰ τοὺς ἱεροὺς ἡμῶν ἐδόθη θεσμούς.

Et in nostratibus rebus super substantialia, qua scriptis, qua non scriptis Institutionibus in sacratissimis oraculis nobis tradiderunt.

D. Polycarpus Smyrnensis Episcopus, qui Ioannem, aliosque Christi Apostolos & Discipulos cognouerat, & teste Irenæo ab ipsis edoctus erat in epistola ad Philippenses agens contra hæreticos sui temporis eorum errores condemnat, & monet Catholicos,

ΔΙὸ ἀπολιπόντες τὴν ματαιότητα τῶν πολλῶν, καὶ τὰς ψευδοδιδασκαλίας, ἐπὶ τὸν ἐξ ἀρχῆς ἡμῖν παραδοθέντα λόγον ἐπιστρέψωμεν.

QVare derelicta hominum imperitorum vanitate, & falsa doctrina, ad traditam nobis ab initio disciplinam conuertamur.

Irenæus natione Græcus & forsan Smyrnensis, licet postea Lugdunensis in Gallia Episcopus, lib. 3. aduersus hæreses, cap. 3. hæc habet de Polycarpo apud Eusebium lib. 4. hist. cap. 14.

ΚΑὶ Πολύκαρπος δὲ οὐ μόνον ὑπὸ ἀποστόλων μαθητευθεὶς, καὶ συναναστραφεὶς πολλοῖς τοῖς τὸν Χριστὸν ἑωρακό-

SED & Polycarpus, vir qui non solum ab Apostolis eruditus, & cum multis, qui Dominum

num viderant, familiariter versatus, verum etiam in Asia Smyrnensi Ecclesiæ ab ipsis Apostolis ordinatus est Episcopus: quem nos quoque adhuc adolescentes vidimus (vixit enim diutissimè, & in vltima senectute summa cum gloria illustre perpessus martyrium excessit è vita) hic inquam Polycarpus ea semper docuit, quę ab Apostolis didicerat, & quæ etiamnum tradit Ecclesia, & quæ sola sunt vera. Testantur hoc Ecclesiæ omnes, quæ in Asia constitutæ sunt, & quicumque ad nostram vsque ætatem in Polycarpi locum successerunt. Qui certe multo fide dignor, ac locupletior testis fuit veritatis, quam aut Valentinus, aut Marcio, & reliqui prauarum opinionum auctores.

ρακόσιν, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ ἀποστόλων κατασταθεὶς εἰς τὴν ἀσίαν ἐν τῇ ἐν σμύρνῃ ἐκκλησίᾳ ἐπίσκοπος, ὃν καὶ ἡμεῖς ἑωράκαμεν ἐν τῇ πρώτῃ ἡμῶν ἡλικίᾳ· ἐπιπολὺ γὰρ παρέμεινε. καὶ πάνυ γηραλέος, ἐνδόξως καὶ ἐπιφανέστατα μαρτυρήσας, ἐξῆλθε τοῦ βίου. ταῦτα διδάξας ἀεί, ἃ καὶ παρὰ τῶν ἀποστόλων ἔμαθεν, ἃ καὶ ἡ ἐκκλησία παραδίδωσιν, ἃ καὶ μόνα ἐστὶν ἀληθῆ. μαρτυροῦσιν τούτοις αἱ κατὰ τὴν ἀσίαν ἐκκλησίαι πᾶσαι, καὶ οἱ μέχρι νῦν διαδεδεγμένοι τὸν πολύκαρπον, πολλῷ ἀξιοπιστότερον καὶ βεβαιότερον ἀληθείας μάρτυρα ὄντα, οὐαλεντίνου καὶ Μαρκίωνος καὶ τῶν λοιπῶν κακογνωμόνων.

Videri possunt cætera ab Irenæo hoc capite 3. relata, omnia enim ad traditionem contra hæreticos sui temporis firmandam faciunt.

Iustinus genere Samaritanus, ex Platonico Philosopho Christianus & Martyr, qui sub Antonino Pio floruit libro responsionum ad orthodoxos, quæst 118. ostensurus tam confirmationem manu dextera, quam orationem fieri ad orientem, concludit.

Orare ad orientem ex sola traditione, vt decet Iustinus.

Porrò à quibus orationem Ecclesia accepit, ab eisdem quoque, vbi orare soleat, consuetudinem accepit, à sanctis nimirum Apostolis.

Τὸ δὲ ἔθος, παρ' ὧν εἴληφεν ἡ ἐκκλησία τὸ εὔχεσθαι, παρὰ τούτων εἴληφε καὶ τὸ ποῦ εὔχεσθαι. τοῦτο παρὰ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων.

Legi potest idem Iustinus Apologia 2. ad Antoninum Imperatorem, vbi circa finem enumerans Christianorum ritus, & loquens de eorum mysterijs plura ponit sola traditione à maioribus ac-cepta.

Clemens Alexandrinus, qui post Panthænum Scholæ Alexandrinæ magister præfuit, & temporibus Seueri & Antonini eius filij floruit libro 1. stromatum circa initium.

Ἀρίστη γὰρ πρὸς τὴν ἀκριβῆ αἵρεσίν τε καὶ φυγὴν, ἡ συνείδησις. θεμέλιος δὲ αὐτῆς βέβαιος, ὀρθὸς βίος, ἅμα μαθήσει τῇ καθηκούσῃ, τό, τε ἕπεσθαι ἑτέροις δοκιμασθεῖσιν ἤδη καὶ κατορθωκόσιν, ἄριστον πρός τε τὴν ἀληθείας τὴν νόησιν, καὶ τὴν κατάπραξιν τῶν ἐντολῶν.

AD accuratè enim perfectéque eligendum ac fugiendum, optima est conscientia, firmum autem eius fundamentum est recta vita, cum ea, quæ conuenit doctrina: & sequi alios iam probatos, & qui se rectè gesserunt, optimum est, & ad veritatum intelligentiam, & ad exequenda mandata.

Ibidem paulo inferius.

Ἀλλ' οἱ μὲν τὴν ἀληθῆ τῆς μακαρίας σώζοντες διδασκαλίας παράδοσιν, εὐθὺς ἀπὸ Πέτρου τε καὶ Ἰακώβου, Ἰωάννου τε καὶ Παύλου τῶν ἁγίων Ἀποστόλων, παῖς παρὰ πατρὸς ἐκδεχόμενος· ὀλίγοι δὲ οἱ πατράσιν ὅμοιοι· ἧκον δὴ σὺν Θεῷ, καὶ εἰς ἡμᾶς τὰ προγονικὰ ἐκεῖνα καὶ Ἀποστολικὰ καταθησόμενοι σπέρματα.

Sed qui veram quidem beatæ doctrinæ seruabant traditionem, statim à Petro, & Iacobo, & Ioanne, & Paulo sanctis Apostolis, ita vt filius à Patre acciperet (pauci autem sunt Patribus similes) ad nos quoque Deo volente peruenerunt illa à maioribus data, vt Apostolica depposituri semina.

Traditio in Ecclesia ab ipsis Apostolorum temporibus teste Clemente Alexandrino

Et libro 6. Stromatum, loquens de traditione, quæ est ex cognitione, quam Apostoli à Christo acceperunt.

Ἡ γνῶσις δὲ αὐτὴ, ἡ κατὰ διαδοχὰς εἰς ὀλίγους ἐκ τῶν Ἀποστόλων ἀγράφως παραδοθεῖσα, καταλέλυθεν ἐντεῦθεν δὲ ἄρα γνῶσιν, εἴτε σοφίαν συνασκηθῆναι χρὴ εἰς ἕξιν θεωρίας ἀΐδιον καὶ ἀναλλοίωτον.

Cognitio autem ipsa est, quæ per successionem ad paucos ex Apostolis absque scriptis tradita peruenit. Hinc ergo cognitio seu Sapientia exerceatur oportet ad contemplationis habitum æternum, & in quem non cadit alteratio.

Origenes Clementis Alexandrini ſucceſſor genere Ægyptius, qui initio 3. ſæculi florere cœpit præfatione in Matthæum fatetur ſe ex tot Euangelijs, quæ ſub diuerſorum Apoſtolorum nomine circunferebantur, ſolum quatuor admittere, quia ex traditione ea accepit.

Euangelia eſſe verum verbum Dei ex traditione habebat Origenes.

SIcut ex traditione accepi de quatuor Euangelijs, quæ ſola in vniuerſa Dei Eccleſia, quæ ſub cœlo eſt citra controuerſiam admittuntur.

Ὡς ἐν παραδόσει μαθὼν περὶ τῶν τεσσάρων εὐαγγελίων, ἃ καὶ μόνα ἀναντίῤῥητά ἐστιν ἐν τῇ ὑπὸ τὸν οὐρανὸν ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ.

Ex eiuſdem tractatu 29. circa finem, Latine dumtaxat edito, vtpote cuius textus Græcus nondum repertus eſt oſtenſurus ſibi Origenes, Hæreticos veram ſcripturam non allegare, aut loca eius peruersè citare ſcribit.

Sed nos illis credere non debemus, nec exire à prima & Eccleſiaſtica traditione, nec aliter credere, niſi quemadmodum per ſucceſſionem Eccleſiæ Dei tradiderunt nobis.

Ex eiuſdem præfatione περὶ Ἀρχῶν de principijs, cuius textus Græcus periјt aut latet in Codicibus M.SS. Latinus verò textus nobis ſeruatus à Ruffino ſic habet.

Cum multi ſint, qui ſe putent ſentire, quæ Chriſti ſunt, & nonnulli eorum diuerſa à prioribus ſentiant, ſeruetur verò Eccleſiaſtica prædicatio per ſucceſſionis ordinem ab Apoſtolis tradita, & vſque ad præſens in Eccleſijs permanens: illa ſola credenda eſt veritas, quæ in nullo ab Eccleſiaſtica diſcordat traditione.

Sy- Τῶν

Synodi Orientales tempore Victoris Papæ agentes de obseruando Paschatis die ex traditione Antiqua quæstionis solutionem desumendam putarunt, ita enim Eusebius lib. 5. cap. 24. De Polycrate Ephesino, & Episcopus Asiæ volentibus Pascha obseruandum 14. Luna.

Τῶν δὲ ἐπὶ τῆς Ἀσίας ἐπισκόπων τὸ πάλαι πρότερον αὐτοῖς παραδοθὲν διαφυλάττειν ἔθος χρῆναι διισχυριζομένων, ἡγεῖτο Πολυκράτης· ὃς καὶ αὐτὸς ἐν ᾗ πρὸς Βίκτορα καὶ τὴν Ῥωμαίων ἐκκλησίαν διετυπώσατο γραφῇ, τὴν εἰς αὐτὸν ἐλθοῦσαν παράδοσιν ἐκτίθεται διὰ τούτων· ἡμεῖς οὖν.

Episcopis verò Asiæ, qui mōrem sibi à maioribus traditum retinendum esse acriter contendebant, Polycrates præerat, qui quidem in ea epistola, quam ad Victorem & ad Romanæ vrbis Ecclesiam scripsit, traditionem ad sua vsque tempora propagatam exponit his verbis: nos igitur &c.

Apud eumdem Eusebium libro 5. cap. 25. Synodus Palestina iussu Victoris Papæ conuocata, die Dominico post 14. lunam ex maiorum traditione obseruari voluit.

Οἵγε μὴν ἐπὶ Παλαιστίνης, οὓς ἀρτίως διεληλύθαμεν, ὅ, τε Νάρκισσος καὶ Θεόφιλος. καὶ σὺν αὐτοῖς Κάσιος τῆς κατὰ Τύρον ἐκκλησίας ἐπίσκοπος, καὶ Κλάρος ὁ τῆς ἐν Πτολεμαΐδι, οἵ, τε μετὰ τούτων συνεληλυθότες περὶ τῆς κατελθούσης εἰς αὐτοὺς ἐκ διαδοχῆς τῶν Ἀποστόλων περὶ τοῦ πάσχα παραδόσεως πλεῖστα διειληφότες.

Episcopi verò Palestinæ, quos paulo supra memorauimus, Narcissus scilicet & Theophilus, & cum illis Cassius Tyri, & Clarus Ptolemaidis Episcopi, & qui simul cum ipsis conuenerant, postquam de traditione diei Paschatis, quæ iam inde ab Apostolis ad ipsos continua successione manauerat, multa in suis litteris disseruerunt &c.

Apud eumdem Eusebium lib. 5. cap. 23. totus terrarum orbis à Polycratis opinione Asianorum consuetudini, & scripturæ, vt errabat, innixa, dissentiens, traditionem Apostolicam obseruandam statuit.

Οὐκ ἔθους ὄντος τοῦτον ἐπιτελεῖν τὸν τρόπον ταῖς ἀνὰ τὴν λοιπὴν ἅπασαν οἰκου-

Cum tamen reliquæ totius orbis Ecclesiæ alio more vterentur, qui

Pascha, quando nam celebrandum, ex sola traditione habetur.

qui ex Apostolorum traditione profectus etiamnum seruatur, vt scilicet non alio, quam resurrectionis Dominicæ die ieiunia solui liceat.

οἰκουμένην ἐκκλησίαις, ἐξ ἀποστολικῆς παραδόσεως τὸ καὶ εἰς δεῦρο κρατῆσαν ἔθος φυλαττούσαις· ὡς μὴ δ' ἑτέρα προσήκειν παρὰ τὴν τῆς ἀναστάσεως τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἡμέραν τὰς νηστείας ἐπιλύεσθαι.

Concilium Gangrense à pluribus Episcopis circa tempora Nicani Concilij habitum, quod plura Ecclesiæ statuta ex antiquorum traditione ortum habentia contra Eustatianos hæreticos defendens statuit canone 21, seu vltimo.

ET vt semel dicamus, quæ à diuinis Scripturis, & vt Apostolicis traditionibus commendata sunt, in Ecclesia fieri optamus.

ΚΑὶ πάντα συνελόντας εἰπεῖν, τὰ παραδοθέντα ὑπὸ τῶν θείων γραφῶν καὶ τῶν ἀποστολικῶν παραδόσεων ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ γίνεσθαι εὐχόμεθα.

Eusebius Cæsareensis in Palestina Episcopus libro 1. Demonstrationis Euangelicæ cap. 8. ostensurus Discipulos Christi plura à Magistro suo didicisse.

EA ipsi ad imbecillitatem multorum se demittentes, partim litteris, partim sine litteris quasi iure quodam non scripto seruanda commendarunt.

ΤΑῦτα συγκατιόντες τῇ τῶν πλειόνων ἀσθενείᾳ, τὰ μὲν διὰ γραμμάτων τὰ δὲ δι' ἀγράφων θεσμῶν φυλάττειν παρεδίδοσαν.

Magnus fidei Atleta Athanasius Patriarcha Alexandrinus, qui sacro Nicano Concilio diaconus interfuit, & Patres Nicanos rectè vocem ὁμοούσιον licet in Scripturis non expressam Symbolo addidisse scripsit epistola ad Afros.

EPiscopi verò, non has voces ipsi excogitant, sed eas à Patribus habentes scriptis suis inseruerunt.

ΟἹ δὲ Ἐπίσκοποι οὐχ ἑαυτοῖς εὑρόντες τὰς λέξεις, ἀλλ' ἐκ πατέρων ἔχοντες τὴν μαρτυρίαν οὕτως ἔγραψαν.

Idem

Ἡμῶν

Idem Epiſtola ad Adelphum Epiſcopum contra Arianos.

Ἡμῶν δὲ ἡ πίστις ἐστὶν ἡ ὀρθὴ, καὶ ἐκ διδασκαλίας Ἀποστόλων ὁρμωμένη καὶ παραδόσεως τῶν πατέρων βεβαιουμένη.

Noſtra verò fides recta eſt, & ex doctrina Apoſtolica, & traditione Patrum confirmata. Traditio eſt etiam regula fidei.

Idem de incarnatione verbi Dei contra Paulum Samoſatenum.

Ὁ δὲ τοῖς παραδόσεσιν ἐμμένων ἀκίνδυνος.

Qui verò traditionibus inhęret, extra peticulum verſatur.

D. Baſilius Cæſareenſis Cappadociæ Epiſcopus, totius Ponti Exarchus ad Amphilochium de Spiritu ſancto cap. 29. cuius auctoritatem venerati ſunt pluſquam 200. Orientales Epiſcopi in can. Trullano, & teſtimonium Iuri canonico Græcorum ab illo tempore inſertum eſt, vt indicauit Beueregius tomo 2. Pandectæ Canonum.

Ἀποστολικὸν δὲ οἶμαι καὶ τὸ ταῖς ἀγράφοις παραδόσεσι παραμένειν. ἐπαινῶ γάρ φησιν, ὑμᾶς, ὅτι πάντα μου μέμνησθε, καὶ καθὼς παρέδωκα ὑμῖν τὰς παραδόσεις κατέχετε· καὶ τὸ, κρατεῖτε τὰς παραδόσεις ἃς παρελάβετε, εἴτε διὰ λόγου, εἴτε δι᾽ ἐπιστολῆς, ὧν μάλιστα μία ἐστὶ καὶ ἡ παροῦσα αὕτη· ἣν οἱ ἐξ ἀρχῆς διαταξάμενοι παραδιδόντες τοῖς ἐφεξῆς, συμπροϊούσης ἀεὶ τῷ χρόνῳ τῆς χρήσεως, διὰ μακρᾶς τῆς συνηθείας ταῖς ἐκκλησίαις ἐγκατερρίζωσαν.

ARbitror autem Apoſtolicum eſſe, etiam non ſcriptis traditionibus inhercre. *Laudo*, inquit, *vos, quod omnia mea meminiſtis, quemadmodum tradidi vobis, traditiones tenetis.* Et illud: *Tenete traditiones, quas accepiſtis ſiue per ſermonem, ſiue per epiſtolam.* Quarum maxima vna eſt & hæc, de qua nunc agimus, quam qui ab initio præſcripſerunt, tradideruntque poſteris, vſu ſemper ſimul cum tempore progrediente per longam conſuetudinem Eccleſijs irradiarunt.

Probat id D. Baſilius ex eo, quod plura ſint recepta ab Eccleſia, quæ non habentur in Scriptura, ſed ex ſola traditione.

Idem cap. 27. eiusdem operis ad Amphilochium.

Exempla eorum, quæ ex sola traditione habentur

Dogmata, & instituta, quæ in Ecclesia prædicantur, quædam habemus è doctrina scripto, quædam rursus ex Apostolorum traditione in mysterio, id est, in occulto tradita recepimus: quorum vtraque parem vim habent ad pietatem, nec his quisquam contradicit, quisquis sanè vel tenuiter expertus est, quæ sint iura Ecclesiastica. Nam si consuetudines, quæ scripto proditæ non sunt, tamquam haud multum habentes momenti conemur reijcere, imprudentes grauissimum Euangelio detrimentum inferemus. Imo potius ipsam fidei prædicationem ad nudum nomen contrahemus. Quod genus est, vt eius, quod primum est, & vulgatissimum primo loco commemorem: vt signo crucis eos, qui spem collocarunt in Christum, signemus, quis scripto docuit? vt ad orientem versi precemur, quæ nos docuit Scriptura? inuocationis verba quum conficitur panis Eucharistiæ, & poculum benedictionis, quis sanctorũ in scripto nobis reliquit? nec enim his contenti sumus, quæ commemorat Apostolus aut Euangelium, verum alia quoque & ante & post dicimus, tamquam multum habentia momenti ad mysterium, quæ ex traditione citra scriptum accepimus. Consecramus autem aquam baptismatis, & oleum vnctionis, præ-

Τῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ πεφυλαγμένων δογμάτων καὶ κηρυγμάτων, τὰ μὲν ἐκ τῆς ἐγγράφου διδασκαλίας ἔχομεν, τὰ δὲ ἐκ τῆς τῶν ἀποστόλων παραδόσεως διαδοθέντα ἡμῖν ἐν μυστηρίῳ παρεδεξάμεθα· ἅπερ ἀμφότερα τὴν αὐτὴν ἰσχὺν ἔχει πρὸς τὴν εὐσέβειαν, καὶ τούτοις οὐδεὶς ἀντερεῖ, ὅς τις γε κἂν [κατὰ] μικρὸν γοῦν θεσμῶν ἐκκλησιαστικῶν πεπείραται. εἰ γὰρ ἐπιχειρήσαιμεν τὰ ἄγραφα τῶν ἐθῶν, ὡς οὐ μεγάλην ἔχοντα τὴν δύναμιν παραιτεῖσθαι, λάθοιμεν ἂν εἰς αὐτὰ τὰ καίρια ζημιοῦντες τὸ εὐαγγέλιον· μᾶλλον δὲ εἰς ὄνομα ψιλὸν περιιστῶντες τὸ κήρυγμα· οἷ (ἵνα τοῦ πρώτου καὶ κοινοτάτου [πρῶτον] μνησθῶ) τῷ τύπῳ τοῦ σταυροῦ τοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἠλπικότας κατασημαίνεσθαι, τίς ὁ διὰ γράμματος διδάξας; τὸ πρὸς ἀνατολὰς ἐστράφθαι κατὰ τὴν προσευχήν, ποῖον ἐδίδαξεν ἡμᾶς γράμμα; τὰ τῆς ἐπικλήσεως ῥήματα ἐπὶ τῇ ἀναδείξει τοῦ ἄρτου τῆς εὐχαριστίας καὶ τοῦ ποτηρίου τῆς εὐλογίας, τίς τῶν ἁγίων ἐγγράφως ἡμῖν καταλέλοιπεν; οὐ γὰρ δὴ τούτοις ἀρκούμεθα, ὧν ὁ ἀπόστολος, ἢ τὸ εὐαγγέλιον ἐπεμνήσθη, ἀλλὰ καὶ προλέγομεν καὶ ἐπιλέγομεν ἕτερα ὡς μεγάλην ἔχοντα πρὸς τὸ μυστήριον τὴν ἰσχὺν ἐκ τῆς ἀγράφου διδασκαλίας παραλαβόντες. εὐλογοῦμεν δὲ τὸ ὕδωρ τοῦ βαπτίσματος, καὶ τὸ ἔλαιον τῆς χρίσεως, καὶ προσέτι αὐτὸν τὸν βαπτιζόμενον. ἀπὸ

ποίου

ποίων ἐγγράφων; οὐκ ἀπὸ τῆς σιωπωμένης καὶ μυστικῆς παραδόσεως;

præterea ipsum, qui baptismum accepit, ex quibus scriptis? nonne à tacita, secretaque traditione?

D. Epiphanius Salaminensis in Cypro Episcopus probaturus contra Aerium, Episcopos presbyteris superiores esse, pro mortuis orandum, & ieiunia certis temporibus obseruanda esse, sic scribit hæresi 75. num. 8.

ΟΤι ἀναγκαίως ἡ Ἐκκλησία τοῦτο ἐπιτελεῖ, παράδοσιν λαβοῦσα παρὰ Πατέρων. τίς δὲ δυνήσεται θεσμὸν μητρὸς καταλύειν, ἢ νόμον πατρός; ὡς τὰ παρὰ τῷ Σολομῶντι εἰρημένα. ἄκουε υἱὲ λόγους πατρός σου, καὶ μὴ ἀπώσῃ θεσμοὺς μητρός σου. δείξας ὅτι ἐγγράφως τε, καὶ ἀγράφως ἐδίδασκεν ὁ Πατὴρ, τουτέστιν ὁ Θεὸς, ὁ μονογενὴς, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα.

Qvod necessariò facere illud Ecclesiam dico; quæ traditum sibi ritum illum à maioribus acceperit. Potest verò quisquam maternam sanctionem, aut legem Patris euertere? Quemadmodum à Salomone scriptum est: *Audi Fili sermones Patris tui, & ne repellas leges matris tuæ*. Quibus Patrem, hoc est vnigenitum Deum, cum Spiritu S. declarat, partim scripto, partim sine scripto docuisse.

Idem hæresi 60. num. 6.

Δεῖ δὲ παραδόσει κεχρῆσθαι. οὐ γὰρ πάντα ἀπὸ θείας γραφῆς δύναται λαμβάνεσθαι. διὸ τὰ μὲν ἐν γραφαῖς, τὰ δὲ ἐν παραδόσει παρέδωκαν οἱ ἅγιοι Ἀπόστολοι. ὥς φησιν ὁ ἅγιος Ἀπόστολος, ὡς παρέδωκα ὑμῖν. καὶ ἄλλοτε· οὕτως διδάσκω, καὶ οὕτως παρέδωκα ἐν ταῖς ἐκκλησίαις· καὶ· εἰ κατέχετε· ἐκτὸς εἰ μὴ εἰκῆ ἐπιστεύσατε.

Sed & traditione quoque opus est; neque enim Scripturis peti possunt omnia. Idcirco alia scripto; traditione alia sanctissimi Apostoli reliquerunt, quod ipsum ita Paulus affirmat: *Quemadmodum tradidi vobis*. Item alio loco: *Ita doceo, vt ita tradidi in Ecclesijs*. Item, *si meministis: nisi frustra credidistis*.

Non omnia in Scripturis continentur.

1. Cor. 11.1.

1. Chor. 15.3.

Gregorius Nyssenus Episcopus, S. Basilij frater oratione 3. contra Eunomium,

NVllus mihi subcrepet, quòd illud etiam, quod à nobis pro confesso habetur, rationibus & argumentis indigeat confirmari & probari: sufficit enim ad nostri sermonis demonstrationem, quod habeamus à Patribus venientem ad nos traditionem velut hereditatem quandam per successionem ex Apostolis per Sanctos sequentes transmissam.

ΚΑί μοι μηδεὶς ὑποκρουέτω, καὶ τὸ παρ' ἡμῶν διομολογούμενον διὰ κατασκευῆς κυρωθῆναι. ἀρκεῖ γὰρ εἰς ἀπόδειξιν τοῦ ἡμετέρου λόγου τὸ ἔχειν πατρόθεν ἥκουσαν πρὸς ἡμᾶς τὴν παράδοσιν, οἷόν τινα κλῆρον δι' ἀκολουθίας ἐκ τῶν Ἀποστόλων διὰ τῶν ἐφεξῆς ἁγίων παραπεμφθέντα.

Cyrillus Hierosolymitanus Episcopus Catechesi 5. ostensurus fidem à Deo reuelatam, & in Scripturis contineri, addit tamen Ecclesia tradente haberi.

FIdem verò in disciplina, & promissione posside: & custodi illam à sola Ecclesia tibi nunc traditam, & ex omni Scriptura munitam.

ΠΙ'στιν δὲ ἐν μαθήσει καὶ ἐπαγγελίᾳ κτῆσαι, καὶ τήρησον, μόνην τὴν ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας νυνί σοι παραδιδομένην, τὴν ἐκ πάσης γραφῆς ὀχυρωμένην.

D. Ioannes Chrysostomus ex prasbytero Antiocheno Constantinopolitanus Episcopus, in primam epistolam ad Corinthios, ad illa verba Apostoli cap. 11,
Et sicut tradidi vobis, tenetis.

ERgo & sine scripto multa, tunc illis tradebat, quod etiam multis alijs in locis indicat.

Α῏Ρα καὶ ἀγράφως πολλὰ παρεδίδου τότε, ὃ καὶ ἀλλαχοῦ πολλαχοῦ δηλοῖ.

Idem homilia 4. in cap. 2. epist. 2. ad Thessalonicenses.

Traditio Chrysostomi necessaria, & ad credendum sufficit. *Itaque fratres state, & tenete traditiones, quas didicistis siue per sermonem, siue per epistolam nostram.* Hinc est perspicuum, quod

Ἄρα οὖν, ἀδελφοί, στήκετε, καὶ κρατεῖτε τὰς παραδόσεις, ἃς ἐδιδάχθητε, εἴτε διὰ λόγου, εἴτε δι' ἐπιστολῆς ἡμῶν. Ἐντεῦθεν δῆλον ὅτι οὐ πάντα δι'

δι' ἐπιστολῆς παραδέδωσαν, ἀλλὰ πολλὰ καὶ ἀγράφως· ὁμοίως δὲ κἀκεῖνα, καὶ ταῦτά ἐστιν ἀξιόπιστα· ὥστε καὶ τὴν παράδοσιν τῆς ἐκκλησίας ἀξιόπιστον ἡγώμεθα, παράδοσίς ἐστι, μηδὲν πλέον ζήτει.

quod non omnia tradiderunt per epistolam, sed multa etiam sine scriptis: & ea quoque sunt fide digna. Quamobrem Ecclesię quoque traditionem censeamus esse fide dignam. *Est traditio, nihil queras amplius.*

D. Cyrillus Patriarcha Alexandrinus in opere ad Theodosium Imperatorem de recta fide, agens de vera Christi Persona, hæreticorum obiectioni respondet.

ΠΡῶτον μὲν, ὅτι τῆς πίστεως τὴν οὕτως ἀρχαιοτάτην, καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν ἁγίων Ἀποστόλων διήκουσαν εἰς ἡμᾶς παράδοσιν, ἢ ταῖς ὑπερμέτροις ἀκριβείαις καταλύειν ἄξιον, οὔτε μὴν ταῖς εἰς ἄκρον ἐρεύναις ὑποφέρειν τὰ ὑπὲρ νοῦν. ἀλλ' οὐδὲ ἥκειν εἰς μέσον οἵαπερ τινὰς ὁριστὰς, καὶ ῥιψοκινδύνως λέγοντας. ὡς τὸ δεῖνα μὲν ὀρθῶς· τὸ τὸ δεῖνα δ' αὖ ἑτέρως ἔχειν.

Apprime indignum esse, vel antiquissimam fidei traditionem (vt quæ ab ipsis sanctis Apostolis profecta ad nos vsque peruenit) propter curiosas quasdam, ac superuacaneas rationes, ac disceptationes deserere, vel inquisitionibus humanę mentis captum excedentibus subijcere, vel in medium quoque, vt illa inquiratur, adducere: quemadmodum nonnulli faciunt, qui suo sensu, contempto periculo quiduis metientes, dicere solent: Hoc recte se habet, illud verò secus. Traditio Ecclesiæ nostræ oppositioni præferenda.

Flauianus Episcopus Constantinopolitanus, in epistola ad Leonem primum, edita apud Coteloriumtomo 1. monumentorum Ecclesiæ Græcæ.

ΔΙά τοι τοῦτο, πάντα ποιητέον ἡμῖν καὶ πονητέον, ὑπὲρ τῆς ἀληθοῦς πίστεως, καὶ τῶν ἐκτεθέντων, καὶ δογματισθέντων ὑπὸ τῶν πατέρων ἐφ' ᾧτε διὰ παντὸς καὶ ἐν παντοίαις περιστάσεσι πραγμάτων ἀκέραια καὶ ἄτρωτα ταῦτα διασώζεσθαι καὶ φυλάττεσθαι.

PRopterea igitur, cuncta nobis facienda sunt, omnisque labor suscipiendus pro vera fide, ijsque quæ à sanctis Patribus exposita sunt, atque dogmatum loco tradita, quo per omnia & in omnigenis rerum circumstantijs integra hæc, & inuiolabiliter conseruentur, atque custodiantur.

Ephesina Synodus Generalis tertia, vbi 200. Patres cum Cyrillo Patriarcha Alexandrino, expensa Patrum traditione obseruarunt, quod scribit Vincentius Lirinensis in Commonitorio.

VT nihil nouarent, nihil pręsumerent, nihil sibi penitus arrogarent, sed omnimodè præcauerent, ne aliquid posteris traderent, quod ipsi à Patribus non accepissent.

Sexcenti & triginta Orientales Episcopi in Chalcedonensi Synodo generali quarta, agentes de præcedentium Conciliorum canonibus, inter quos plures ex traditione Patrum statuti fuere, sic statuunt canone 1.

Canones Ecclesiæ à Patribus traditi, & omninò obseruãdi.

QVi à sanctis Patribus in vnaquaque Synodo hucusque expositi sunt, obseruari, canones æquum censuimus.

Τοὺς παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων καθ' ἑκάστην σύνοδον ἄχρι τοῦ νῦν ἐκτεθέντας κανόνας κρατεῖν ἐδικαιώσαμεν.

Et canone 8. de Clericis.

Sub potestate Episcoporum, qui sunt in vnaquaque ciuitate ex sanctorum Patrum traditione permaneant.

Ὑπὸ τὴν ἐξουσίαν τῶν ἐν ἑκάστῃ πόλει Ἐπισκόπων κατὰ τὴν τῶν ἁγίων πατέρων παράδοσιν διαμενέτωσαν.

150. *Patres Orientales in Synodo generali 5. cum plura statuissent ex traditione Patrum, ita decernunt can 14.*

CVM igitur hęc ita rectè confessi sumus, quæ tradita nobis sunt tam à diuinis Scripturis quam à sanctorum Patrum doctrina.

Τούτων τοίνυν οὕτως ὁμολογηθέντων, ἅπερ παρελάβομεν ἐκ τῆς θείας γραφῆς, καὶ τῆς τῶν ἁγίων πατέρων διδασκαλίας.

170. *Patres Orientales in Synodo generali 6. ex Patrum traditione Monothelitas Hæreticos condemnandos censuerunt, iuxta illud Agathonis Papæ relectum act. 4.*

Ἵνα δὲ τῇ θεοσυστάτῳ ὑμῶν εὐσεβείᾳ, τί περιέχει ἡ δύναμις τῆς ἀποστολικῆς ἡμῶν πίστεως, διὰ βραχέων δηλοποιήσωμεν, ἣν καὶ παρελάβομεν διὰ τῆς ἀποστολικῆς παραδόσεως παρὰ τῶν ἀποστολικῶν ἀρχιερέων, καὶ τῶν ἁγίων πέντε οἰκουμενικῶν συνόδων, δι' ὧν οἱ θεμέλιοι τῆς καθολικῆς τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησίας ἐστερεώθησαν, καὶ ἐστηρώθησαν· αὕτη τοιγαροῦν ἐστὶν ἡ κατάστασις τῆς εὐαγγελικῆς, καὶ ἀποστολικῆς ἡμῶν πίστεως, ἵνα ὁμολογοῦντες τὴν ἁγίαν καὶ ἀχώριστον Τριάδα.

VT autem vestræ diuinitus instructæ pietati, quid Apostolicæ nostræ fidei vigor contineat, breuiter intimemus, quam percepimus per Apostolicam, Apostolicorumque Pontificum traditionem, & sanctorum quinque generalium Synodorum, per quas fundamenta Catholicæ Ecclesiæ firmata, atque stabilita sunt: hic igitur status est Euangelicæ atque Apostolicæ fidei regularisque traditio, vt confitentes sanctam, & inseparabilem Trinitatem &c.

Ex traditione de controuersijs iudicandũ.

Et ipsimet Patres de hac Agathonis suggestione actione 18.

Ἥτις παροῦσα ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος πιστῶς δεξαμένη καὶ ὑπτίαις χερσὶν ἀσπασαμένη τήν τε τοῦ ἁγιωτάτου καὶ μακαριωτάτου πάπα τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης Ἀγάθωνος γενομένην ἀναφορὰν πρὸς τὸν εὐσεβέστατον καὶ πιστότατον ἡμῶν Βασιλέα Κωνσταντῖνον.

Quæ præsens sancta & vniuersalis Synodus fideliter suscipiens, & expansis manibus amplectens, tam suggestionem, quæ à Sanctissimo, ac beatissimo Agathone Papa antiquæ Romæ facta est ad Constantinum pijssimum, atque fidelissimum nostrum Imperatorem.

Anastasius Sinaita Patriarcha Antiochenus in libro (quem, Viæ dux, inscripsit) cap. 1. inter regulas obseruandas ponit.

Σημειωτέον, ὅτι τινὰς παραδόσεις καὶ ἀγράφως παρέλαβεν ἡ ἐκκλησία. οἷον, τὸ κοινωνεῖν νηστικὸν, καὶ

NOuerit, Ecclesiam traditiones nonnullas etiam extra Scripturam accepisse; quod genus

Exempla earum, quæ sola traditione accepimus.

genus: sacram communionem à ieiunis accipi debere: orare ad orientem. Deiparam post partum quoque mansisse virginem: eandemque in spelunca peperisse: & plura alia.

καὶ τὸ, προσεύχεσθαι κατὰ ἀνατολάς· καὶ ὅτι παρθένος ἔμεινε μετὰ τόκον ἡ θεοτόκος· καὶ ὅτι ἐν σπηλαίῳ ἔτικε· καὶ ἕτερα πολλά.

D. Ioannes Damascenus lib. 4. orthodoxæ fidei cap. 13. agens de adoratione ad orientem.

AD orientem adoramus. Est autem Apostolorum hoc institutum litteris sacris haud quaquam proditum. Complura etenim illi, nulla Scripturæ authoritate nixa nobis tradiderunt.

ΕΠ' ἀνατολὰς προσκυνοῦμεν· ἄγραφος δέ ἐστιν ἡ παράδοσις αὕτη τῶν ἀποστόλων. πολλὰ γὰρ ἀγράφως ἡμῖν παρέδωκαν.

Idem oratione 1. de imaginibus.

Neue terminos æternos moueas, quos posuerunt Patres tui, qui ritus Ecclesiasticos non litteris solum, verum etiam institutis non scriptis tradiderunt.

Μὴ δὲ μέταιρε ὅρια αἰώνια, ἃ ἔθεντο οἱ πατέρες σου, οὐ μόνον γράμμασι τὴν ἐκκλησιαστικὴν θεσμοθεσίαν παρέδωκαν, ἀλλὰ καὶ ἀγράφοις τισὶ παραδόσεσι;

S. Maximi Confessoris & Græcorum Theologi, tomo 2. operum, in solutione alterius absurditatis pag. 121.

HÆc doctrina inclytorum Anastasij, Basilijque, & Gregorij, & Ioannis, & Theophili, & Cyrilli, ac reliquorum probatorũ Patrum sententia. Quæ his maior probatio, vt sit manifestum, naturales eos voluntates docere? .. nihil ergò nos inde, vt causantur aduersarij, dictiones nouamus; sed Patrum voces confitemur: neque ex sensu nostro, & vt destinato seruiant, nomina fingimus (res enim temeraria est, mentisque

Hæreticorum est, neglecta sanctorũ Patrum interpretatione proprio sensui velle inniti.

ΤΑῦτα Ἀθανασίου καὶ Βασιλείου καὶ Γρηγορίου, καὶ Ἰωάννου καὶ Θεοφίλου, καὶ Κυρίλλου τῶν ἀοιδίμων πατέρων δόγματα, καὶ τῶν ἄλλων ἐγκρίτων πατέρων· τίς ἡ ὑπὲρ τούτων μείζων ἀπόδειξις, ὡς φυσικὰ θελήματα διαγορεύουσιν ἡμεῖς μὲν οὖν ἐντεῦθεν οὐ λέξεις καινοτομοῦμεν, ὥσπερ οἱ ἐναντίοι φασίν, ἀλλὰ πατρικὰς ὁμολογοῦμεν φωνάς· οὐδὲ πρὸς τὸν ἴδιον νοοῦντες σκοπὸν τὰς ὀνοματοποιίας τιθέμεθα· τολμηρὸν γὰρ τοῦτο ἐστι τῆς αἱρετικῆς ἔργον καὶ μανικῆς διανοίας ἐφεύρεσις· ἀλλ' ὡς παρ' αὐτῶν

que τῶν

τῶν ἁγίων ἐνοήθησαν, καὶ ἐλέχθησαν, ταύτας εὐσεβῶς προσκομίζομεν.

que hæreticæ, ac furibundæ opus inuentioque) sed qua ratione sanctis intellectæ, ac dictæ voces sunt, eas pie proloquimur.

Patres in Concilio Generali 7. actione 7. in termino, seu definitione fidei contra Iconomachos anno 787.

ΚΑὶ συνελόντες φαμὲν, ἁπάσας τὰς ἐκκλησιαστικὰς ἐγγράφως ἢ ἀγγράφως τεθεσπισμένας ἡμῖν παραδόσεις ἀκαινοτομήτως φυλάττομεν· ὧν μία ἐστὶ καὶ ἡ τῆς εἰκονικῆς ἀναζωγραφήσεως ἐκτύπωσις.

ET vt compendiosè fateamur, omnes Ecclesiasticas, siue scripto, siue sine scripto sancitas nobis traditiones illibatè seruamus: quarum vna est etiam imaginalis picturæ formatio.

Huic fidei definitioni subscripsere 298. *Orientales Episcopi.*

Post Legatos Apostolicæ Sedis, Tarasium Patriarcham Constantinopolitanum, Ioannem, & Thomam legatos Alexandrinę, Antiochenæ, & Hierosolymitanæ Sedium, Agapium Cæsareensem, Ioannem Ephesinum, Constantinum Cypriorum, Leonem Heracleensem, Basilium Ancyranum, Nicolaum Cyzicenum, Euthymium Sardensem, Petrum Nicomediensem, Heliam Cretensem, Hypatium Nicęnum, Leonem Sidensem, Danielem Amasenum, Constantinum Gangrensem, & Epiphanium Catanensem Siciliæ, & Sardiniæ locum retinentem, qui omnes Metropolitę cum 298. Episcopis subscriptioni suæ adiunxerunt

ΤΟῖς πατρικοῖς δόγμασιν ἐξακολουθῶν, καὶ τῇ παραδόσει τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ὁρίσας ὑπέγραψα.

PAterna Dogmata sequens, & traditionem Catholicæ Ecclesiæ, definiens subscripsi.

Neque post hæc alijs testimonijs egemus, ad demonstrandum Orthodoxæ Græcorum Ecclesiæ sensum de traditionis necessitate, quam pro regula dijudicandi Dogmata semper habuerunt, & contra omnes hęreticos vsurpare consueuerunt.

SENSVS SCHISMATICAE GRAECORVM ECCLESIAE

PHOTIVS SCHISMATICORVM ANTESIGNANVS

In locum Ignatij intrusus Patriarcha Constantinopolitanus in Pseudo Synodo Constantinopolitana per ipsum conficta damnat vnum, qui aliquid Symbolo Nicano addit vel aufert, pro ratione adiungens.

QVia & Apostolicam traditionem, & Patrum doctrinam condemnat.

ΚΑὶ τῆς τε ἀποστολικῆς παραδόσεως, καὶ τῆς τῶν πατέρων διδασκαλίας καταγινώσκει.

Theophylactus Schismaticus Bulgarorum Archiepiscopus, ad locum Pauli 2. Thessal. cap. 2. v. 5.

HInc quoque perspicuum est, pleraque etiam sine scripto per sermonem, id est viua voce tradidisse, & non solum per epistolas. Smiliter & hæc, & illa fide digna sunt: itaque & Ecclesiæ traditionem fide dignam existimemus. *Traditio est, nibil amplius queras.*

ΚΑ'ντεῦθεν δῆλον ὅτι πολλὰ καὶ ἀγράφως διὰ λόγου, τουτέστι ζώσῃ φωνῇ παρεδίδω, οὐ μόνον δι' ἐπιστολῶν· ὁμοίως δὲ ἐστὶ ταῦτα κἀκεῖνα, ἀξιόπιστα· ὥστε καὶ τὴν παράδοσιν τῆς ἐκκλησίας ἀξιόπιστον ἡγούμεθα· παράδοσίς ἐστι, μηδὲν πλέον ζήτει.

Theodorus Balsamon Schismaticus Patriarcha Antiochenus in canonem 92. ex D. Basilio desumptum, vbi confirmat allata à nobis Basilij testimonia.

QVod autem dicit est huiusmodi: cum tot sint, quę sine scriptis accepimus, eaque ad fidem tam valida &c.

Ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν, ὅτι ἐπεὶ τοσαῦτά εἰσιν ἃ ἀγράφως παρελάβομεν, καὶ οὕτω πρὸς τὴν πίστιν ἰσχυρά.

Idem Εἰσὶ

Idem ad Canonem 93. ex D. Basilio desumptum.

Εἶτα δείκνυσιν ὅτι καὶ ἀποστολικόν ἐστι τὸ παραδιδόμενον φυλάττειν.

Deinde ostendit, quod est Apostolicum seruare, quod traditum est.

Matthaeus Blastares in praefatione ad Syntagma alphabeticum nuper in pandectis canonum à Beueregio editum, postquam plura dixisset de D. Basilij, aliorumque sanctorum Patrum scriptis, & septem Synodorum generalium canonibus, adiungit.

Τούτοις γὰρ τὸ περὶ τὰ δόγματα, εὐθὺ τοῦ σκολιοῦ, καὶ γνήσιον τοῦ νόθου, πάσης λίθου λυδίας ἀκριβέστερον διακρίνεται.

PER hosce enim quantum ad dogmata attinet, rectum ab obliquo, & genuinum à notho accuratius discerni potest.

Demetrius Chrysoloras Dialogo Antirrhetico aduersus Demetrium Cydonium.

Ἔτι τῶν θεολογικῶν ῥητῶν, οὐ δίκαιον ἄλλους καθίζειν ἐξηγητὰς, ἕως ἂν ἔχωμεν ἐξηγητὰς θεολόγους· ἐπεὶ οὖν κἀνταῦθα, οἱ μὲν τὰς τοιαύτας ἐκθέμενοι ῥήσεις, Ἀθανάσιος ἐστὶ καὶ Διονύσιος, ἔτι Κύριλλος καὶ Χρυσόστομος, καὶ Βασίλειος ὁ μέγας· ἔτι θεῖος Γρηγόριος καὶ Γρηγόριος Νύσσης, καὶ θεῖος Μάξιμος, καὶ ὁ πολὺς τὰ θεῖα Δαμασκηνός· ἐξηγητὴς δὲ πάντων τῶν πρὸ αὐτοῦ μὲν ὁ μακάριος Ἰωάννης, ἐνίων δὲ ὁ θειότατος Μάξιμος· πῶς ἐστι λόγον σῶζον, ἐκείνους ἀφέντας ἡμᾶς αὐτοὺς ἀξιοῦν διδασκάλους περὶ ὧν ἡ ζήτησις.

PRaeterea dictorum Theologicorum iustum minime fuerit alios interpretes constituere, dum Theologos interpretes obtinemus. Cum ergo in hac re, qui similia dicta interpretati sunt, sint Athanasius, Dionysius, Cyrillus, Chrysostomus, Basilius Magnus, Diuus Gregorius, Gregorius Nyssenus, Diuus Maximus, & in rebus theologicis perillustris Damascenus. Interpres verò omnium, qui eum praecesserunt, beatus Ioannes, aliquorum verò diuinissimus Maximus, quomodo rationi consentaneum fuerit, neglectis illis, alios conquirere doctores in hac quaestione?

Professio, quæ fiebat ab Imperatore Constantinopolitano, antequam coronabatur.

PRæterea amplector, confiteor, & approbo Apostolicas, & diuinas traditiones.

Ἔτι στέργω, καὶ ὁμολογῶ, καὶ βεβαιῶ τὰς Ἀποστολικὰς, καὶ θείας παραδόσεις.

Græci in Synodico, quod publicè in Ecclesia legunt Dominica orthodoxiæ. Omnes anathematizant, qui ab Ecclesiæ traditionibus deflectunt.

Extat hoc Synodicon à Græcis Schismaticis Venetijs pro vsu Græcorum editum.

QVæcumque præter Ecclesiasticam traditionem, & sanctorum & præclarissimorum Patrum doctrinam, & dispositionem innouata sunt, aut perpetrata, vel in posterum perpetranda, anathema.

Ἅπαντα τὰ παρὰ τὴν ἐκκλησιαστικὴν παράδοσιν, καὶ τὴν διδασκαλίαν, καὶ ὑποτύπωσιν τῶν ἁγίων καὶ ἀοιδίμων πατέρων καινοτομηθέντα, καὶ πραχθέντα, ἢ μετὰ τοῦτο πραχθησόμενα· ἀνάθεμα.

Macarius Nicomediensis, Ignatius Tornobi, Philippus Acaciæ Metropolitæ, Syluester Scyropulus, Theodorus Diaconus, & Gennadius Monachus post Florentinam Synodum Schisma fouentes, Bohemis hæreticis sese vnire detulerunt, quòd audiuerant, eos traditiones negare: ita enim in epistola ad Bohemos, edita Francofurti an. 1583.

Martinus Crusius, vel quicumque Lutheranorum hanc epistolam græcolatinam edidit: ἀγαθὰς, vertit, dubiam, vt suis persuaderet, Lutheranorum errorem de abijciendis traditionibus, non improbari à Græcis.

ET si non bonam ante de vobis famam habebamus, sic vt non romanis adinuentionibus resistatis, sed potius veteribus Catholicæ Christianorum Ecclesiæ traditionibus pro maiori parte refragemini.

Εἰ γὰρ καὶ πρότερον οὐκ ἀγαθὰς περὶ ὑμῶν εἴχομεν φήμας, ὡς οὐ ταῖς Ῥωμαϊκαῖς ἐφευρέσεσιν ἀνθισταμένων, ἀλλὰ μᾶλλον ταῖς ἀρχαίαις τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας τῶν χριστιανῶν παραδόσεσιν ἐναντιουμένων πλείοσιν.

Theodosius Zygomalas magnæ Constantinopolitanæ Ecclesiæ Protonotarius, cum audisset, Lutheranos Græcorum fidem sollicitasse, & de vnione ad Hieremiam Patriarcham scripsisse, de traditionibus, hæc addit in fine epist. de obsidionibus Constantinopolitanis.

Σημειώσῃς δὲ τοῦτο, ὅτι τῶν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ πεφυλαγμένων δογμάτων, καὶ κηρυγμάτων, τὰ μὲν ἐκ τῆς ἐγγράφου διδασκαλίας ἔχομεν, τὰ δὲ ἐκ τῆς τῶν Ἀποστόλων παραδόσεως .... ὑμῶν δὲ ζητούντων ἅπαντα τύπον ἔχειν ἐγγράφου μαρτυρίας, οἶμαι δυσκόλως συναινέσητε.

HOC etiam scito; dogmata Ecclesiæ nostræ, partim testimonijs sacræ Scripturæ constare, partim Apostolorum traditione .... vos verò istic omnia ad amussim sacræ Scripturæ exigentes, difficulter assensuros puto.

Ipse Hieremias Patriarcha Constantinopolitanus, vltra omnia responsa ad Lutheranos de retinendis traditionibus data, quæ infra, typis mandata omnium oculis patebunt, ita ad Crusium, & Iacobum Andream respondit anno 1574. ipso Crusio interprete. In Turcogræcia.

Ἀλλ' ὑμᾶς κύριος ὁ Θεός, ὁ ἀληθὴς ἀρχιποίμην, ἀξιώσειε τῆς ὑγιοῦς ὑμῶν πίστεως ἀεὶ ἔχεσθαι, καὶ μὴ χωλαίνειν, μὴ δὲ νεωτερίζειν, ἢ ἀποσκάζειν ἐν τοῖς θείως λαληθεῖσιν, ὑπό τε τοῦ σωτῆρος ἡμῶν τοῦ Χριστοῦ, καὶ τῶν ἁγίων ἀποστόλων, καὶ μαθητῶν αὐτοῦ, τῶν τε ἱερῶν ἑπτὰ συνόδων, καὶ λοιπῶν θεοφόρων ἁγίων πατέρων, ἐπ' ἀρετῇ διαλαμψάντων, καὶ θαύμασιν· ἀλλὰ διαφυλάττειν, ὅσα ἡ τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησία, ἐγγράφως τε, καὶ ἀγράφως παρέλαβεν.

VOS verò Dominus Deus Verus Princeps Pastorum dignetur sua gratia: vt sanæ fidei nostræ semper adhæratis, nec claudicetis, neue rebus nouis studeatis, aut vacillantes recedatis ab his, quæ diuinitus dicta sunt à Saluatore nostro Iesu Christo, & sanctis Apostolis, Discipulisque ipsius, & à sanctis septem Synodis, & diuinis, sanctisque Patribus, qui virtute ac miraculis illustres fuerunt. Sed vt custodiatis omnia, quæ Christi Ecclesia tum scripto, tum non scripto tradita accepit.

Gabriel Philadelphiensis in epistola ad Crusium an. 1580. data, Lutheranos quoque, vt traditionis contemptores his verbis refutare voluit.

SI verò cognoscere cupis, quomodo se res nostræ habent, scias nos veram doctrinam, & sanctorum Apostolorum traditiones sequi.

Εἰ δέ γε τὰ ὑμέτερα πῶς ἔχει, ἐφίεσαι μαθεῖν, ἴσθι μὲν ὑμᾶς τῇ ἀληθεῖ διδασκαλίᾳ ἑπομένους, καὶ ταῖς τῶν ἁγίων Ἀποστόλων παραδόσεσιν.

Quatuor demum Orientis Patriarchæ in confessione, quam Græci Schismatici tamquam orthodoxam amplectuntur, & cui complures Episcopi, & Constantinopolitana Ecclesia subscripsit parte 1. ad interrogationem 4,

PRæterea oportet, vt Orthodoxus Christianus teneat firmiter, & sine nullo dubio, quod omnes articuli fidei orthodoxæ, & vniuersalis Ecclesiæ sint traditi à Domino nostro Iesu Christo, idque mediantibus Apostolis Ecclesiæ, quos œcumenica Concilia interpretata sunt, & approbarunt, & vt credat sicut præcipit Apostolus, dicens: *Itaque fratres state, & tenete traditiones, quas didicistis, siue per sermonem, siue per epistolam nostram*. Et alibi: *Laudo autem vos fratres, quod per omnia mei memores estis, & sicut tradidi vobis, præcepta mea tenetis*. Ex quibus palam fit, quod articuli fidei habeant confirmationem & approbationem partim à traditione Ecclesiastica, & à do-

Πρὸς τούτῳ πρέπει νὰ κρατῇ διὰ βέβαιον καὶ ἀναμφίβολον ὁ ὀρθόδοξος Χριστιανὸς, πῶς ὅλα τὰ ἄρθρα τῆς πίστεως τῆς καθολικῆς καὶ ὀρθοδόξου ἐκκλησίας, εἶναι παραδεδομένα ἀπὸ τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, μὲ τὸ μέσον τῶν ἀποστόλων του εἰς τὴν ἐκκλησίαν· καὶ αἱ οἰκουμενικαὶ σύνοδοι τὰ ἑρμηνεύουσαν, καὶ τὰ ἐδοκίμασαν· καὶ νὰ πιστεύῃ εἰς αὐτὰ καθὼς προστάσσει ὁ ἀπόστολος λέγων. ἄρα οὖν ἀδελφοὶ, στήκετε καὶ κρατεῖτε τὰς παραδόσεις ἃς ἐδιδάχθητε, εἴτε διὰ λόγου, εἴτε δι᾽ ἐπιστολῆς ἡμῶν. καὶ ἀλλαχοῦ· ἐπαινῶ δὲ ὑμᾶς ἀδελφοὶ ὅτι πάντα μου μέμνησθε, καὶ καθὼς παρέδωκα ὑμῖν τὰς παραδόσεις, κατέχετε. ἀπὸ τὰ ὁποῖα λόγια εἶναι φανερὸν, πῶς τὰ ἄρθρα τῆς πίστεως, ἔχουσι τὸ κῦρος, καὶ τὴν δοκιμασίαν, μέρος ἀπὸ τὴν ἁγίαν γραφὴν, μέρος ἀπὸ τὴν ἐκκλησιαστικὴν παράδοσιν, καὶ ἀ-

πὸ

ἀπὸ τὴν διδασκαλίαν τῶν συνόδων τῶν ἁγίων πατέρων.

à doctrina Synodica sanctorum Patrum.

Et interposito testimonio Dionysij ex Ecclesiastica Hierarchia supra relato, illud sic exponunt.

Ἤγουν πῶς δύο λογιῶν εἰσὶ τὰ δόγματα. ἄλλα παραδίδει ἡ γραφὴ, τὰ ὁποῖα περιέχονται εἰς τὰ θεολογικὰ βιβλία τῆς ἁγίας γραφῆς. καὶ ἄλλα εἰσὶ δόγματα παραδιδόμενα ἐκ στόματος ἀπὸ τοὺς ἀποστόλους, καὶ ταῦτα ἑρμηνεύθησαν ἀπὸ τὰς συνόδους, καὶ τοὺς ἁγίους πατέρας. καὶ εἰς τὰ δύο ταῦτα, ἡ πίστις εἰσὶ τεθεμελιωμένη.

HOC est, quod dogmata sunt duplicia: quędam traduntur scripta, quæ continentur in libris Theologicis sacræ Scripturæ, & quædam ore Apostolorum, & hæc exposita sunt à Synodis, & sanctis Patribus, & in his duobus fides fundata est.

Clariora sunt hæc Orientalis Ecclesiæ testimonia, quam vt expositione nostra indigeant, ideoque nihil addens, ad aliam de libero arbitrio controuersiam accedo, de qua sola quoque Græcorum Patrum testimonia attulisse sufficiet, quod conspicua sint, & nullo commentario egeant.



DE



DE LIBERO ARBITRIO.



LIBERVM arbitrium in statu naturæ lapsę, esse rem de solo titulo, sustinuit Lutherus non vno, sed pluribus locis, post quem Theologi Tubingenses in responsis ad Hieremiam Patriarcham Constantinopolitanum, & Iacobum Heerbrandus in compendio Theologico Constantinopolim transmisso, distinguunt inter actiones ciuiles & spirituales: in omnibus asserunt voluntatem liberam esse à necessitate ad peccatum, & malum; ad bonum verò seruam esse, & minime liberam. Quid hac de re sentiat Catholica occidentalis Ecclesia, constat ex sacrosancto Tridentino Concilio, quod liberum hominis arbitrium quoad bonum propugnauit contra Lutheranos. Quid verò credat orientalis Ecclesia tam orthodoxa, quam schismatica, ex sequentibus testimonijs constabit.

Syrach Ecclesiast. cap. 15.

Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu consilij sui: Adiecit mandata, & præcepta sua. Si volueris mandata seruare, conseruabunt te: apposuit tibi ignem & aquam, ad quod volueris porrige manum tuam. Ante hominem vita, & mors, bonum, & malum, quod placuerit ei, dabitur illi.

Isa-

Isaias cap. 1.

SI volueritis, & audieritis me, bona terræ commedetis.

si nolueritis, gladius deuorabit vos.

Apostolus prima ad Corint. cap. 7.

ΜΗ' ἔχων ἀνάγκην, ἐξουσίαν δὲ ἔχει περὶ τοῦ ἰδίου θελήματος.

NOn habens necessitatem, sed potestatem habens suæ voluntatis.

S. Iustinus Martyr libro quæst. & Respons. ad orthodoxos.

Quest. 9.

ΕΙ' τὰ προλεχθέντα δίδωκεν ὁ Θεός. στεφανοῖ δὲ καὶ κολάζει πρὸς τὴν πρᾶξιν τῶν ἀνθρώπων ἕκαστον. πῶς δικαίως ποιεῖται ἀμφότερα, ἑκάτερα παρ' αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ ἀνθρώπου ἔχοντος;

SI ea quæ dicta sunt, Deus contulit: coronat autem & punit pro factis hominem quemque: quomodo vtrumque iuste facit, cum vtrumque à Deo habeat homo?

Responsio.

Norunt istius calicis virtutem, qui sunt diuinis initiati mysterijs: sed & vos paulò post poteritis addiscere.

Clarius verò in liturgia, qua à tempore ipsius Chrysostomi in hunc vsque diem vtitur tota græcorum Ecclesia.

Καὶ ἐν τῷ ποτηρίῳ λέγει.
Τὸ δὲ ἐν ποτηρίῳ τούτῳ, τίμιον αἷμα τοῦ Χριστοῦ σου, μεταβαλὼν τῷ πνεύματί σου τῷ ἁγίῳ.

Et in calice dicit:
Quod vero est in calice hoc, preciosum sanguinem Christi tui transmutans Spiritu tuo sancto.

Et equè clarè sermone 30. de proditione Iudæ loquens ad fideles, & Sacerdotes.

Ἐσθιόντων γὰρ αὐτῶν καὶ πινόντων, φησί, λαβὼν ἄρτον, ἔκλασε, καὶ

Nam cum manducarent, inquit, & biberent, accepit panem, & fre-

& fregit & dixit. Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur. Agnoscunt, quid loquor, qui sunt diuinis consecrati mysterijs: & iterum accepit calicem, & dixit: hic est sanguis meus, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Et præsens Iudas erat ista Christo dicente. Istud est corpus Iuda, quod triginta denarijs vendidisti. Iste est sanguis, de quo ante cum Pharisæis peccata fecisti .... Et nunc ille præsto est Christus, qui illam ornauit mensam, ipse istam quoque consecrat. Non enim homo est, qui proposita de consecratione mensæ Domini corpus Christi facit, & sanguinem: sed ille, qui crucifixus pro nobis est Christus. Sacerdotis ore verba proferuntur, & Dei virtute consecrantur, & gratia. Hoc est, ait corpus meum: hoc verbo proposita consecrantur.

καὶ εἶπε. τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου τὸ ὑπὲρ ὑμῶν κλώμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν· ἴσασιν οἱ μεμυημένοι τὰ λεγόμενα· καὶ πάλιν τὸ ποτήριον, λέγων. τοῦτό ἐστι τὸ αἷμά μου, τὸ ὑπὲρ πολλῶν ἐκχυνόμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν· καὶ παρῆν ὁ Ἰούδας, τοῦ Χριστοῦ ταῦτα λέγοντος· τοῦτό ἐστι τὸ σῶμα, ὃ ἐπώλησας, Ἰούδα, τριάκοντα ἀργυρίων· τοῦτό ἐστι τὸ αἷμα, ὑπὲρ οὗ περὶ μικροῦ τὰ ἀναιδῆ σύμφωνα ἐποιοῦ πρὸς τοὺς ἀγνώμονας φαρισαίους....... πάρεστιν ὁ Χριστός, καὶ νῦν ἐκεῖνος ὁ τὴν τράπεζαν διακοσμήσας ἐκείνην, οὗτος καὶ ταύτην διακοσμεῖ νῦν· οὐδὲ γὰρ ἄνθρωπός ἐστιν ὁ ποιῶν τὰ προκείμενα γενέσθαι σῶμα καὶ αἷμα Χριστοῦ· ἀλλ' αὐτὸς ὁ σταυρωθεὶς ὑπὲρ ἡμῶν Χριστός· σχῆμα πληρῶν ἕστηκεν ὁ ἱερεὺς, τὰ ῥήματα φθεγγόμενος ἐκεῖνα· ἡ δὲ δύναμις, καὶ ἡ χάρις τοῦ θεοῦ ἐστι. τοῦτό μού ἐστι τὸ σῶμά, φησι. τοῦτο τὸ ῥῆμα μεταρρυθμίζει τὰ προκείμενα.

Arcudius legit: τοῦτο τὸ ῥῆμα τὰ προκείμενα μεταρρυθμίζει, & vertit: *Hoc verbum proposito in alium Rhytmum, seu formam conuertit*, hoc est transformat. Et alium locum Chrisostomi adducit ex homilia 82. in Matthæum, huic consonum.

Nos ministrorum locum tenemus, qui verò sanctificat ea, & transformat ipse (Christus) est.

Ἡμεῖς ὑπηρετῶν τάξιν ἐπέχομεν, ὁ δὲ ἁγιάζων αὐτὰ, καὶ μετασκευάζων αὐτός.

Theodorus Mopsuestiæ in catena Patrum Græca ad cap. 26. Matthæi, ex editione Petri Possini.

NON dixit: hoc est Symbolum corporis mei, & hoc Symbolum sanguinis mei: sed, hoc est corpus meum, & sanguis

ΟΥκ εἶπε, τοῦτο ἐστι τὸ σύμβολον τοῦ σώματός μου· καὶ τοῦτο τοῦ αἵματός μου· ἀλλὰ τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου, καὶ τὸ αἷμά μου. διδάσκων ἡμᾶς,

μῶς, μὴ πρὸς τὴν φύσιν ὁρᾷν τῶν προκειμένων· ἀλλὰ διὰ τῆς γινομένης εὐχαριστίας εἰς σάρκα, καὶ αἷμα μεταβάλλεσθαι.

guis meus, docens vos, non attendere naturam rei subiectæ, ac sensibus propositæ: ea enim per gratiarum actionem, & verba super eam pronunciata in carnem, & sanguinem mutata est.

Theodorus Heracleota, in eadem Tolosana Possini catena.

TOῦτό μου φησὶν, ἐστὶ τὸ σῶμα· καὶ τοῦτο τὸ αἷμα· ἵνα μὴ νομίσῃς τύπον εἶναι τὰ τοιαῦτα. ἀλλ᾽ ὅτι ὁ ἄρτος αὐτοῦ. ἐκείνου τὸ σῶμα τοῦ κυρίου, καὶ τὸ αἷμά ἐστι μεταποιούμενον εἰς σάρκα, καὶ αἷμα τοῦ κυρίου ἡμῶν ἀῤῥήτῳ ἐνεργείᾳ τοῦ ἁγίου πνεύματος.

HOC, inquit, est corpus meum, & hic est sanguis. Neque putes hæc figuram esse. Sed quod panis ille corpus Domini sit, & sanguis transmutatus in carnem, & sanguinem Domini nostri ineffabili Spiritus sancti operatione.

Proclus Archiepiscopus Constantinopolitanus, de traditione diuina Missa.

ΔIὰ τοιούτων τοίνυν εὐχῶν τὴν ἐπιφοίτησιν τοῦ ἁγίου πνεύματος προσεδόκων, ὅπως τῇ αὐτοῦ θείᾳ παρουσίᾳ τὸν προκείμενον εἰς ἱερουργίαν ἄρτον, καὶ οἶνον ὕδατι μεμιγμένον, αὐτὸ ἐκεῖνο τὸ σῶμα, καὶ αἷμα τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀποφήνῃ, τε καὶ ἀναδείξῃ.

PER has igitur preces Spiritus sancti aduentum expectabant, vt eius diuina præsentia propositum in sacrificium panem, & vinum aquæ permixtum, ipsum illud corpus, & sanguinem Seruatoris nostri Iesu Christi efficiat.

Germanus Patriarcha Constantinopolitanus, in theoria rerum Ecclesiasticarum.

KAὶ παρακαλεῖ πάλιν τελειῶσαι τὸ μυστήριον τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, καὶ γεννηθῆναι ἤτοι μεταποιηθῆναι αὐτὸν τὸν ἄρτον καὶ τὸν οἶνον εἰς σῶμα, καὶ αἷμα τοῦ Χριστοῦ, καὶ θεοῦ, καὶ πληρωθήσεται τὸ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε.

καὶ

ET rursus obsecrat, vt conficiatur mysterium filij eius, & fiat siue transmutetur ipse panis & vinum in corpus, & sanguinem Christi, & Dei, & impleatur hoc, ego hodie genui te. Vn-

de & sanctus Spiritus beneplacito Patris, & voluntate Filij inuisibiliter præsens submonstrat diuinam confessionem, & manu sacedotis obsignat, & transmutat, & conficit proposita sancta dona in corpus, & sanguinem Domini nostri Iesu Christi.

ὅθεν καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα τῇ εὐδοκίᾳ τοῦ πατρὸς, καὶ βουλήσει τοῦ υἱοῦ ἀοράτως παρὸν ὑποδεικνύει τὴν θείαν ἐνέργειαν, καὶ τῇ χειρὶ τοῦ ἱερέως ἐπισφραγίζει, καὶ μεταβάλλει καὶ τελειοῖ τὰ προκείμενα ἅγια δῶρα εἰς σῶμα, καὶ αἷμα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Ioannes Hierosolymitanus apud Leonem Allatium exercit in Reyghtonem pag. 447.

QVÆ verò admirandę sunt transmutationis, non sunt nostra, sed Dei

ΤΑ' δὲ τῆς θαυμαστῆς ἀλλοιώσεως, οὐχ ἡμέτερα, τοῦ θεοῦ δέ.

D. Ioannes Damascenus apud Michaelem Glycam epistola ad Ioannicium Monachum scribentem.

HInc Ioannes Damascenus, cap. de Immaculatis Christi mysterijs, ita sermocinatur. Non corpus, quod assumptum est de cœlo descendit, sed panis, & vinum in corpus, & sanguinem Dei transmutatur.

Ε'Νθέντοι καὶ ὁ Δαμασκηνὸς Ἰωάννης ἐν κεφαλαίῳ αὐτοῦ τῷ περὶ τῶν ἀχράντων τοῦ Χριστοῦ μυστηρίων, οὕτως εὕρηται λέγων, οὐ τὸ σῶμα τὸ ἀναληφθὲν ἐξ οὐρανοῦ κατέρχεται ἀλλ' ὁ ἄρτος, καὶ ὁ οἶνος εἰς σάρκα, καὶ αἷμα μεταποιοῦνται Θεοῦ.

Desumptus est hic locus ex lib. 4. Orthodoxæ fidei cap. 14. vbi idem Ioannes Damascenus.

Et nunc interrogans, quomodo panis fit corpus Christi, & vinum, & aqua sanguis Christi? Respondeo tibi & ego: spiritus Sanctus obumbrat, & hæc operatur super sermonem, & intelligentiam, panis autem, & vinum tran-

ΚΑὶ νῦν ἐρωτᾷς, πῶς ὁ ἄρτος γίνεται σῶμα Χριστοῦ; καὶ ὁ οἶνος καὶ τὸ ὕδωρ αἷμα Χριστοῦ; λέγω σοι κἀγώ· Πνεῦμα ἅγιον ἐπιφοιτᾷ, καὶ ταῦτα ποιεῖ τὰ ὑπὲρ λόγον, καὶ ἔννοιαν. ἄρτος δὲ καὶ οἶνος παραλαμβάνεται .... ἐπὶ ὥσπερ φυσικῶς ἐσθίειν τῆς βρῶ-

σεως ὁ ἄρτος, καὶ ὁ οἶνος, καὶ τὸ ὕδωρ διὰ τῆς πόσεως, εἰς σῶμα, καὶ αἷμα τοῦ ἐσθίοντος καὶ πίνοντος μεταβάλλονται, καὶ οὐ γίνονται ἕτερον σῶμα παρὰ τὸ πρότερον αὐτοῦ σῶμα. οὕτως ὁ τῆς προθέσεως ἄρτος, οἶνός τε, καὶ ὕδωρ διὰ τῆς ἐπικλήσεως καὶ ἐπιφοιτήσεως τοῦ ἁγίου πνεύματος ὑπερφυῶς μεταποιοῦνται εἰς τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ, καὶ τὸ αἷμα, καὶ οὐκ εἰσὶ δύο, ἀλλ' ἕν.

transſumuntur ..... Et infra. Quomodo naturaliter per commeſtionem panis, & uinum, & aqua per potionem in corpus, & ſanguinem commedentis, & bibentis transſmutatur, & non fit aliud corpus præter id, quod prius erat ipſius. Sic & propoſitionis panis, vinumque, & aqua per inuocationem, & aduentum Spiritus ſancti ſupernaturaliter tranſmutatur in corpus, & ſanguinem Chriſti, & non ſunt duo, ſed vnum, & idem.

Helias Metropolita Cretenſis in orationem 1. *D. Gregorij Nazianzeni.*

Θυσίαν τὴν διὰ τοῦ ἄρτου καὶ οἴνου λέγει, ἅπερ ἐπὶ τῆς ἱερᾶς τραπέζης προκείμενα διά τινος ἀρρήτου ἐνεργείας τοῦ πάντα ἰσχύοντος Θεοῦ, ἀληθῶς εἰς σῶμα, καὶ αἷμα Χριστοῦ μεταποιεῖται. ἵνα γὰρ μὴ ἀποναρκήσωμεν σάρκα τε καὶ αἷμα ἐν ἁγίαις τραπέζαις ἐκκλησιῶν προκείμενα βλέποντες, συγκαθιστάμενος ὁ Θεὸς ταῖς ἡμετέραις ἀσθενείαις, ἐνίησιν τοῖς προκειμένοις δύναμιν ζωοποιὸν, καὶ μεθίστησιν αὐτὰ εἰς ἐνέργειαν τῆς ἑαυτοῦ σαρκός. καὶ μὴ ἀμφίβαλλε, ὅτι τοῦτό ἐστιν ἀληθὲς, αὐτοῦ λέγοντος ἐναργῶς· τοῦτό μου ἐστὶ τὸ σῶμα, καὶ τοῦτό μου ἐστὶ τὸ αἷμα· δέχου δὲ μᾶλλον πίστει τοῦ σωτῆρος τὸν λόγον· ἀληθινὸς γὰρ ὢν, οὐ ψεύδεται.

Sacrificium quod per panem, & vinum peragitur intelligit, quæ quidem in ſacra menſa propoſita per ineffabilem quamdam omnipotentis Dei vim, & facultatem in Chriſti corpus, & ſanguinem verè commutatur. Etenim ne carnem, & ſanguinem in ſanctis Eccleſiarum menſis propoſita conſpicientes horrorem concipiamus, idcirco Deus ad infirmitatem noſtram ſe dimittens propoſitis rebus viuificam vim immittit, atque ad ea carnis ſuæ operationem transfert. Nec vero quin hoc verum ſit, vllo pacto ambigo, cum ipſe apertè dicat, hoc eſt corpus meum, & hic eſt ſanguis meus. Quin potius Saluatoris ſermonem fide accipe. Nam cum verus ſit, minimè mentitur.

Οὐκ Epi-

Epiphanius Diaconus in Concilio generali 7. actione 6. tomo tertio.

ERgo liquidò monstratum est, quod nusquam Dominus vel Apostoli, aut Patres imaginem dixerunt sacrificium sine sanguine, quod per sacerdotem offertur, sed ipsum corpus, & ipsum sanguinem. Et ante sanctificationis quidem celebrationem Typos quibusdam sanctorum Patrum hæc piè visum est nominare .... post sanctificationem autem corpus propriè, ac sanguis Christi dicuntur, sunt, & creduntur ..... Deinde dimisso mendacio tangunt pauxillum quid veritatem, diuinum corpus dicentes fieri.

ΟΥκοῦν σαφῶς ἀποδέδεικται, ὅτι οὐδαμοῦ, οὔτε ὁ κύριος, οὔτε οἱ ἀπόστολοι, ἢ πατέρες εἰκόνα εἶπον τὴν διὰ τοῦ ἱερέως προσφερομένην ἀναίμακτον θυσίαν, ἀλλὰ αὐτὸ σῶμα καὶ αὐτὸ αἷμα· καὶ πρὸ μὲν τοῦ ἁγιασμοῦ τελειώσεως, ἀντίτυπά τισι τῶν ἁγίων πατέρων εὐσεβῶς, ἔδοξεν ὀνομάζεσθαι ...... μετὰ δὲ τὸν ἁγιασμὸν σῶμα κυρίως, καὶ αἷμα Χριστοῦ λέγονται, καί εἰσι, καὶ πιστεύονται .... εἶτα ἀφέντες τὸ ψεῦδος, ἅπτονται μικρόν τι τῆς ἀληθείας, θεῖον σῶμα λέγοντες γίνεσθαι.

S. Theodorus Graptus libro de inculpata Christianorum fide in fragmento à Francisco Combefis edito in originum, rerumque Constantinopolitanarum manipulo.

NOS intemerata Christi mysteria, neque imaginem, neq; figuram corporis illius appellamus: & si illa signis, ac ænigmate peragantur; sed ipsum Christi corpus deitate affectum. Sic enim ait ipse, *quia nisi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis*. Hoc quoque discipulis tradebat dicens: *Accipite, & comedite corpus meum*; nequaquam figuram corporis mei. Quemadmodum

enim

ΗΜεῖς τὰ ἄχραντα τοῦ Χριστοῦ μυστήρια, οὐκ εἰκόνα, οὐ τύπον τοῦ σώματος ἐκείνου λέγομεν, εἰ καὶ συμβολικῶς ἐπιτελεῖται, ἀλλ' αὐτὸ τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ τεθεωμένον. αὐτοῦ γάρ ἐστιν ἡ φωνὴ λέγοντος, ὅτι ἐὰν μὴ φάγετε τὴν σάρκα τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ πίνετε αὐτοῦ τὸ αἷμα, οὐκ ἔχετε ζωὴν ἐν ἑαυτοῖς· τοῦτο καὶ τοῖς μαθηταῖς παρεδίδου, λάβετε, φάγετε τὸ σῶμά μου, λέγων. οὐχὶ τὴν εἰκόνα τοῦ σώματός μου. ὡς γὰρ ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου τὴν σάρκα διὰ τοῦ πνεύματος ἁγίου ἑαυτῷ ὑπεστήσατο· εἰ χρὴ

δὲ

δὲ καὶ ἐκ τῆς καθ' ἡμᾶς τοῦτο δηλῶσαι· ὥσπερ ὁ ἄρτος, καὶ ὁ οἶνος· καὶ τὸ ὕδωρ φυσικῶς εἰς σῶμα καὶ αἷμα τοῦ ἐσθίοντος, καὶ πίνοντος μεταλαμβάνεται· καὶ οὐκ ἂν εἴποιμεν ἕτερον σῶμα γίνεσθαι παρὰ τὸ πρότερον· οὕτω δὴ καὶ ταῦτα ὑπερφυῶς ἐπιφοιτήσει τοῦ ἁγίου πνεύματος, εἰς σῶμα, καὶ αἷμα τοῦ Χριστοῦ μεταβάλλεται. τοῦτο μὲν καὶ ἡ τοῦ ἱερέως αἴτησις ἔχει. καὶ οὐ δύο ταῦτα νοοῦμεν, ἀλλ' ἓν καὶ τὸ αὐτὸ πιστεύομεν γίνεσθαι.

enim ex Beata Virgine carnem ſibi per Spiritum ſanctum condidit (quod quidem ſi iuuat ex his declarare, licet, quæ in nobis vſu ipſo contingunt) ſicut panis, & vinum, & aqua, in eius, qui manducat & bibit, natura corpus, & ſanguinem tranſeunt; neque tamen aliud eſſe corpus, ac erat antea, dicamus; ſic ſanè ſacerdotis inuocatione, ac Spiritus ſancti acceſſu, hæc ipſa in corpus, & ſanguinem Chriſti conuertuntur. Hoc enim vnum habet ſacerdotis petitio: neque hæc, duo eſſe cogitamus; ſed vnum idemque fieri credimus.

Petrus Siculus oratione contra Manichæos, agens de præcepto offerendi ſacrificium.

ΤΟῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν. καὶ νῦν καὶ εἰσέτι τὸ αὐτὸ διαφυλάττεται πρόσταγμα τῇ τῆς θείων ὑπηρετῶν ἱερουργίᾳ τελειούμενον· ὁρατῶς μὲν τοῦ ἄρτου προκειμένου· ἀοράτως δὲ τοῦ παναγίου ἐπιφοιτοῦντος πνεύματος, καὶ τὰ προτιθέμενα ἁγιάζοντος· καὶ οὐκ ἀντίτυπα· ἀλλ' αὐτὸ τὸ πανάγιον σῶμα, καὶ τίμιον αἷμα τοῦ κυρίου καὶ Θεοῦ ἡμῶν ἀποτελοῦντος.

HOC facite in meam commemorationem. Et nunc, & futuro ſæculo hoc præceptum obſeruatur, & diuinorum miniſtrorum ſanctificatione perficitur, ſub aſpectu pane propoſito, inuiſibiliter verò ſanctiſſimo adueniente Spiritu, & propoſita ſanctificante, & non ſunt antitypa, ſed ipſum ſanctiſſimum corpus, & præcioſum ſanguinem Domini noſtri perficiente.

Nicephorus Patriarcha Conſtantinopolitanus in Antirrhetico aduerſum Iconoclaſtas.

ΗΜεῖς γὰρ οὔτε εἰκόνα, οὔτε τύπον τοῦ σώματος ἐκείνου ταῦτα λέγομεν, εἰ καὶ συμβολικῶς ἐπιτελεῖται· ἀλλ' αὐτὸ τὸ σῶμα τοῦ Χρι-

στοῦ

NOS neque imaginem, neque figuram iſtius corporis hæc dicimus, licet Symbolicè conficiantur, ſed ipſum Chriſti

cor-

corpus deificatum. Illius enim dicentis vox est, nisi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Hoc etiam discipulis exhibebat, accipite, manducate corpus meum, dicens, non imaginem corporis mei. Quemadmodum enim ex sacra Virgine carnem per Spiritum sanctum sibi ipsi substituit. Et si opus est, ex nostris quoque id exponere, quemadmodum panis, & vinum, & aqua naturaliter in corpus, & sanguinem edentis, & bibentis transmutantur, neque dicimus aliud corpus diuersum à primo fieri, ita & hæc supernaturaliter inuocatione sacrum facientes, & sancti Spiritus aduentu in corpus & sanguinem Christi transmutantur, namque hoc petitio sacerdotis continet.

τοῦ τεθεωμένου· αὐτοῦ γάρ ἐστιν ἡ φωνὴ λέγοντος, ὅτι ἐὰν μὴ φάγητε τὴν σάρκα τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ πίνητε αὐτοῦ τὸ αἷμα, οὐκ ἔχετε ζωὴν ἐν ἑαυτοῖς· τοῦτο καὶ τοῖς μαθηταῖς παρεδίδου, λάβετε, φάγετε τό σῶμά μου λέγων, οὐχὶ τὴν εἰκόνα τοῦ σώματός μου· ὡς γὰρ ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου τὴν σάρκα διὰ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου ἑαυτῷ ὑπεστήσατο· εἰ χρὴ δὲ καὶ ἐκ τῶν καθ' ἡμᾶς τοῦτο δηλῶσαι· ὥσπερ ὁ ἄρτος, καὶ ὁ οἶνος, καὶ τὸ ὕδωρ φυσικῶς εἰς σῶμα καὶ αἷμα τοῦ ἐσθίοντος καὶ πίνοντος μεταβάλλεται, καὶ οὐκ ἂν εἴποιμεν ἕτερον σῶμα γίνεσθαι παρὰ τὸ πρότερον, οὕτω δὴ καὶ ταῦτα ὑπερφυῶς ἐπικλήσει τοῦ ἱερεύοντος, ἐπιφοιτήσει τε τοῦ ἁγίου πνεύματος εἰς σῶμα καὶ αἷμα τοῦ Χριστοῦ μεταβάλλεται· τοῦτο γὰρ καὶ ἡ τοῦ ἱερέως αἴτησις ἔχει.



SEN-

SENSVS SCHISMATICAE GRAECORVM ECCLESIAE

PHOTIVS

PATRIARCHA CONSTANTINOPOLITANVS

Epiſtola ad Nicolaum Papam.

ΚΑὶ τὸ δι' αὐτῆς [λειτουργιῶν] ὢ τοῦ θαύματος, ὁ κοινὸς ἄρτος εἰς σῶμα Χριστοῦ μεταβάλλεται, καὶ ὁ κοινὸς οἶνος αἷμα χρηματίζει τοῦ λύτρον ἡμῖν ἐξ οἰκείας πλευρᾶς τοῦτο σὺν ὕδατι βλύσαντος.

ET quidem in illis [miſſis] ò miraculum! communis Panis in corpus Chriſti mutatur, & commune vinum ſanguis eius fit, quem in redemptionem pro nobis de proprio latere cum aqua effudit.

Theophilactus Bulgariæ Archiepiſcopus in caput 13. Matthæi.

ΕἸς γὰρ τὸ δεσποτικὸν σῶμα αὐτὸ ἐκεῖνο μεταβάλλονται θείᾳ χάριτι οἱ ἄρτοι.

PAnes enim in Dominicum corpus diuina gratia conuertuntur.

Et capite 6. in Ioannem.

Πρόσχες δὲ, ὅτι ὁ ἄρτος ὁ ἐν τοῖς μυστηρίοις ὑφ' ἡμῶν ἐσθιόμενος, οὐκ ἀντίτυπόν ἐστι τῆς τοῦ Κυρίου σαρκὸς ἀλλ' αὐτὴ ἡ τοῦ Κυρίου σάρξ. οὐ γὰρ εἶπεν, ὅτι ὁ ἄρτος ὃν ἐγὼ δώσω, ἀντίτυπόν ἐστι τῆς σαρκός μου, ἀλλ' ἡ σάρξ μου ἐστί. μεταποιεῖται γὰρ ἀπορρήτοις λόγοις ὁ ἄρτος οὗτος διὰ τῆς μυστικῆς εὐλογίας, καὶ ἐπιφοιτήσεως τοῦ ἁγίου πνεύματος εἰς σάρκα τοῦ κυρίου...... καὶ οὕτω ὁ ἄρτος εἰς σάρκα τοῦ κυρίου με-

ταβάλ-

Attende autem quod panis, qui à nobis in myſterijs manducatur; non eſt tantum figuratio quædam carnis Domini, ſed ipſa caro Domini. Non enim dixit: panis, quem ego dabo, figura eſt carnis: ſed caro mea eſt. Tranſmutatur enim arcanis verbis panis ille per myſticam benedictionem, & acceſſionem ſancti Spiritus in carnem Domini.......

Igitur, & nunc panis in carnem Domini mutatur? Et quomodo [inquit] non apparet nobis caro, sed panis? Vt non abhorreamus ab eius esu. Nam siquidem caro apparuisset, insuauiter affecti essemus erga communionem. Nunc autem condescendente Domino nostræ infirmitati, talis apparet nobis mysticus cibus, qualibus alioqui assueti sumus.

ταβάλλεται. καὶ πῶς, φησὶν, οὐχὶ καὶ σάρξ φαίνεται ἡμῖν, ἀλλ' ἄρτος; διὰ τὸ μὴ ἡμᾶς ἀηδισθῆ πρὸς τὴν βρῶσιν. εἰ μὲν γὰρ σάρξ ἐφαίνετο, ἀηδῶς ἂν διεκείμεθα πρὸς τὴν μετάληψιν, νῦν δὲ τῇ ἡμετέρᾳ ἀσθενείᾳ συγκαταβαίνοντος τοῦ κυρίου τοιαύτη φαίνεται ἡμῖν ἡ μυστικὴ βρῶσις, οἷα ἐστὶν ἡ συνήθης ἡμῖν.

Petrus Patriarcha Antiochenus epistola ad Dominicum Gradensem edita per Cotelerium.

PAnis verò per antefermentum perfectus, qui ex consecratione commutatur in immaculatum corpus Domini, & Saluatoris nostri Iesu Christi ..... Viuens verò sanctus Spiritus mansit in Deificata carne illius; quam fideles commedentes in eo pane, qui per Spiritum sanctum mutatus est in carnem Christi, viuimus in eo, vt qui viuentem, ac Deificatam carnem manducemus.

ΟΔὲ διὰ τῆς ἁγιστείας μεταποιούμενος εἰς τὸ ἄχραντον σῶμα τοῦ κυρίου καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ...., τὸ δὲ ζῶν ἅγιον πνεῦμα, ἔμεινεν ἐν τῇ τεθεωμένῃ σαρκὶ αὐτοῦ· ἣν ἐσθίοντες οἱ πιστοὶ ἐν τῷ μεταβαλλομένῳ ἄρτῳ διὰ πνεύματος ἁγίου εἰς σάρκα Χριστοῦ, ζῶμεν ἐν αὐτῷ, ὡς ζῶσαν, καὶ τεθεωμένην σάρκα ἐσθίοντες.

Theodorus Antiodorum Episcopus in expositione missæ hactenus inedita.

OStendit sacerdos sancta dicens. Fac quidem hunc panem ipsum prætiosum corpus Domini, & Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi; quod verò in calice est, ipsum prætiosum sanguinem tuum transformata Spiritu sancto tuo. Quæ verò cognoscimus, & credimus immutari, vt inuocatio continet.

ΑΝαδείκνυσιν ἀρχιερεὺς τὰ ἅγια λέγων· ποίησον τὸν μὲν ἄρτον τοῦτον αὐτὸ τὸ τίμιον σῶμα τοῦ κυρίου, καὶ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τὸ δὲ ἐν τῷ ποτηρίῳ αὐτὸ τὸ τίμιον αἷμα, μεταβαλὼν τῷ πνεύματί σου τῷ ἁγίῳ, ἃ δὴ καὶ γινώσκομεν καὶ πιστεύομεν οὕτω μεταποιεῖσθαι ὡς ἡ ἐπίκλησις ἔχει.

Ioan- τὰ

Ioannes Patriarcha Hierosolymitanus de Azymis.

ΤΑ' τι οὖν εἰς βίου βελτίωσιν πολλῷ κρείττω τῶν σπουδαζομένων τοῖς ἔθνεσιν, ὥσπερ καὶ εἰς θυσίαν πολλῷ κάλλιονα καὶ ἐξαίρετα, ἄρτος, καὶ οἶνος εἰς σῶμα, καὶ αἷμα μεταποιούμενα τοῦ Χριστοῦ, καὶ ἀνάμνησιν φέροντα τοῦ φρικωδεστάτου θύματος τοῦ τὴν κοσμικὴν ἐξαλείψαντος ἁμαρτίαν.

QVÆ itaque in vita correctionem meliorem faciunt, multo aliarum gentium præstantiora sunt, quemadmodum, & sacrificia multo præstabiliora, atque excellentiora, panis, & vinum, quæ in corpus, & sanguinem Christi transformantur, & commemorationem inferunt tremendissimæ, veræque victimæ mundanas abolentis iniquitates.

Michael Psellus in breui expositione diuina Liturgia ex M. S. Cod. Bibl. S. Andreæ de vrbe.

ΤΡίτον δ' ἄρτον σὺν ὕδατι, καὶ οἴνῳ κεκραμένον.
Καθάπερ περιλάβομεν ἐκ πλευρᾶς τοῦ ἁγίου.
Καὶ Μάρκος ὡς ἐδήλωσε αὐτοῦ τῇ λειτουργίᾳ,
Καὶ πρότερον Ἰάκωβος ἀδελφὸς τοῦ κυρίου, ὅπερ πάντως καὶ γίνεται τὸ σῶμα τοῦ κυρίου, καὶ πάντως γίνεται σαφῶς τούτων ἤδη παρόντων.
Καὶ γὰρ ἐστὶ δι' ἐντεύξεως, ὡς ὁ παῦλος διδάσκει,
Καὶ τῆς ἐπιφοιτήσεως τοῦ πνεύματος ἁγίου.
Ξένως μεταποιοῦνται εἰς σῶμα τοῦ κυρίου.

TErtio panem aquæ, & vino mixtum.
Prout ex sancto latere accepimus.
Veluti Marcus in sua liturgia declarauit,
Et ante eum Iacobus frater Domini, omninò fieri corpus Domini. Et planè, ac sine dubio fieri, quum hæc omnia adsunt.
Etenim per orationem, vt docet Paulus,
Ac aduentum Spiritus sancti.
Miro transformatur in corpus Domini.

Michael Chroniata in forma conuersionis turcæ:

ET panem, ac vinum mysticè sacrificatum, quem in sacris officijs Christiani participant, credo, & confiteor esse corpus, & sanguinem verè Domini nostri Iesu Christi mutatione facta panis, & vini in corpus, & sanguinem.

Καὶ τὸν παρὰ τῶν χριστιανῶν μυστικῶς ἱερουργούμενον ἄρτον καὶ οἶνον, ὃν ἐν ταῖς θείαις τελεταῖς μεταλαμβάνουσι, πείθομαι καὶ ὁμολογῶ, καὶ πιστεύω σῶμα, καὶ κατ᾽ ἀλήθειαν εἶναι τοῦ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ μεταβαλλόμενα τῇ ἐκείνου θεϊκῇ δυνάμει.

Niceta Presbyter studita tractatu de Zeo, ex M.S. cod Bibliotheca Palatina.

CVM sanguis, & aqua ex latere illius effluxit, per lanceam illius carne compuncta, viuens vero Spiritus sanctus, in Deificata carne permansit, quam nos commedentes, in iam transmutato pane per Spiritum sanctum in carnem Christi, in ipso viuimus tanquam viuam, & Deificatam carnem comedimus.

Ὁπηνίκα τὸ αἷμα, καὶ τὸ ὕδωρ ἐκ τῆς πλευρᾶς αὐτοῦ ἐρρύησαν, λόγχῃ νυγείσης αὐτοῦ τῆς σαρκός, τὸ δὲ ζῶν ἅγιον πνεῦμα ἔμεινεν ἐν τῇ τεθεωμένῃ σαρκὶ αὐτοῦ, ἣν ἐσθίοντες ἡμεῖς ἐν τῷ μεταβαλλομένῳ ἄρτῳ διὰ πνεύματος ἁγίου εἰς σάρκα Χριστοῦ ζῶμεν ἐν αὐτῷ, ὡς ζῶσαν καὶ τεθεωμένην σάρκα ἐσθίοντες.

Michael Glycas epistola ad Ioannicium Monachum.

HInc Ioannes Damascenus, cap. de immaculatis Christi mysterijs, ita sermocinatur. Non corpus, quod assumptum est de cœlo descendit sed panis, & & vinum in corpus, & sanguinem Dei commutatur.

Ἐνθένδε καὶ ὁ Δαμασκηνὸς Ἰωάννης ἐν κεφαλαίῳ αὐτοῦ περὶ τῶν ἀχράντων τοῦ Χριστοῦ μυστηρίων οὕτως εὕρηται λέγων, οὐ τὸ σῶμα τὸ ἀναληφθὲν ἐξ οὐρανοῦ κατέρχεται, ἀλλ᾽ ὁ ἄρτος καὶ ὁ οἶνος εἰς σάρκα καὶ αἷμα μεταποιοῦνται Θεοῦ.

Gre- Av-

Gregorius Pachymeres de Hierarchia Ecclesiastica, Paraphrasi in caput 3. Dionysij Areopagitæ.

ΑΥτὸς δὲ ὁ ἱεράρχης πρὸς ἐκεῖνα τὰ πρωτότυπα, αὐτὸ τὸ τοῦ κυρίου τίμιον σῶμα καὶ αἷμα ἀνάγεται, πιστεύων, ὅτι καὶ τὰ προκείμενα εἰς ἐκεῖνα μετεβλήθησαν τῷ ἁγίῳ καὶ παντουργῷ πνεύματι.

IPse tamen Hierarcha ad ipsamet prototypa, sacrum videlicet corpus, & sanguinem Domini, adducitur, credens, res propositas in illa sancto, ac omnifico Spiritu mutata esse.

Samonas, Gaza dialogo cum Aymete.

ΕΙ γὰρ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος τὸν κόσμον πεποίηκεν, καὶ ὁ αὐτοῦ λόγος ἀληθής ἐστι, καὶ ζῶν, οὐ δύναται τὸν ἄρτον εἰς τὸ ἴδιον αὐτοῦ σῶμα μεταποιῆσαι, καὶ τὴν τοῦ οἴνου καὶ ὕδατος κρᾶσιν εἰς τὸ ἴδιον αἷμα ..... ὁ ἱερουργούμενος ἄρτος εἰς τὸ ἀληθὲς τοῦ Χριστοῦ σῶμα μεταβαλλόμενος δυνάμει θείᾳ.

SI enim ex non existente mundum facit, & eius verbum verum est, & viuens, non potest panem in proprium corpus transformare, & vinum aqua mixtum in sanguinem ..... panis sacrificatus in verum Christi corpus mutatur diuina virtute.

Nicolaus Cabasila de liturgia capite primo:

ΤΗς ἁγίας τελετῆς τῶν ἱερῶν μυστηρίων ἔργον μὲν ἡ τῶν δώρων εἰς τὸ θεῖον σῶμα καὶ αἷμα μεταβολὴ ..... ὅτι τὰ τίμια ταῦτα δῶρα εἰς αὐτὸ τὸ κυριακὸν μεταβάλλει σῶμα.

SAcræ initiationis sacrorum mysteriorum ritus opus est, munerum in diuinum corpus, & sanguinem immutatio ..... Hæc munera in ipsum Dominicum corpus immutat.

Seterichus Panteugenus, dialogo de suo dogmate.

ΠΡοσφέρει δὲ καὶ νῦν, τοὺς δι' αὐτοῦ σωζομένους, προσφέρεται δὲ διὰ τοῦ εἰς τὸ αὐτοῦ ζωοποιὸν καὶ σωτήριον σῶμα καὶ αἷμα, μεταβαλλομένης ὑπερφυοῦς θυσίας.

OFfert vero, & nunc eos, qui per ipsum saluantur, Offertur autem per sacrificium, quod supra vires humanæ naturæ in illius viuificum, & salutare corpus, & sanguinem immutatur.

Matthæus Hieromonachus tractatu de Azymis.

ET hoc proprium corpus esse dicitur. Transmutatur enim re vera ineffabili quadam, & diuina virtute in ipsum Domini corpus, licet nobis imbecillitati obnoxijs adhuc panis videatur. Neque enim crudis carnibus, & sanguine cruentatis vesci sustineremus.

ΚΑὶ τοῦτο τὸ οἰκεῖον εἶναι σῶμα εἰπεῖν· μεταποιεῖται γὰρ ἀτεχνῶς ἀῤῥήτῳ δή τινι, καὶ θείᾳ δυνάμει εἰς αὐτὸ τὸ τοῦ κυρίου σῶμα, εἰ καὶ ἡμῖν ἀσθενείᾳ δήπου περικειμένοις ὡς ἄρτος ἔτι καθορᾶται· οὐ γὰρ ἂν ἠνεσχόμεθα σαρκῶν ὠμῶν ἀπτεσθαι, ἔτι φοινισσομένων τῷ αἵματι.

Marcus Ephesinus in commentario de corpore, & sanguine Christi.

PRecantur deinde, & sancti Spiritus gratiam inuocant, vt ipsa veniens ea, quæ nunc dicta sunt, ad ea, quæ nunc fiunt, accommodet, & proposita dona perficiat, & immutet in corpus, & sanguinem Dominicum.

ἘΠεύχονται δὲ ὕστερον, καὶ τὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐπικαλοῦνται χάριν, ὥστε αὐτὴν ἐλθοῦσαν τὰ εἰρημένα τότε τοῖς νῦν ἐφαρμόσαι, καὶ τὰ προκείμενα τελειῶσαι, καὶ πρὸς τὸ δεσποτικὸν σῶμα καὶ αἷμα μεταποιῆσαι.



DIS-

DISSERTATIONES

DE ILLIS,

QVÆ TAMQVAM ABVSVS

ROMANAE ECCLESIAE

A

LVTHERANIS

OPPONVNTVR.

DISSERTATIO I.

DE

INDVLGENTIIS.

Dissert. 2. *De Communione sub vnica specie.*

Dissert. 3. *De Coniugio Sacerdotum.*

Dissert. 4. *De Missa priuata.*

Dissert. 5. *De delectu Ciborum.*

Dissert. 6. *De Monachatu.*



DISSERTATIONES
DE
ILLIS
QVÆ TANQVAM ABVSVS A LVTHERANIS ECCLESIÆ ROMANÆ OPPONVNTVR.



CVM præcipua Lutheranorum dogmata habeantur in professione fidei, quam ipsi anno 1530. in conuentu Augustano Imperatori Carolo Quinto obtulerunt, & ad Orientalem Ecclesiam transmiserunt, non abs re fecisse videbimur, si puncta præcipuè controuersa specialiter attingamus, & quæ difficiliora quondam visa fuerint, ex omni antiquitate elucidemus. Refert Cardinalis Palauicinus libro 3. capite 1. ex ipsis hæreticis Sleidano, Georgio Cælestino, alijsque eorum scriptoribus, quæ in comitijs Augustanis contigerunt, sed & oculatus testis inter Catholicos Cochleus eadem narrat in actis, & scriptis Lutheri ad annum 1530. Vbi post exhibitam à Lutheranis Confessionem Augustanam scribit, delectos fuisse ex omni ordine, & statu Imperij septemdecim, qui cum aduersarijs de articulis controuersis agerent. Cumque frustra & in vanum actum fuisset, id consilij datum esse: „ Vt ex vtraque parte in pari, attamen paruo „ numero, quædam personæ, „ quæ & rem intelligerent, & „ ad pacem concordiamque in- „ clinatæ essent, deligerentur: „ vt super contentiosis articulis „ inter se inuicem benignè, & „ amicè tractarent, si quo mo- „ do possint concordiam inue- „ nire. Vnde factum est, vt minor delectus ex vtraque parte fa-

Cochleus

ctus sit. Catholici sanè delegerunt septem dumtaxat personas, nempe duos principes, duos Iurisconsultos, & tres Theologos. vtpotè Episcopum Augustensem Christophorum, Ducem Brunsuicensem Henricum (& post eius discessum iussu Cæsaris Ducem Saxoniæ Georgium) Cancellarium Archiepiscopi Coloniensis, Cancellarium Marchionis Badensis, Dominum Ioannem Eckium, D. Ioannem Vimpinam, & *D. Ioannem Cochleum*. Atqui hic vltimus est, quem testem actorum de ijs, quæ inter septem Catholicos, & totidem ex Lutheranis delectos de Confessione Augustana vtrimque dicta sunt, adscrimus.

,, Isti ergo, inquit Cochleus, ,, sic delecti die xvi. Augusti peracto prandio, conuenerunt in ,, Exedera quadam Prætorij, vbi ,, præmissis varijs prœmijs, & ,, consultationibus, vbi confessum fuit, proposita est Lutheranorum confessio, vt illa examinaretur articulatim. In primo igitur consessu illo, concordauerunt mutuis, ac benignis verborum interpretationibus in xi. articulis, considentes vsque in extremam vesperam: altero die iterum consederunt, & ante, & post ,, prandium. Vnde factum est, ,, vt circa xxi. articulos illius ,, confessionis, quæ ad fidem ,, pertinent concordarint in xv. ,, in tribus ex parte discordia ,, mansit, & tres ad posteriorem ,, confessionis partem remissi ,, sunt. Cæterum circa septem ,, articulos, quos de abusibus inscripserant, durius diutiusque ,, laboratum est: neque in vllo ,, ad plenum concordia reperta ,, est, quamuis strenuè ab vtraque parte inuigilatum fuerit. Hæc Cochleus, qui licet referat, postea tres delectos fuisse ex Catholicis, & totidem ex Lutheranis, fatetur tamen, *quod attentauerint quidem illi rem aliquot vicibus, nihil tamen efficere potuerint*. Ex quibus omnibus manifestum fit, maiorem difficultatem fuisse circa abusus, quos Lutherani prætendebant irrepsisse in Romanam Ecclesiam, quos & ideo Theologi Wittebergenses ad Orientalem Ecclesiam schismate à Romana diuisam transmiserunt, quod inter abusus illas complures ab Orientalibus comprobari existimarent.

Abusus illos septem enumerant, quorum tituli erant: *De communione sub vtraque specie, de coniugio sacerdotum, de missa priuata, de confessione, de discrimine ciborum, de votis monachorum, de potestate Ecclesiastica*. Inter hos autem abusus cum duo sint nimirum de Confessione, & potestate Ecclesiastica, de quorum primo fusè egimus in opere illo, quod de sacro Antiocheno Concilio edidimus, & de quorum secundo partim egimus supra, vlteriori tractatu de illis hic præter-

termisso, substituemus eorum loco dissertationem de Indulgentijs, à quibus hæresim suam inchoasse voluit Lutherus; agemus post hęc de abusibus secundo nimirum loco de communione sub vtraque specie, tertio de coniugio sacerdotum, quartò de missa priuata, quinto de discrimine ciborum, sexto demum de votis Monachorum. Et cum in his maiorem vim fecerint Lutherani, in his quoque veritatem Catholicam magis resplendere, ex omni antiquitate ostendemus.

DISSERTATIO I.

De Indulgentijs.

CVM inter cæteras ad Religionem Catholicam spectantes quæstiones nulla esset, quæ aut minus elucidata, aut pluribus difficultatibus obnoxia videretur, quam quæ de Indulgentijs mota fuerat à Waldensibus, Flagellantibus Wiclephistis, & Bohemis hæreticis, ab ea quoque controuersia errores suos inchoauit Lutherus, quod putaret hanc esse infirmiorem Religionis Catholicæ partem, quam omnis semper hæreticus oppugnare consueuit. Quod hoc quoque punctum à Tridentino Concilio breuioribus verbis propositum fuisset, Lutheri sequaces ad Concilio resistendum præcipuè impulit, vt tradit, qui sub nomine Catholico hæreseos venenum fouit Paulus suauis disertè affirmans in historia Tridentini Concilij. (Polanus in hist. Trident.) De indulgentijs plus erat, quam de cæteris omnibus sermonem ,, illas enim occasionem dedisse ,, ei, quæ nunc viget inter Christianos scissuræ: illarum gratia Concilium præcipuè congregatum: nullum in hoc argumento partem esse non controuersam, & incertam, etiam apud ipsos scholasticos, & tamen synodum sicco pede illud transijsse, de dubijs, & controuersis ne verbo quidem dicto, aut vlla facta declaratione. Hanc à Germanis motam difficultatem, etiam in Concilio ipso propositam fuisse testis est Palauicinus libro 24. hist. Conc. Trid. capite 8. vbi enarrat instante Concilij fine desideratum fuisse ab omnibus decretum de Indulgentijs, præterquam à primo sedis Apostolicæ legato Morono, (Palauicinus.) *qui author erat, vt omitteretur, aut veritus*, inquit, *ne contentioni, adeoque dilationi daretur ansa, aut ratus vt dicebat, honestius fore silentium, quam ieiunam illius tractationem*. Cæterum præualuit, eodem Palauicino teste, iudicium com-

mune, & decretum editum est, quo decernitur potestatem conferendi indulgentias à Christo Ecclesiæ concessam, illiusque vsum ex traditione haberi, *in his tamen concedendis moderationem iuxta veterem, & probatam in Ecclesia consuetudinem adhiberi debere*. Atque hæc vltima verba sunt, quæ Suauis à Germanis ponderenata fuisse, scribit. Nam cer-

Moronus Card.

,, tum esse, neque dissimulari
,, posse in Ecclesia Orientali cu-
,, iuscumque nationisChristianę,
,, neque antiquis temporibus,ne-
,, que vltimis, vllum vsum fuis-
,, se indulgentiarum cuiuscum-
,, que generis, & in Occidenta-
,, li, si nomine veteris consuetu-
,, dinis intelligenda sit illa, quæ
,, obseruata ante Vrbanum se-
,, cundum, vsque ad annum
,, 1095. nullas, quod quisquam
,, sciat, aut fidem facere possit,
,, indulgentias in vsu fuisse. Ab
,, illo tempore vsque ad annum
,, 1300. earum aliquem vsum
,, apparere, sed infrequentem,
,, & dumtaxat pro liberatione à
,, pœnis per confessionem impo-
,, sitis: ab illo tempore varios
,, abusus inueterasse. Hæc ex

hæreticorum ore, & calamo fautor Polanus, cuius contra Indulgentiarum vsum, & institutum tentamina iam dudum orbi obtrusa erant per Ioannem Wesselum Frisonem Groningensem, & Doctorem Parisinum: scripserat enim hic de thesauro Ecclesiæ, eiusque participatione, & dispensatione enumeratos per Abbatis Vspergensis supplementum libros, & in ijs varia affirmarat de Indulgentijs: illarum dicebat nullam esse memoriam in scripturis, nullam in sancto Hieronymo, Ambrosio, Augustino, aut alijs Patribus mentionem fieri: omnes sancto Thoma Aquinitate, & Alberto magno Antiquiores scholasticos, *ab hac noua indulgentiarum assertione discessisse, asserentes nihil esse aliud, nisi piam fraudem, & dolum non malum, quo plebs officioso errore trahatur ad pietatem*. Adiungit testimonium D. Antonini, de quo: *Studiosissimus ille Chronographus, Antoninus planè confitetur, se nondum inuenisse, quando indulgentiæ habuerint initium*. Atqui ex his alijsque fundamentis errores suos deducere conatus erat Lutherus, qui palam gloriatur in primo tomo suorum operum, se in Germania primo hoc saxum mouisse: *Quod*, inquit, *nullus antea, neque Episcopus, neque Theologus ausus esset attingere*. Ab his autem cum Lutherus errores suos incœpisse visus est, ordiamur, & nos ab indulgentiarum materia, vt dum ostendero infirmiorem Religionis Catholicæ partem, omni hæreticorum conatui esse superiorem, fidei veritas inconcussa maneat, & incorrupta appareat, contra quam omnes nouatorum artes euanescunt, viresque deficiunt.

Luth. præf. tomo 1.

CA-

CAPVT PRIMVM.

De potestate concedendi Indulgentias, earumque vsu Apostolorum temporibus.

QVod sacrosancta Tridentina Synodus breuoribus verbis exposuit: potestatem nimirum conferendi Indulgentias à Christo Ecclesiæ concessam esse, atque huiusmodi potestate diuinitus sibi tradita antiquissimis etiam temporibus vsam fuisse, id ipsum veritati inniti ex Scriptoris ipsis, & antiquorum testimonijs, comprobari potest: antequam vero id ipsum aggrediamur, pauca dicenda sunt de ipsa Indulgentiarum notitia, quam etiam ex Imperatorum decretis haurire licebit, enimuero, cum Imperatores quidquam de tributis remittebant, hanc debiti remissionem indulgentiam vocare consueuerant, vt etiamnum patet ex antiquis numismatibus pro Africa ab Antonino Pio, & Seuero Augustis hunc in finem editis, quorum hæc est inscriptis, *Indulgentia Augusta*: eodem modo dum remittebant alicui pœnas pro grauioribus delictis debitas, remissiones illæ vocabantur Indulgentiæ, vt videre licet in codice Theodosiano libro 9. titulo 39. de Indulgentijs. Et in hoc sensu est, quod indulgentiæ dicuntur in Ecclesia, quæ dum remittit pœnam temporalem pro actuali peccato debitam, aut partem saltem istius, idque extra sacramentum per thesauri Ecclesiastici dispensotionem, indulgentiam concedere perhibetur.

Supponit Indulgentiæ definitio aliud esse culpam, qua Deus offenditur, aliud esse pœnam, quæ pro peccato debetur, vnumque sine alio remitti posse in hoc sæculo, adeo vt data absolutione à culpa, maneat soluenda pœna temporanea, quam Iustitia Diuina exigit in satisfactionem, vt non modo centena sacræ Scripturæ loca clamant in veteri testamento, sed & Christus, & Apostoli docuerunt in nouo, & vel ex solo pœnitentiarum vsu adeò perspicuum semper reddidit Ecclesia, vt contra torrentem eum ire necesse sit, qui veritati huic resistit. Supponit secundo Indulgentiarum definitio esse in Ecclesia thesaurum meritorum Christi, & sanctorum, quæ spectat ad superiorum dispensationem, sicuti ærarij dispensatio spectat ad principes regni, aut Reipublicæ optimates. Enimuero sicut in Republica, aut regno est ærarium commune, in quo reponuntur opes

Re-

Reipublicæ, aut regni ex ſubditorum tributis, & regijs prouentibus conflatæ in vſum publicum etiam ad mercedem bonorum, ita & Eccleſia habet theſaurum ex meritis Chriſti, Beatæ Mariæ Virginis, & ſanctorum omnium conflatum tamquam ærarium publicum, ex quo diſpenſat filijs ſuis Indulgentias, quarum diſpenſandi poteſtatem ſibi à Chriſto relictam ſemper exiſtimauit.

Id autem licet hæretici in Scriptura minimè reperiri dicant, ex hiſce tamen verbis Chriſti Matth. 16. collegit Eccleſia: *Tibi dabo claues regni cœlorum, & quodque ligaueris ſuper terram, erit ligatum, & in cœlis, & quodcumque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum, & in cœlis.* Similia omnibus Apoſtolis à Chriſto conceſſa fuiſſe, habes ex Matth. capite 18. & ex Ioannis 20., ex quibus prior locus Matthæi, vbi Chriſtus Petro poteſtatem ſui vicariam promittit, inſtituto noſtro præcipuè fauere videtur, vtpotè in quo notanda eſt verborum generalitas; *quodcumque*: per quod verbum omnis exceptio prohibetur, & intelligitur verum eſſe, quod Leo Magnus olim poſteritati conſecrauit. Petrum nimirum eſſe, cui, quæ Chriſto authoritate erant propria, participatione facta ſunt communia. erat autem in poteſtate Chriſti abſoluere à culpa; & remittere de pœna, vt non modo remiſiſſe creditur, & mulieri peccatrici, & fœminæ adulteræ; ſed & bono latroni in cruce pendenti, cui agnoſcentis delicta ſua Chriſtus pœnam omnem cum peccatis remiſit dicens, *bodiè mecum eris in paradiſo*. Nolo quidem hic diſputare, an hæc veri nominis indulgentia nuncupanda ſit, cum hæc remiſſio fuerit de peccatis ante baptiſmum commiſſis, ſed quod pœnitenti latroni indulſit latroni indulſit Chriſtus, etiam pœnitentibus poſt baptiſmum fidelibus indulgeri poſſe in Eccleſia, facto ſuo comprobauit gentium Doctor Paulus Apoſtolus.

Hic cum apud Corinthios excommunicaſſet inceſtuoſum illũ, cuius meminit prima ad Corinthios epiſtola: *Tradidi ſatanæ in interitum carnis*. Addit Paulus, ne commiſcerentur fornicarijs, neque cum huiuſmodi cibum ſumerent, ſed Deo iudicium relinquerent. Ex quibus apparet, hunc inceſtuoſum corinthium pro tota vita à communione fuiſſe excluſum, rectèque ſcripſiſſe S. Ioannem Chryſoſtomum homilia 4. ſuper 2. ad chorint. epiſtolam, καὶ ὥσπερ ἐκεῖνον ἐκέλευεν ἀποτμεῖν, οὔτε ἀφῆκεν αὐτοὺς γενέσθαι κυρίους χαρίσασθαι. *Et ſicut cum illum amputari iubebat, nec ei indulgendi arbitrium ipſis* (Chorintios ſcilicet) *permiſit*. Quo loquendi modo ſanctus Ioannes Chryſoſtomus Indulgentiam in Pauli poteſtate fuiſſe inſinuat, id quod de inceſtuoſo, Paulus ipſe affirmat: nam in ſecunda ad Chorinthios epiſto- D. Chryſoſtomus.

al

2. Chor. cap. 2. la cap. 2. de eodem in communione recipiendo hæc habet: *Sufficit illi, qui eiusmodi est, obiurgatio hæc, quæ fit à pluribus, ita vt è contrario magis donetis, & consolemini, ne forte abundantiori tristitia absorbeatur, qui eiusmodi est. Propter quod obsecro vos, vt confirmetis in illum charitatem: cui autem aliquid donastis, & ego: nam & ego, quod donaui, propter vos, in persona Christi, vt non circumueniamur à satana.* Quod Apostolus restantem pœnitentiæ partem huic incestuoso Corinthio remiserit verba eius adeo clare demonstrant, vt ex illis exemplum pro indulgentijs desumpserit sanctus Cyrillus Patriarcha Alexandrinus, qui libro 12. in Ioannem ad illa verba, *quorum remiseritis peccata*, docet duobus modis remissionem concedi in Ecclesia, per baptismum, & pœnitentiam, & de vltima. ἐπιτιμῶντες μὲν ἁμαρτάνουσι τοῖς τῆς ἐκκλησίας τέκνοις, μετανοοῦσι δὲ συγγινώσκοντες καθάπερ ἀμέλει καὶ Παῦλος τὸν ἐν Κορίνθῳ πορνεύσαντα παρεδίδου μὲν εἰς ὄλεθρον τῆς σαρκός, ἵνα τὸ πνεῦμα σωθῇ· προσίετο δὲ αὖθις, ἵνα μὴ τῇ περισσοτέρᾳ λύπῃ καταποθῇ. *Ecclesiæ filios peccantes quidem increpant, pœnitentibus atem indulgent. Sicut Paulus olim fornicantem apud Corinthios, in perniciem carnis tradebat, vt spiritus eius saluaretur: recepitque rursus ne maiore submergeretur dolore.* Cyrillo Ægyptiacæ diœceseos Patriarchæ adiungo D. Ioannem Chrysostomum ex Antiocheno Præsbytero regiæ vrbis Episcopum, & Doctorem Græcorum præstantissimum, qui in commentario ad laudata Pauli verba, asserit, ab Apostolo ostendi, incestuosum illum, ὅτι οὐ τοσοῦτον ἀπὸ τῆς μετανοίας, ὅσον ἀπὸ τῆς δωρεᾶς λαμβάνει τὴν ἄφεσιν· διό, φησί, χαρίσασθε, καὶ παρακαλέσαι· καὶ τὸ ἑξῆς πάλιν τὸ αὐτὸ δηλοῖ· οὐ γάρ, ἐπειδὴ ἄξιός ἐστιν, οὐδέ, ἐπειδὴ ἀρκοῦσαν μετάνοιαν ἐπεδείξατο, ἀλλ' ἐπειδὴ ἀσθενής ἐστι, διὰ τοῦτό φησιν. Chrysostom. *Non tam pœnitentiæ opera, quam gratia, & beneficio veniam consequi. Ob id ait: Donetis; & consolemini, & quod sequitur, idem declarat. Non enim, inquit, quod id promereatur, nec quod eam, quam par est, pœnitentiam præstiterit, sed quia infirmus est, ideo hoc peto.* Quid ad hæc Chrysostomi verba responderi possit, haud video, quod enim de pœnitentia restante incestuoso Paulus indulserit, pro indubitato habet Chrysostomus: & ne quisquam cum Luthero somniet, Indulgentiam hanc spectare ad solam huius sæculi pœnitentiam ab Ecclesia impositam, duobus Orientalis Ecclesiæ Patribus, Occidentalis Ecclesiæ Doctorem adiungo, eumque præstantissimum D. nimirum Ambrosium Mediolanensem Archiepiscopum in capite 2. ad Corinth. Ambrosius. ad illa verba: *Nam & ego si quid donaui propter vos donaui*

in persona Christi. Ad quæ commentatur: *Et vt ratum ei cui donauit, ostenderet apud Deum, ait in persona Christi se donasse, quod donauit, hoc est accepto tulisse Christum, cuius legatione fungebatur, vt factum Apostoli, factum sit Christi, sicut dixit: quæcumque solueritis super terram, erunt soluta & in cælo*. Quid præclarius, quid in rem nostram expressius? hæc retulisse, Lutheri commenta refutasse est.

CAPVT SECVNDVM.

De Indulgentiarum vsu ab Apostolorum tempore, vsque ad initium sæculi quarti per libellos pacis à Confessoribus dari solitos.

QVod extra Apostolorum temporibus Neronis persecutio nobis dederit confessores, & extorres, qui varia pro fide possi, martyres vocabantur, clamant omnia antiquorum testimonia: erant tunc plures, qui vel ad necem seruati custodiebantur in carcere, vel ad metalla damnati versabantur in longè dissita regione, & cum sub varijs tyrannorum persecutionibus orbis Catholicus repleretur huiusmodi confessoribus, pacem, quam aliqui in Ecclesia obtinere non poterant, illorum confessorum meritis apud Dominum interpositis, eorumque præcibus apud Episcopos perlectis obtinebant. Quad tria crimina fuerint, quæ Ecclesia olim diuinæ maiestati dimittenda reseruabat, ostendimus tomo primo Antiquitatis illustratæ de mœchia lapsis, & homicidio intelligenda esse, neque vllum de hac veritate dubium superesse potest. Vti vero Paulus egerat cum incestuoso Corinthio, cui pro tota vita à communione excluso, ad Corinthianæ Ecclesiæ præces reconciliationis pacem concesserat, ita & Martyres ad mœchorum preces feriæ pœnitentiæ innixas pacem concedere cœperunt ipsis Tertulliani temporibus, vtpote qui libro ad Martyres capite primo testatur: *Pacem quidam in Ecclesia non habentes, à Martyribus in carcere exorare consueuerunt*. Tertullianus. Erat tunc quintæ sub Seuero persecutionis initium, cum carceres fidelibus repleti ex speluncis latronum facti essent domicilia Martyrum, & palestræ confessorum. Erat tunc Tertullianus in Ecclesia Carthaginensi Præsbyter Catholicus, & quia oculis suis aspiciebat quosdam (qui carnis cœno sese inuoluerant) lacrymis perfusos pro reconciliationis pace carceres adire, & Martyres pro Indulgentia exorare,

rare, librum suum ad Martyres conscripsit, in quo bellum ipsorum cum Diabolo, & mundo pacem esse dicit: *Quam pacem*, inquit, *quidam in Ecclesia non habentes, à Martyribus in carcere exorare consueuerunt: & ideo eam etiam propterea in vobis habere, & fouere, & custodire debetis: vt si fortè & alijs præstare possitis*. Fortè, inquit Tertullianus, quod edictum Zephyrini Papæ nondum orbi Catholico innotuisset, quo sanctissimus ille Pontifex martyrum Indulgentias approbans, mœchos pœnitentia functos ad reconciliationis pacem admittendos statuerat...

Edito autem Zephyrini edicto, pacem à Martyribus frequentius concessam fuisse fornicatoribus, & mœchis, habes ex Tertulliano iam in hæresim lapso, qui capite vltimo libri de pudicitia, sic intonat: *At tu iam & in martyres tuos effundis hanc potestatem, vt quisquis ex consensione vincula induit adhuc mollia in nouo custodiæ nomine, statim ambiunt mœchi, statim adeunt fornicatores, iam preces circumsonant, iam lacrymæ circumstagnant maculati cuiusque, nec vlli magis aditum carceris redimunt, quam qui Ecclesiam perdiderunt. Violantur viri, ac fœminæ in tenebris planè ex vsu libidinum notis, & pacem ab his quærunt, qui de sua periclitantur, alij ad metalla confugiunt, & inde communicatores reuertuntur*. Mœchos pro pace ad martyres confugisse cum magna frequentia, & hos passim pacem indulsisse, clariori testimonio firmare non poterat Tertullianus, qui in Montani hæresim lapsus hanc impartitam à Martyribus indulgentiam ijs rationibus oppugnare agressus est, quibus eas hocce sæculo impugnari audiuimus à Lutheranis, alijsque Ecclesiæ hostibus. Palam edicit mœchiæ crimen soli Deo reseruatum, erratque, nec Apostolos Martyribus auctoritatem illam adiudicasse. Addit satisfactionem aut meritum vnius pro altero nihil valere: *Quomodo*, inquit, *oleum faculæ tuæ sufficere & mihi & tibi possit*? Adiungit alia erronea, quæ ipse Catholicus aliter docuerat, vnde & capite primo libri de pudicitia: *Erit igitur, & aduersus Psychicos titulus, aduersus meæ quoque sententiæ retro penes illos societatem*. Palam admittit se antea cum Catholicis sentijsse, & iam contra sentire, id quod D. Hieronymus in Tertulliano summoperè arguit scribens epistola 146. ad Damasum Papam: *Vehementer admiror, Tertullianum in eo libro, quem de pudicitia aduersus pœnitentiam scripsit, & sententiam veterem noua opinione dissoluit, hoc voluisse sentire &c*. Sic de Tertulliano Hieronymus vel quisquis epistolæ auctor est, cum quo omnis sub cœlo Ecclesia Tertulliani errores semper detestata fuit, etiam ipso Tertulliani æuo cun-

Tertullianus. Hieronymus.

ctis fidelibus contrarium sentientibus, vt patet ex Zephyrini indulto, quod omnibus Catholicis *peremptorium* fuit.

Tertullianus. Adiunxerat & aliud argumentum Tertullianus capite 12. *Quæcumque authoritas, quæcumque ratio mœcho, & fornicatori pacem Ecclesiasticam reddit, eadem debebit & homicidæ & idololatræ pœnitentibus subuenire*. Non debebat quidem sed poterat subuenire, vti reuera postmodum subuenit Ecclesia, cum lapsi id ipsum instantius cœperant rogare. Clara habemus hac de re testimonia in D. Cypriano, qui epistola apud Pamel. xi. laudat Confessorum epistolas: *Quibus*, inquit, *examinari desideria vestra, & quibusdam lapsis pacem dari postulastis*. Et epistola 13. ad Clerum iubet vita periclitantes, si libellos à martyribus acceperint, in communionem recipi: *Vt*, inquit, *Veniant ad Dominum cum pace, quam dari martyres litteris ad nos factis desiderauerunt*. Frequentissimè tunc à martyribus petitos fuisse huiusmodi libellos, & quotidie libellorum millia data fuisse, notat Cyprianus in epistola 15. ad Clerum Romanum, qui Clerus epistola 31. ad Cyprianum idem omnino de lapsis tempore mortis ob martyrum libellos in communionem recipiendis statuerat: quinimo electus in Fabiani locum sanctus Cornelius Papa vtriusque, & Cypriani & Cleri Romani indulgentiam approbauit. Huius autem decreto cum obstaret Nouatianus, qui litteras suas ea de re per orbem diuulgarat, non cessarunt obinde confessores iustè postulantibus dare pacis libellos: adfert enim Eusebius Cæsareensis in Palestina Episcopus libro 6. capite 42. & sequentibus Dionysij Patriarchæ Alexandrini litteras ad Fabium Patriarcham Antiochenum, in quibus Dionysius enumerat martyres sub Deciana persecutione, in Ægypto „ passos, & addit: Cæterum hi „ diuini martyres, qui nunc assessores sunt Christi: & regni „ illius consortes, ac iudicij participes vnà cum ipso iudicaturi: dum hic apud nos essent „ quosdam è fratribus lapsos, & „ idolis sacrificasse conuictos, „ susceperunt: & conuersionem „ illorum, ac pœnitentiam cernentes, cum iudicassent eam „ placere posse illi, qui peccatoris pœnitentiam mauult, quam „ mortem, eos admiserunt & „ collegerunt, atque in cœtum „ suum receperunt: & in orationibus ac cibo cum iisdem „ communicarunt. Quid ergo „ nobis fratres de his suadetis, „ quid nos agere debemus? vtrû „ sententiæ martyrum accedemus, & rem ab illis iudicatam seu potius gratiam concessam tuebimur: & cum iis, „ quos illi miseratione prosecuti „ sunt benignè agemus? an contra iudicium illorum irritum „ fa-

Cyprianus epist. 11. ad Martyres.

Dionysius Patriarcha Alexandrinus.

,, faciemus, nosque ipsi senten-
,, tiæ illorum discussores, ac iu-
,, dices constituemus; clemen-
,, tiam dolore afficiemus: ordi-
,, nem constitutum euertemus:
,, Dei ipsius indignationem pro-
,, uocabimus?

Plura nos docet hæc Dionysij Patriarchæ Alexandrini epistola, ac illud in primis, lapsos non per Africam solum, sed & per omnem Ægyptum petijsse pacis libellos à martyribus, & martyres omnino illos indulsisse, ac Episcopos eos probare consueuisse. Secundò, Dionysium, licet mentem Fabij inquirebat, suam tamen sufficienter indicasse pro indulgentiæ libellis, cum gratiam à martyribus concessam irritam facere, idem esse iudicet, quam clementiam dolore afficere, ordinem constitutum euertere, & Dei ipsius indignationem prouocare: vnde & ipse Eusebius rectè subiungit: *Atque hæc Dionysius consultò videtur adiecisse*; innuens, ipsum meritò adhæsisse martyrum sententiæ, & fauisse Cornelij Papæ decreto, quod Eusebius capite 43. contra Nouati errores in Concilio Romano à sexaginta Episcopis editum fuisse enarrat: *Cumque*, inquit, *in prouincijs antistites, quid agendum esset seorsum consultassent, huiusmodi decretum cunctis promulgatum est*. Innuit Eusebius per vniuersas orbis Catholici prouincias Cornelij Papæ de recipiendis lapsis pœnitentibus ad pacem decretum fuisse receptum, id quod ipse Dionysius Patriarcha Alexandrinus clarius testari non potuit, quam facto proprio, quod habes apud Eusebium libro 6. capite 44.

Eusebius

Scribit Dionysius epistola ad
,, Fabium Antiochenum: Vi- Dionys. Alexand.
,, sum tibi exemplum proponā,
,, quod apud nos contigit. Erat
,, in hac vrbe Serapion quidam
,, senex è numero, qui reliquo
,, quidem ante actæ vitæ tem-
,, pore nulli culpæ obnoxius fue-
,, rat. Sed in persecutione la-
,, psus, sæpenumero veniam pe-
,, tierat, nec quisquam ei atten-
,, debat, eo quod sacrificasset.
,, Idem postea morbo correptus,
,, vocis vsu, sensuque omni ca-
,, rens triduo permansit. Quar-
,, to demum die paululum re-
,, creatus, nepotem ex filia ad se
,, vocat: Et quousque tandem,
,, inquit, me detinetis filij? pro-
,, perate quæso, & me quanto-
,, cius absoluite. Accerse mihi
,, vnum ex presbyteris: Hæc
,, cum dixisset, rursus illum vox
,, destituit. Puer ad presbyterū
,, currit. iam nox erat: presby-
,, ter iam ægrotabat. Sed quo-
,, niam in mandatis dederam,
,, vt morituris si peterent, & ma-
,, ximè si antea suppliciter postu-
,, lassent, venia indulgeretur,
,, quo bonæ spei pleni ex hac vi-
,, ta migrarent, exiguam Eucha-
,, ristiæ partem puero tradidit,
,, iubens vt in aqua intinctam,
,, seni in os instillaret. Redit
,, igitur puer buccellam afferens.

„ Et cum appropinquaret, priusquam ingrederetur; recreatus iterum senex: venisti, inquit filij. Ac presbyter quidem ipse venire non potuit. Tu verò fac citius, quod imperatum est: & dimitte me. Mox puer bucellam intinxit, & in os senis infudit. Qui ea paulatim absorpta, continuò animam exhalauit. An non igitur perspicuè apparet, eum reseruatum fuisse, ac tantisper in vita permansisse, quoad reconciliaretur, & deleto iam crimine, pro multis quæ gesserat bonis operibus à Christo agnosci posset, & prædicari. Hæc Dionysius apud Eusebium, ex cuius verbis constat, ipsum in authoritatem admisisse Cornelij Papæ decretum, de recipiendis lapsis morti proximis ad communionem: *In mandatis dederam*, inquit, *vt morituris si petcrent, & maximè, antea suppliciter postulassent, venia indulgeretur*. Constat secundò hunc Serapionem Ægyptium ita communioni restitutum. Constat tertiò, ipsum nullum habuisse pacis libellum à martyribus concessum, quapropter nullus ei ante extremum agonem attenderat, ex quo etiam habemus, si pacis libellum obtinuisset, quod diu antea ab Episcopis restitutus fuisset communioni; vigebat enim tunc adhuc consuetudo illa petendi libellos pacis à martyribus, quæ videtur obtinuisse in Africa vsque ad Constantini Magni tempora; docent namque antiquissima S. Datiui, Saturnini, Felicis, Apulei, & aliorum martyrum Africanorum sub Anulino proconsule acta à Donatista quodam conscripta, Mensurium Carthaginensem recenti scripturarum traditione pollutum fuisse: *Quodque combustorum veniam librorum à martyribus poscere, & implorare debuerat*. Quod Donatista huic Mensurio crimen traditorum librorum affigat, nullum est dubium, sed dum exposuit, quod traditor facere tunc temporis debuerat, dedit præclarum disciplinæ in illud vsque tempus obseruatæ iudicium. Acta S. Datiui.

Obtinuit etiam illa in Hispanis vsque ad vltima Diocletianæ tyrannidis tempora, cum Synodus Illiberitana statuerit canone 15. *Omnis, qui attulerit litteras confessorias, sublato nomine confessoris, eo quod sub hac nominis gloria passim concutiant simplices communicatoriæ dandæ sint ei litteræ*. Et in Gallijs vsque ad annum 314. quo celebratum fuit Concilium Arelatense primum, cuius canone nono statutum fuit: Concilių Illiber. *De his qui confessorum litteras afferunt, placuit, vt sublatis eis litteris, accipiant communicatorias*. Excesserant martyres quidam in pace suo nomine concedenda, non mittendo lapsos ad Episcopos, per quos facta exomologesi communioni debebant restitui. Hunc excessum, vt etiam Conc. Arelat. 1.

vidi-

vidimus in libello de Ecclesia Africana, grauiter deplorauerat suo tempore Cyprianus, & quia correctus non erat tempore Illiberitani Concilij, quin potius plerique plebei in errorem per hoc inducti sufficere existimabant, litteras pacis à Martyribus indultas, iussit canon illiberitanus litteras confessorias mutari in communicatorias, quod idem statutum fuit canone Arelatensi. Cum vero Arelatense Concilium præsentibus Romani Pontificis Legatis, à ducentis Occidentalibus Episcopis fuerit celebratum, pacis litteræ à martyribus indultæ breui temporis spatio ex omni occidente sublatæ sunt, id quod etiam in oriente euenisse, vel exinde colligitur, quod nulla libellorum pacis memoria post hæc reperiatur, sed nec post hæc tempora amplius reperiri potuerit, tyrannis de medio sublatis, & fidelibus libertati suæ restitutis.

Ex his verò omnibus multa notatu digna elici posse iam dudum animaduerterunt peritiores Catholici, Pamelius in notis ad 11. Cypriani epistolam, Baronius in Annalibus, Ferdinandus Mendoza in suis ad Canonem Illiberit. 25. commentarijs, qui vltimus tria elicit: primum, quantus honor confessoribus olim deferratur, quando cum eorum libellis ante expletum pœnitentiæ tempus lapsi ad communionem admittebantur. 2. non recentem, vt calumniantur hæretici, sed antiquissimum esse Indulgentiarum vsum, nec tempore Gregorij primi, vt nonnulli volunt, sed multò altius repetendam earum originem, dum ætate Cypriani, & Tertulliani (vt vetustiora nunc omittamus) eas videamus in vsu fuisse. 3. obseruatum olim fuisse eumdem ordinem in pacis, seu Indulgentiarum concessione, quem hodiè vsurpari videmus, eo solum excepto, quod tunc per Episcopos fieret, quod nunc solus facit Romanus Pontifex, si breuioris temporis Indulgentias omittamus. Vt enim recte exponit Christianus Lupus dissertatione de peccatorum, ac satisfactionum indulgentijs capite primo, sicut olim Martyribus in exilio, aut carcere constitutis ad eos accedebant primitiui fideles pro remissionis gratia, ita & nos accedere sanctos, in quorum festiuitatibus Pontifex solet remittere de pœnis pro peccato debitis, requirens inter cætera, vt accedamus istius sancti Basilicam, nosmetipsos commendemus illi, & imploremus eius preces, quæ nos Diuinæ maiestati offerant, & factam nobis à Romano Pontifice gratiam impetrent ab illa confirmari. Nec quidquam est, quod huic veritati iure opponatur, cum remissio satisfactionis olim ob martyrum merita ab Episcopis indulta, & remissio pœnæ hodiè ob Christi, & sanctorum merita ab

Mendoza

Christ. Lupus.

Epi-

Episcopis indulta sint reipsa illud, quod indulgentiam nunc vocare consueuit Ecclesia.

CAPVT TERTIVM.

De potestate Episcoporum indulgendi pœnitentibus ab initio Florentis Ecclesiæ, vsque ad sæculum sextum.

CEssante sub Constantino Magno Imperatorum tyrannide, vbi confessores Episcopi ab exilio reuersi, & à carceribus liberati erant, primum illorum studium fuit, lapsis indulgere, quos Ecclesia sub Cornelio Papa ad pœnitentiam admiserat. Erat annus Domini 314. quo Concilium Ancyranum ab Episcopis ex omni oriente coadunatis habitum fuit, vbi inter 25. canones plerique statuti sunt pro receptione lapsorum præmissa certi temporis pœnitentia. Primi quatuor canones omninò hac de re statuti sunt; canon verò quintus agens de ijs, qui idolorum templa veste lugubri adeuntes quasi dolenter recubuerunt, statuit, eos post trium annorum pœnitentiam, quarto anno ad communionem recipiendos, & addit: τοὺς δὲ ἐπισκόπους ἐξουσίαν ἔχειν τὸν τρόπον τῆς ἐπιστροφῆς δοκιμάσαντας φιλανθρωπεύεσθαι, ἢ πλείονα προστιθέναι χρόνον, πρὸ πάντων δὲ καὶ ὁ προάγων βίος καὶ ὁ μετὰ ταῦτα, ἐξεταζέσθω. καὶ οὕτως ἡ φιλανθρωπία ἐπιμετρείσθω. *Episcopi autem potestatem habeant, modo conuersionis examinato, vtendi clementia, vel plus adijciendi. Ante omnia autem & precedens vita, & quæ consecuta est, examinetur, & sic eis clementia impertiatur.* Quibus verbis clarum fit, ab Ancyrano Concilio potestatem relictam fuisse Episcopis, pro suo cuiusque iudicio mitiùs agere, cum lapsis, quibus proinde poterant indulgentias impertiri.

Canon 5. Ancyr.

Eos sanè Concilium ipsum indulsit his, qui partus suos ex fornicatione diuersis modis interimunt. Sic enim habet canon 20. ὁ μὲν πρότερος ὅρος μέχρις ἐξόδου ἐκώλυσεν· καὶ τούτῳ συντίθενται· φιλανθρωπότερον δέ τι εὑρόντες, ὡρίσαμεν δεκαετῆ χρόνον κατὰ τοὺς βαθμοὺς τοὺς ὡρισμένους. *Prior quidem definitio vsque ad vitæ exitum prohibebat, & ei quidam assentiuntur. Sed clementia tamen vtentes decreuimus, vt decennium per gradus præfinitos impleant.* Habet & canon 22. de homicidijs non sponte commissis, vt post septemnem, vel quinquennem pœnitentiam homicidæ illi recipiantur, & additur apud Dionysium exiguum: *Modus autem*

Canon 20. Ancyr.

huius

Can. 22. Ancyr. vers. Dionys. exigui. *huius pœnitentiæ in Episcoporum sit arbitrio, & secundum conuersationem pœnitentiam possint, & extendere tardantibus, & minuere studiosè festinantibus.* Potuit hoc ipsum haberi in codice græco, quo Dionysius suo tempore vsus est, verum cum hæc verba non habeantur in græcis codicibus nunc extantibus, ab Ancyrana Synodo ad Neocesareensem transeo, quæ eodem anno 314. celebrata fuit, & canone 3. statuit de multi nubis, tempus pœnitentiæ manifestum esse, additque: ἡ δὲ ἀναστροφὴ, καὶ ἡ πίστις αὐτῶν συντέμνει τὸν χρόνον. *Sed conuersio, & fides illorum tempus abbreuiat.* Quæ tres antiqui canonum interpretes, Ioannes Zonaras, Alexius Aristinus, & Theodorus Balsamon sic exponunt, vt in Episcopi potestate situm sit, ad conuersationem fidemque pœnitentis respicere, & prout iudicauerit conuenire, tempus pœnitentiæ abbreuiare: *Est*, inquit schismaticus Patriarcha Theodorus Balsamon, *in Episcopalis iudicij potestate, hoc tempus contrahere, propter bonam eius, qui peccauit, conuersionem.*

Canon. 3. Neocesar.

Balsamon.

Nec putes hoc ab illis dumtaxat Concilijs fuisse statutum, nam illud, quod anno 325. ab vniuersis totius orbis Catholici Episcopis Nicææ celebratum fuit, hanc indulgendi potestatem lucelarius supponit, cum canone 12. lapsos in Liciniana persecutione milites damnans ad triennalem audientiam, & decem annorum substrationem, pergat: ἐφ' ἅπασι δὲ τούτοις, προσήκει ἐξετάζειν τὴν προαίρεσιν, καὶ τὸ εἶδος τῆς μετανοίας· ὅσοι μὲν γὰρ καὶ φόβῳ, καὶ δάκρυσι, καὶ ὑπομονῇ, καὶ ἀγαθοεργίαις, τὴν ἐπιστροφὴν ἔργῳ, καὶ οὐ σχήματι ἐπιδείκνυνται, οὗτοι πληρώσαντες τὸν χρόνον τὸν ὡρισμένον τῆς ἀκροάσεως, εἰκότως τῶν εὐχῶν κοινωνήσουσι, μετὰ τοῦ ἐξεῖναι τῷ ἐπισκόπῳ καὶ φιλανθρωπότερόν τι περὶ αὐτῶν βουλεύσασθαι. *In his vero omnibus propositum, & speciem pœnitentiæ oportet explorare. Quicumque enim & metu, & lacrymis, & tolerantia, & bonis operibus conuersionem opere, & non tantum habitu demonstrant, hi definitum tempus auditionis implentes meritò in orationibus participent. Postmodum vero licebit Episcopo de his aliquid humaniùs statuere.* Volunt Patres, Episcopo permissum esse, totum substrationis tempus indulgere verè, & ex corde pœnitentibus: nec verisimile esse poterit, post hoc Concilij decretum, Episcopos potestate sibi concessa non fuisse vsos: cum enim sacrosancta Nicenæ Synodi statuta toto orbe celeberrima extiterint, & vt ipsa Euangelia, tam in occidente, quam in oriente semper ab omnibus venerata fuerint, nullum dubium superesse potest, de seria huius decreti obseruatione, & vsu in Ecclesia.

Canon 12. Nicen.

Sanctus Basilius Cæsareensis in Cappadocia Episcopus, vbi tribus epistolis ad Amphilochium Ico-

Iconienſem Antiſtitem deſcripſiſſet varia pœnitentiæ tempora pro delictis conſtituta, ſtatuit canone 84. πάντα δὲ ταῦτα γράφομεν, ὥστε τοὺς καρποὺς δοκιμάζεσθαι τῆς μετανοίας· οὐ γὰρ πάντως τῷ χρόνῳ κρίνομεν τὰ τοιαῦτα, ἀλλὰ τῷ τρόπῳ τῆς μετανοίας προσέχομεν. *Hæc autem omnia ſcribimus, vt pœnitentiæ eorum fructus probetur, non enim omnino iſta ex tempore iudicamus: ſed modum pœnitentiæ attendimus.* Palam profitetur Baſilius, Epiſcopos in omni pœnitentiæ gradu indulgentiùs egiſſe cum ijs, qui veræ conuerſionis ſigna oſtendunt. Idem planè teſtatur ſanctus Gregorius Epiſcopus Nyſſenus in canonica ad Letorum Militenſem epiſtola, vbi agens de pœnitentia nouem annorum fornicarijs impoſita, ſic vt tribus annis ſint in fletu, tribus in auditione, & tribus in ſubſtratione pergit de ijs, qui diligentiori conuerſione vſi fuerint, & vita ipſa oſtenderint, ſe ad bonum regreſſos eſſe, quod ab Epiſcopis poſſint Indulgentias obtinere: ἔξεστι τῷ οἰκονομοῦντι, πρὸς τὸ συμφέρον τῇ ἐκκλησιαστικῇ οἰκονομίᾳ συντεμεῖν τὸν χρόνον τῆς ἀκροάσεως, καὶ τάχιον εἰς ἐπιστροφὴν ἀγαγεῖν· καὶ πάλιν καὶ τοῦτον συντεμεῖν τὸν χρόνον, καὶ τάχιον ἀποδοῦναι τῇ κοινωνίᾳ. *Licet ei, qui diſpenſat, pro Eccleſiaſticæ œconomiæ vtilitate tempus auditionis abbreuiare, & celerius ad conuerſionem deducere, & rurſus hoc tempus contrahere, & celerius communionem reddere.*

D. Baſilius.

Greg. Niſſenus.

Idem omnino habet canon ſecundus Laodicenus: περὶ τοῦ, τοὺς ἐξαμαρτάνοντας ἐν διαφόροις πταίσμασι, καὶ προσκαρτεροῦντας τῇ προσευχῇ τῆς ἐξομολογήσεως, καὶ μετανοίας, καὶ τὴν ἀποστροφὴν τῶν κακῶν τελείαν ποιουμένους, κατὰ τὴν ἀναλογίαν τοῦ πταίσματος, καιροῦ μετανοίας δοθέντος τοῖς τοιούτοις, διὰ τοὺς οἰκτιρμοὺς καὶ τὴν ἀγαθότητα τοῦ Θεοῦ προσάγεσθαι τῇ κοινωνίᾳ. *De his, qui diuerſis delictis peccauerunt, & in oratione perſeuerant confeſſionis, pœnitentiæ, & ſe à malis perfectè conuertunt, pro qualitate delicti dato pœnitentiæ tempore, tales propter miſerationes, & bonitatem Dei offerri communioni.* Palam fatetur Laodicenum Concilium, Eccleſiam verè pœnitentibus de tempore pœnitentiæ indulſiſſe, & ſic omninò agere perrexiſſe omnes totius orientis, & occidentis Epiſcopos ſæculo quarto, & quinto facile eſſet demonſtrare.

Canon 2. Lodic.

Vnum autem hic indagandum eſt, qua ratione tunc Eccleſiæ tam indulgenter egerint cum pœnitentibus: ſcio quidem in teſtimonijs iam citatis reſpici ad veram ex corde pœnitentiam, ſed nec negari poteſt ſacrum Nicænum Concilium aſſerere, in Epiſcopi poteſtate fuiſſe, aliquid humanius agere cum pœnitentibus, & S. Gregorium Nyſſenum inculcare, id non in vnico pœnitentiæ gradu, ſed iuxta miſerationes, & bonitatem diuinam, vt loquitur Laodicenum Concilium, communio

ante

ante tempus indulgeatur. Atqui hoc ipsum est, quod etiamnum Ecclesia per indulgentias concedit: tempus satisfactionis vel hic, vel in altera vita peragendæ indulget ex meritis Christi ijs, qui verè, & ex animo pœnitent, & merita tam Christi, quam sanctorum vocat thesaurum, ex quo tantum bonum producit. Christus Dominus cum viuebat in terris, adhortatus est suos discipulos, vt thesaurizarent sibi thesaurum non deficientem in cœlis, & Doctor gentium 1. ad Timoth. 6. iubet, diuites sæculi sibi acquirere thesaurum, & fundamentum stabile pro futuro: thesaurum verò illum docet sanctus Augustinus esse virtutes, & scribit disertis verbis in psal. 36. de iusto: *Factum est thesaurus tuus meritum tuum*. Et sic merita Christi infinita, ac abundantes sanctorum satisfactiones thesauri nomine vocauit Ecclesia, quæ ex illo indulgentias suas elargitur pœnitentibus. Sanctus Ioannes Chrysostomus homilia 40. ad populum Antiochenum orationem habens in SS. Iuuentini, & Maximi festo, horum sanctorum martyria extollit, & cum antiquioribus sanctis eos componens subiungit: ποικίλος τῆς ἐκκλησίας ὁ θησαυρός· νέοις καὶ παλαιοῖς ἔχων μαργαρίτας. *Eiusmodi est thesaurus Ecclesiæ, nouas, & veteres habens margaritas*. Et in alia homilia de sancto Ignatio talem thesaurum vocat eumdem sanctum martyrem, ac concludit. ὥστι ἅπασι χρήσιμος ὁ θησαυρὸς, ἐπιτήδειον τὸ καταγώγιον, τοῖς μὲν ἐπταικόσιν, ἵνα ἀπαλλαγῶσι τῶν πειρασμῶν· τοῖς εὐημεροῦσιν, ἵνα βέβαια αὐτοῖς μένῃ τὰ καλά. *Vtilis igitur cunctis hic thesauris est, & refugium salutare, tam illis, qui rebus duris atque asperis, & peccatis conflictantur, vt ab ijs liberentur: quam illis, qui prospere, ac feliciter degunt, vt diu fruantur bonis*. Lucidè extollit Chrysostomus Ecclesiæ thesaurũ, ac de eius in donanda peccatorum remissione indefectibilem virtutem, dum subdit. ἅπερ ἅπαντα λογιζόμενοι, πάσης τέρψεως, πάσης ἡδονῆς τὴν ἐνταῦθα προτιμῶμεν διατριβήν· *Quæ quidem omnia considerantes omni gaudio, atque lætitia sacrum hunc locum præponamus*. peccatores clarè adhortatur, vt pro remissionis gratia accedant Basilicam Ignatij reliquijs decoratam; vti olim pœnitentes adire solebant martyrum carcerem. Et ex his omnibus apparet, à Clemente VI. merita Christi, & sanctorum rectè vocata fuisse thesaurum Ecclesiæ, & Lutherum repugnare antiquorum traditioni, & recentiorum Pontificum sententiæ cum propugnare ausus fuit propositione 56. *Thesauri Ecclesiæ, vnde Papa dat indulgentias, neque satis nominati sunt, neque cogniti apud populum Christi*. Et propositione 58. *Nec sunt merita Christi, & sanctorum*. Quas proinde propositiones rectè proscripsit Leo de-

Augustinus.

Chrysostomus.

Chrysost.

Proposit. Lutheri.

decimus, & post cum omnis Ecclesia pro damnatis habuit.

CAPVT QVARTVM.

De redemptionibus pœnitentiarum post sæculum sextum, & num vera indulgentia censenda sint?

EX eo, quod frigescente fidelium charitate pœnitentibus Indulgentiam concedebant Episcopi, antiquum Ecclesiæ rigorem paulatim mitigatum fuisse, haud difficilè crediderim. Occasionem vlterioris indulgentię prębuit in Oriente Ioannes Nesteuta, qui imperante Mauritio Imperatore anno 586. ad Patriarchatum Constantinopolitanum promotus fuit, & edito pœnitentiali sic habet in fine: *Hæ sunt definitiones epitimiorum leuissimorum quidem, & nimia relaxatione facillimorum à me traditorum.* Relaxatio, cuius meminit, consistebat præcipuè in duobus: primò, quod neminem vltrà septimum annum à communione excluderet: secundò, pœnitentias quoad cibum & potum, *vt ferunt vniuscuiusque natura & vires*, imponeret. Publicato in Oriente hoc pœnitentiali, receptum statim fuisse, indicant scriptores Græci, qui exinde antiquum pœnitentiarum rigorem remissum fuisse fatentur, vt fusius ostendimus in scholio ad 2. canonem Antiochenum sub titulo de pœnitentiarum gradibus apud Græcos.

Nesteuta.

Quod item ad sæculi septimi initium antiquus Ecclesiæ rigor, circa pœnitentes in occidente cœperit mitigari, & post tempora Gregorij magni in desuetudinem abierit publicæ illius pœnitentiæ ritus, cuius tam frequens mentio fit apud antiquos Ecclesiæ scriptores, & in secundi canonis Antiocheni commentario abundè ostendimus, & hic vlterius ostendi posset, si de publicæ pœnitentiæ ritu apud latinos ageremus. In pœnitentiali Theodori per Iacobum Petit ex M.S. codice Thuano nuper edito extat caput 14. de reconciliatione: *Romani reconciliant hominem intra absidem: Græci nolunt. Reconciliatio pœnitentium in cœna Domini tantum est ab Episcopo, & consummata pœnitentia. Si vero Episcopo difficile sit, præsbitero potest necessitatis causa præbere potestatem, vt impleat. Reconciliatio in hac prouincia non est, quia & publica pœnitentia non est.* Ad quę verba plura notanda sunt, ac primum, apud Romanos publicam pœnitentiam adhuc viguisse tempore Theodori, quandoquidem pœnitentium meminerit, qui

Pœnitentiali Theodori.

qui in cœna Domini absoluebantur ab Episcopis, idque ex antiquo Romanæ Ecclesiæ ritu, quem nobis in suo commentario expressit Gregorius Magnus. Secundo illam pœnitentiam publicam non ita rigorosam fuisse, quin licuerit quibusdam ante septimi sæculi finem eam redimere. Rhegino Abbas Prumiensis libro 2. de disciplinis Ecclesiasticis capite 446. habet hunc titulum: Quomodo possum pœnitentiam septem annorum pœnitere. Ex dictis sancti Bonifacij Episcopi 446. triduana vna pro triginta diebus, & cantatio psalmorum centum viginti. Pro vno die psalmi quinquaginta, & quinque Pater noster. Item pro vno die tribus vicibus Beati immaculati, & sex Miserere mei Deus, & septuaginta vices prosternat se in terram, & per singulos Pater noster dicat. Item si nescit psalmos, pro vno die prosternat se centum vicibus in terram, & per singulas dicat, Miserere mei Deus, & dimitte Domine peccata mea. Cantatio vnius missæ potest redimere duodecim dies. Decem missæ quatuor menses. Viginti missæ nouem menses. Triginta missæ duodecim menses. Pro hebdomada vna trecenti psalmi genuflexo decantentur. Qui psalmos nescit, & ieiunare non potest, quantum quotidie sumit, penset, & medietatem tribuat in eleemosynam.

Rhegino Abbas.

Hæc ante septingentos quinquaginta annos Rhegino Abbas Prumiensis, qui dum Bonifacium Episcopum citat, Bonifacium Papam indigitat, cuius statutum Theodorus Cantuariensis retulit, ex cuius pœnitentiali habes apud Burchardum Wormatiensem Episcopum libro 19. decreti cap. 21. & apud Iuonem carnotensem Episcopum parte 15. decreti cap. 201. Item qui ieiunare non potest, & obseruare, quod in pœnitentiali scriptum est, hoc faciat, quod sanctus Bonifacius Papa constituit: pro vno die, quem in pane & aqua ieiunare debet, roget presbyterum, vt missa cantet pro eo, nisi sint crimina capitalia, quæ confessa prius cum lacrymis lauari debent, & tunc ipse adsit, & audiat missam, & deuotè ipse offerat proprijs manibus panem & vinum manibus sacerdotis, vt intentè respondeat, quantum sapit ad salutationes, & ad exhortationes sacerdotis, & humiliter Deum deprecetur, vt oblatio, quam ipse & presbyter pro se, & pro peccatis suis Deo obtulerunt, Deus omnipotens misericorditer per Angelum suũ suscipere dignetur. Et eo die excepto vino & carne, & sanguine, comedat quidquid vult, & sic redimat reliquos anni dies. hæc apud Burchardum & Iuonem, quod ipsum reperitur

Apud Theodorum Cantuar.

inter capitula Theodori à Iacobo Petit ex antiquo M. S. codice Nicolai Fauieri in lucem edita post Theodori pœnitentiale. Cum verò Theodorus floruerit diu ante Bonifaciū VI. non potest hoc statutum nisi vni ex quinque Pontificibus istius nominis adscribi; cui autem præcisè, diuinare oportebit. Ponamus id fuisse statutum à Bonifacio V. qui anno 617. Pontificatum iniit, de quo Anastasius Bibliothecarius in vita: *Erat enim beatissimus Bonifacius mitissimus super omnes homines*. Et vel ex hoc licebit finem imponere difficultati illi, quæ spectat ad originem redemptionum, quonam tempore inceperint. Morinus illas Theodoro faciebat posteriores. Baronius earum nonnisi sæculo 11. meminit, vterque malè, cum ante ipsum Theodorum hæc disciplina introducta fuerit.

Fuit hic Theodorus monachus græcus Tarsi Ciliciæ natus, quem Vitalianus Papa anno Christi 668. Episcopum ordinauit, & in Britanniam misit, ad quam peruenit anno ordinationis suæ secundo, obiitque anno 690. vt intra illud tempus pœnitentiale ab eo editum fuerit, cuius toties mentio facta est apud mediæ ætatis scriptores, & quod statim vsum receptum fuit per occidentem vniuersum, singulis Concilijs statuentibus, vt præsbyteri omnes Theodori pœnitentiale præ manibus haberent, & ex illius præscripto peccantibus pœnitentias imponerent. Huius pœnitentialis exemplar quatuordecim capitibus comprehensum ex duobus vetustissimis codicibus M. SS. Bibliothecæ Thuanæ edidit nuper Iacobus Petit. Nec in illo vlla mentio redemptionum: Spelmannus, qui Concilia Angliæ edidit, ex codice Bibliothecæ sancti Benedicti Cantabrigensis capitula pœnitentialis excerpsit, & septuaginta octo numerauit, inter quæ nihil in terminis de redemptionibus, nisi forsan sub capite 8. comprehenderentur, de temperantia pœnitentium. Quidquid autem sit, codices manuscripti, qui tempore Burchardi, & Iuonis extiterunt, habuerunt capitula de redemptionibus pœnitentiarum, vtpote de quibus non modo citant caput superius allatum, sed etiam

,, sequentia. Si quis fortè non ,, potuerit ieiunare, & habuerit, ,, vnde possit redimere, si diues ,, fuerit pro septem hebdomadibus, det solidos 20. si non ,, habuerit vnde tantum dare ,, possit, det solidos 10. si autem multum pauper fuerit, det ,, solidos tres. Neminem verò ,, conturbet, quia iussimus dare solidos viginti aut minus: ,, quia si diues fuerit facilius est ,, illi dare solidos 20. quam pauperi tres. Et de illis qui non ,, possunt adimplere, quod in ,, pœnitentiali scriptum est: qui ,, non potest sic agere pœnitentiam vt superius diximus, faciat

Ex pœnitentiali Theodori apud Bruch. libro 19. cap. 22. & apud Iuonem parte 19. cap. 202.

Apud Burchardum cap. 23. & apud Iuonem cap. 203.

,, ciat sicsi tres annos continuos
,, ieiunare debet, & ieiunare
,, non potest, sic redimere po-
,, test. In primo anno eroget in
,, Elemosynam solidos 26. in
,, secundo anno eroget in elee-
,, mosynam solidos 20. in tertio
,, anno solidos 18. hoc sunt so-
,, lidi 64. potentes autem homi-
,, nes plus dare debent: quia cui
,, plus committitur, plus ab eo
,, exigetur &c. Hæc apud Burchardum & Iuonem ex Theodoro, in cuius pœnitentiali licet non inueniantur, quod codices eius M. SS. mutili existant, reperiuntur tamen inter capitula, quæ Iacobus Petit edidit ex antiquo codice M. S. spectante ad Nicolaum Fauier. cum plurimis alijs capitulis ad redemptionem pœnitentiarum spectantibus.

Antequam vero pergamus, notandum ex Theodori capitulis, publicos pœnitentias hoc modo post Gregorij tempora fuisse obseruatas, vt delinquentes septem annis pœniterent, ac primo anno ieiunarent in pane & aqua, sic vt feria tertia, quinta, & sabbato à vino, Medone, Mellita, ceruisia, à carne & sanguine, & à caseo & ouis, & omni pingui pisce abstinerent, reliqua autem manducare possent, in ferijs vero secunda, quarta, & sexta in pane & aqua ieiunarent. Secundo autem anno singulis septimanis feria secunda & quarta ieiunarent vsque ad vesperam, & postea tantum olera manducarent, ac cereuisiam biberent, feria autem tertia in pane & aqua ieiunarent, ac tribus quadragesimis ante Pascha vnam, & ante sanctum Ioannem alteram, & ante Natale Domini tertiam obseruarent, ieiunando bis in hebdomada vsque ad nonam; & feria sexta in pane & aqua. Hæc pœnitendi consuetudo istis temporibus, ex qua de reliquis annis colligi potest, quid tunc obseruaretur: atque in his ieiunijs redemptionem admittit Theodorus, cui tamen laudatam supracitatis capitulis sententiam adscribendam non putat Ioannes Morinus, eo quod verisimile non existimet, illud à Theodoro traditum, quod à Cusberto Theodori intermedio successore in Concilio Cloueshouiensi fuit abrogatum: in illo enim Concilio habetur canone 26. *Postremo igitur (sicut noua adinuentio, iuxta placitum scilicet propriæ voluntatis suæ nunc pluribus periculosa consuetudo est) non sit eleemosina porrecta ad minuendam, vel ad mutandam satisfactionem per ieiunium, & reliqua expiationis opera, à sacerdote Dei pro suis criminibus iure canonico indictam, sed magis ad augmentandam emendationem suam, vt eo citius placetur diuinæ indignationis ira &c.* Et quorsum hæc omnia? ex aliorum testimonijs Theodorum laudauimus supra, & ex codice M. S. ipsa Theodori capitula. Accedit Venerabilis Beda, qui in libro de remedijs pecca-

Canon. 26. Cloueshouiensis.

ca-

catorum capite 15. expresfsè egit: *De pretio anni vel diei*. Seu quibus operibus facilioribus quis redimat annum, aut diem pœnitentiæ iuxta canones ob peccat peragendæ. Nec Concilium Cloueshouiense anno 747. hoc institutum abrogat, sed abusus, qui irrepserant: cum enim laxata semel disciplina, plerique non modo ab ipsis presbyteris mitiorem pœnitentiam postularent, sed admissam semel canonicam pœnitentiam à presbyteris impositam pro libitu redimerent, hoc vltimum fuit, quod Synodus Cloueshouiensis damnauit: arguit eos, non qui à sacerdote pro vno anno pœnitentiæ eleemosynas, aut leuiora opera pro satisfactione susceperant, sed qui satisfactionem per ieiunium, & reliqua expiationis opera à sacerdote Dei pro suis criminibus iure canonico impositam mutabant, & hæc erat noua inuentio, quæ iuxta placitum propriæ voluntatis tunc pluribus periculosa consuetudo erat, qua licentius, & quasi liberius nonnulli peccabant, vt loquitur Synodus, quæ proinde hanc consuetudinem merito abrogauit. Cum itaque nihil Theodori authoritati obstet, prima istius redemptionis fundamenta iacta sunt in Anglia versus annum 680. quam subinde Beda in suis canonibus post annum 702. confirmauit, & Synodus Cloueshouiensis, dum solos abusus impetit, anno 747. tacite in authoritatem recepit.

Vulgato semel Theodori pœnitentiali, statim id ipsum receptum fuisse etiam quod redemptionem pœnitentiarum, patet ex pœnitentiali Romano, quod Halitgarus ante 840. annos scripsit, & in appendice ad tomum de pœnitentia editum est à Ioanne Morino, vbi post præfationem hæc leguntur: *Si quis fortè non potuerit ieiunare, & habet vnde dare ad redimendum, si diues fuerit, pro septem hebdomadibus det solidos 20. si autem non habuerit tantum, vnde dare, det solidos decem. Si autem multum pauper fuerit, det solidos tres.* Eadem habentur in alio pœnitentiali Romano per Antonium Augustinum edito, quæ desumpta sunt ex pœnitentiali Theodori capite 7. vbi ipsissima verba reperiuntur. Isaac quoque Lingoniensis in canonibus, quos ex libris capitularium desumpsit ante 800. annos, habet titulo 1. capite 1. aliquid ad redemptionem spectans, cum prohibeat presbyteris & laicis, ne cogant pœnitentes vinum bibere, aut carnem manducare, *nisi ad presens pro ipso vnum, vel duos denarios iuxta qualitatem pœnitentiæ dederint.* Et post Isaac Lingonensem Synodus Triburiensis, quæ anno 895. statuit canone 56. vt qui sponte homicidium fecerit, post 40. dierum pœnitentiam vnum annum integrum ab introitu Ecclesiæ suspendatur, & abstineat se à carne & caseo, à vino & medone, mel-

Helitgarus.

Isaac Lingoniensis

lita

lita ceruisia, exceptis tamen diebus Dominicis & festis, & nisi in itinere sit vel infirmitate, tunc enim *licitum sit ei tertiam feriam & quintam, atque sabbathum redimere vno denario, vel precio denarij, siue tres pauperes pascendo.* Et canone 57. *Secundum vero & tertium annum simili modo pœniteat, excepto quod prædictas tres ferias redimere ius habeat, vbicumque est, siue in domo siue in itinere.* Et canone 58. de quarto, quinto, sexto & septimo anno: *Tertia feria & quinta, ac sabbatho manducet & bibat quodcumque libeat, & secundam atque quartam feriam denario, aut prædicto denarij precio redimere ius habeat.* Hæc Triburiense Concilium, cui adfuere totius fermè Germaniæ Episcopi.

Canon 56. Tri-

Floruit post hoc Concilium ad annum 912. Rhegino Abbas Prumiensis, cuius desideratos toties de Ecclesiasticis disciplinis libros nuper publici iuris fecit Stephanus Baluzius, in eorum autem secundo, capite 438. agitur de *redemptionis precio*. Idem omnino argumentum prosequitur author vsque ad caput 445. de *redemptione trium annorum*. Vbi: *Qui non potest sic agere pœnitentiam vt superius diximus, in primo anno eroget in eleemosyna solidos 26. in secundo 20. in tertio 18. hoc est solidos 64.* Similia habes in collectione Anglicana ad annum 967. titulo de satisfactione numero 18, & 19. Vbi: *Quisquis poterit vnius diei ieiunium vnico denario redimere. Potest etiam vnusquisque vnius diei ieiunium 220. psalmis redimere. Potest etiam quisque duodecim mensium ieiunium 30. solidis redimere, vel vnum aliquem liberando tanti æstimatum, & pro vnius diei ieiunio decantet vir ille senis vicibus, Beati. Et senis etiam vicibus Pater noster &c.* Ad primordia vndecimi sæculi floruit Burchardus Wormaciensis Episcopus, qui in decreto libro 19. refert ex pœnitentiali Romano, caput 12. *De redemptione illius anni, quem in pane & aqua ieiunare debet.* Et capite 18. *De redemptione vnius hebdomadæ, quam in pane & aqua ieiunare debet.* Et capite 19. *De redemptione vnius mensis, quem in pane & aqua ieiunare debet.* Et capite 20. *De illis, qui ieiunare non possunt, & psalmos nesciunt, quomodo pœnitentiam vnius anni, quem in pane & aqua ieiunare debent, redimere possint.* Desumpsit hæc omnia ex pœnitentiali Romano, vti & capita 21. & 22. de redemptionibus pœnitentiarum ex pœnitentiali Theodori, & caput 24 de illis, qui ieiunare non possunt, & non habent vnde redimere possint, ex pœnitentiali Bedæ presbyteri. Eadem fermè habet ad 11. sæculi finem S. Iuo Carnotensis in Gallia Episcopus, in decreto parte 15. à capite 192. vsque ad caput 205. vbi ex pœnitentiali Theodori, ac

Abbas Prumiensis.

Collectio Can. Ang.

Burchardus.

rare,

Bedæ integra capitula referuntur. Complurima tamen habes ex pœnitentiali Romano, iuxta quod licitum fuisse, pœnitentias redimere, clariori testimonio comprobare non possum, quem Diui Petri Damiani, qui eodem sæculo 11. floruit, & à Sede Apostolica ad Ecclesiam Mediolanensem pro vitij simoniaci extirpatione directus, Vuidonem Archiepiscopum ad pœnitentiam perduxit, de quo D. Petrus Damianus opusculo 5. *Centum itaque annorum sibi pœnitentiam indidit, redemptionemque eius taxatam per vnumquemque annum pecuniæ quantitate præfixit*. Et de pœnitentia clericorum subiungit, quod per quinque, vel septem annos singulis septimanis duobus diebus, & tempore quadragesimali tribus diebus ieiunare deberent: *Qui autem ieiunare facilè non potest, vnum ex bis diebus per septimanam redimere licentiam habet; ita vt vnum psalterium meditetur, aut medium cum 50. metanœis, aut vnum pauperem pascat, & lotis pedibus nummum porrigat*. Alia loca ex Petro Damiano ponderauit Annalium parens Baronius tomo 10. ad annũ 1055. numero 9. vbi hæc eius verba adducit: *Non ignoras, quia cum à pœnitentibus terras, possessiones agrorum videlicet accepimus, iuxta mensuram muneris ei de quantitate pœnitentiæ relaxamus*. Hæc de redemptione, quam hisce temporibus Baronius in Ecclesiam introductam scribit, cum iam diu antea apertam fuisse in Ecclesia redemptionis ianuam, ostenderim ex antiquis Theodori, Halitgari, Bedæ, Buchardi, Iuonis, aliorumque testimonijs.

Petrus Damianus.

Baronius.

Putat Ioannes Morinus has pœnitentiarum redemptiones in vsu fuisse vsque ad 13. sæculi primordia, & licet nullam earum mentionem faciat Gratianus, qui ad duodecim sæculi medium floruit, earum tamen mentionem fieri testatur apud Petrum Pictauiensem in pœnitentiali tempore Innocentij 3. conscripto, & apud Robertum de Flamesbur, post quem vix vllus redemptionum meminit. Quibus de redemptionum desuetudine suppositis, quæstio est, an hæc disciplina à septimo sæculo vsque ad decimum tertium in Ecclesia obseruata spectet ad vsum indulgentiarum: quod enim non sint veræ nominis Indulgentiæ, persuadent plura: ac primo, quod hæ redemptiones à presbyteris concedi poterant pro cuiuscumque iudicio, iuxta illud Rheginonis in fine libri secundi: *Ecce diuersorum Patrum diuersas opiniones de remedijs peccatorum, vel de leuiganda pœnitentia in ordine posuimus, in arbitrio prudentis sacerdotis relinquentes, quid salubrius & vtilius animæ pœnitenti esse decernat*. Secundo, quod in sacramento pœnitentiæ per modum satisfactionis imponeretur à presbytero

tero. Tertio, quod essent commutationes grauiorum pœnitentiarum in leuiores, idque præsertim pro ijs, qui grauiores commodè implere non poterant. In hoc ipso tamen elucet aliquid de ratione indulgentiæ, quam Ecclesia concedebat, cum grauiores pœnas diuturniori tempore persoluendas, per leuiora opera, & breui tempore redimi posse indulserit. Accedit pro eleemosynis, iuxta Damianum, Ecclesiam quantitatem pœnitentiæ vel hic, vel in altera vita peragendæ relaxasse, vnde & Paschalis secundus epistola ad Nouigaudum Augustodunensem Episcopum: *Pro redemptione vero peccatorum, morientes in Ecclesia, in qua fidei sacramenta acceperunt, eleemosynam dare secundum Apostolica decreta statuimus omninò, & confirmamus.* Paschalis II. Atque hæc sufficiant de pœnitentiarum redemptionibus, restat nunc de vera nominis indulgentia agere, an post redemptiones in Ecclesia obtinuerint.

CAPVT QVINTVM.

Indulgentias sub illo nomine, quo nunc habentur in Ecclesia, ante Vrbanum II. in vsu fuisse.

Licet plura sint monumenta Romæ extantia, quibus etiamnum conseruatur memoria Indulgentiarum antiquitus concessarum, quia tamen Critici aliqui cum Ioanne Morino monumenta illa recentiora esse voluerunt, leuiter dumtaxat illa attingemus, & ne eorum memoria pereat, scriptorum non contemnendorum authoritate confirmata designabimus. Guillelmus Sirletus in epistola hactenus inedita ad Cardinalem sanctæ Crucis refert, præterito sæculo bullam extasse in Ecclesia sancti Sebastiani de Indulgentijs à Cornelio Papa, Xysto 2., alijsque Pontificibus concessis, quæ, cum penicillo dumtaxat in capella sancti Sebastiani conscripta essent, à Cardinali Scipione Burghesio post restaurationem istius Basilicæ, hoc sæculo lapidi marmoreo insculpta sunt, sic enim legitur in tabula: *Pontifices Martyres in isto cœmeterio sepulti Anicetus, Soter, Pontianus, Antherus, Fabianus, Cornelius, Lucius, Stephanus, Sixtus, Dionysius, Eutychianus, Caius, Eusebius, Melchiades. Isti & quamplurimi eorum successores ob celebrem sanctorum Martyrum memoriam, qui terram & loca huius Ecclesiæ pretioso sanguine ad fidei nostræ fun-* Lapis marmoreus.

damentum rubricauere, *innumeras Indulgentias viſitantibus conceſſerunt*. Et modernus eiuſdem Eccleſiæ Abbas Iulius Bartholoccius editis ſcriptis clarus, in obſeruationibus ſuis manuſcriptis agens de eiuſdem Eccleſiæ indulgentijs, teſtatus eſt, ſanctum Cornelium Papam die vltimo Octobris, quæ eſt dies conſecrationis altaris, Xyſtum II. in die ſancti Sebaſtiani, alioſque eorum ſucceſſores quamplurimas indulgentias conceſſiſſe, ſeque id habuiſſe, *ex ſcripturis authenticis recognitis, & regiſtratis per publicum inſtrumentum rogatum per Simeonem Gurettum, anno* 1596. *de menſe Ianuario tempore Pontificatus felicis recordationis Clementis octaui, anno eius quarto*.

Iulius Bartholocius Abbas S. Sebaſtiani in notis M.SS. de eiuſdē S. Baſilica.

Extat in eadem Eccleſia ad Catacumbas tabula marmorea à Scipione Burgheſio ſupra memorato poſita, in qua mentio fit de Indulgentia à ſancto Syluestro Papa eidem Baſilicę conceſſa. Idem habet tabula litteris maiuſculis à 300. forſan annis conſcripta in Baſilica ſanctæ Crucis de vrbe, vbi: *Item beatus Papa Syluester verè pœnitentibus, & confeſſis ibidem venientibus dedit indulgentiam peccatorum ſuorum*. Cæſar quoque Raſponus ex Baſilicæ ſancti Ioannis Lateranenſis Canonico Romanæ Eccleſiæ Cardinalis libro 2. de Baſilica, & Patriarchio Lateranenſi capite 14. agens de Indulgentijs à ſancto Syluestro eidem Eccleſiæ conceſſis refert Conſtantinum Magnum Syluestro egiſſe, hiſque verbis: *Si quid fidei*, inquit, *vetuſtiſſimo Archiuij noſtri codici ac tabulæ*, *quam magnam appellamus*, *pari antiquitate venerabili habendum eſt*, *vſum fuiſſe*. *Pater ecce domum meam in Dei Eccleſiam ordinaui*, *infunde in eam tuam largam benedictionem omnibus ad eam venientibus*. Nec vllam annuendi moram in eo fuiſſe addit ex ijſdem monumentis, ſic enim reſpondit ſanctus Syluester: *Dominus noſter Ieſus Chriſtus*, *qui te mundauit à lepra*, *& purificauit te fonte perenni*, *per ſuam miſericordiam mundet*, *& purificet omnes huc venientes ſine peccato mortali*, *& authoritate Apoſtolorum Petri & Pauli*, *atque noſtra*, *ſit ei remiſſio omnium peccatorum*. Tabula magna, cuius meminit Raſponus adhuc extat in eadem Baſilica, & 200. annorum ætatem attingere mihi viſa eſt; codicem verò non vidi, ſed eiuſdem antiquitatis eſſe indicauit Raſponus: neque vllas antiquiorum Pontificum bullas in Archiuio contineri iam dudum notauit Sirletus in ſuis ad Cardinalem ſanctæ Crucis litteris. Idem de Baſilica Vaticana ante 370. annos ſatis indicauit Nicolaus quartus in bulla de indulgentijs eiuſdem Eccleſiæ relata per Onufrium Panuinum libro de præcipuis vrbis Romæ Baſilicis, aſſerit enim, nonnullos prædeceſſores ſuos

Tabula M.S.

Card. Raſponus.

suos, (omissis eorum nominibus) Basilicæ sancti Petri indulgentias elargitos fuisse: *Sicut*, inquit, *ad nos tam ex scriptis antiquis in Basilica illa repertis, quam ex seniorum canonicorum eius Basilicæ relatione peruenit*. Et Maffeus Veggius, qui sub Paulo III. de rebus memorabilibus Basilicæ sancti Petri opus conscripsit, quod manuscriptum sub numero 3750. seruatur in Bibliotheca Vaticana, agit de indulgentijs à Syluestro datis in dedicatione eiusdem Basilicæ: *Sicut*, inquit, *in antiquis quibusdã monumentis comperimus*. Et ante ipsum Petrus Malleus in historia de Basilica sancti Petri, anno circiter 1300. conscripta, de eiusdem Basilicæ dedicatione per Syluestrum facta, habet dumtaxat sequentia. *Et quia solemnitas maxima est, maximam remissionem eius* (Syluestri) *prudentia omnibus ad eam deuotè venientibus condonauit*. Hæc enim omnia ex antiquis potius monumentis, & maiorum traditione desumpta fuisse videntur, authenticis bullis & instrumentis, quæ his de rebus esse potuerunt, igne consumptis, hæreticorum irruptione dilaceratis, temporum denique iniuria, vt omnes asseuerant, deperditis.

Nicolaus quartus.

Maffeus Veggius MS. Bibl. Vat. codice.

Petrus Malleus.

Post Syluestrum, indulgentias Basilicæ sanctæ Mariæ Maioris, anno 433. à Xysto tertio in die consecrationis eiusdem concessas fuisse, testatus est ante 370. annos Nicolaus quartus, confirmat enim indulgentias: *Vnius anni, & quadraginta dierum à felicis record. Xysto tertio in die consecrationis Basilicæ sanctæ Mariæ Maioris de vrbe concessas*. Retulit hanc bullam Abbas Paulus de Angelis in opere suo, quod nuper Romæ de basilica sanctæ Mariæ Maioris edidit, addens: *Idemque putandum est Liberium Papam fecisse, necnon Gregorium Papam primum, quem, aiunt, quadragesimales & annuas stationes instituisse velut Ioannes Diaconus in Gregorij vita ait*. Quod de libello ait Abbas de Angelis, sola coniectura est pro qua nonnulla antiquitatis monumenta adducit, de Gregorio autem Magno plures sunt, qui vt stationes, ita indulgentias ab eodem institutas fuisse memoriæ tradiderunt. Ante annos enim 440. à Guillelmo Antissiodorensi Episcopo libro 4. summæ, tractatu sexto, capite 9. notatum fuit; quod septem annorum indulgentiæ à *Beato Gregorio in stationibus Romæ institutæ sint*. Eadem habet D. Thomas qu. 25. supplem. art. 2. quæ tamen nonnulli de Gregorio septimo ab eo dicta fuisse, intelligunt. Extat in Ecclesia sancti Saluatoris tabula quędam manuscripta, licet non adeo antiqua, in qua idem omnino confirmatur pro illa Ecclesia, habet enim: Sanctus Gregorius Papa & Doctor Ecclesiæ hanc Ecclesiam in honorem sancti Saluatoris consecrauit, ac omni-

Nicolaus quartus.

Paulus de Angelis.

Tabula M.S.

,, nibus verè pœnitentibus & ,, confessis illam deuotè visitan- ,, tibus singulis annis diebus se- ,, ptem annorum, & totidem ,, quadragesimarum, singulis ,, vero diebus quadragesimę ple- ,, nariam indulgentiam, & om- ,, nium peccatorum remissionem ,, concessit. Deinde Syluester, ,, Gregorius, & Nicolaus Ro- ,, mani Pontifices peregrinis eã ,, deuotè visitantibus etiam in- ,, dulgentiam plenariam, & om- ,, nium peccatorum remissio- ,, nem concesserunt.

Scripserat Cardinalis Sirletus, anno 1547. 26. Octobris ad Cardinalem sanctæ Crucis Sedis Apostolicæ legatum de quadam tabula marmorea in Ecclesia sanctorum Apostolorum de vrbe inuenta, quæ mentionem faciebat indulgentiarum à tempore Pelagij primi. Et licet inscriptionem illam epistolæ suæ non inseruerit, sed cuidam cartæ modo deperditæ; reperta tamen est in codice manuscripto Bibliothecæ Vaticanæ sub numero 5560. vbi continetur volumen antiquarum rerum Basilicæ 12. Apostolorum compositum anno 1454. per Volaterranum Apostolicæ Sedis protonotarium, ac eiusdem Episcopi commendatarij vicarium, vbi: *Hæc venerabilis Basilica in honorem 12. Apostolorum à Constantino fundata, postmodum ab hæreticis fuit destructa: Pelagius & Ioannes summi Pontifices eam in gradum pristinum restaurantes, multorum sanctorum corporibus, ac indulgentijs exornarunt: corporibus Apostolorum Philippi, & Iacobi Minoris in altari maiori reconditis. In dextra parte Eugeniæ Virginis, & aliorum corpora. In sinistra Sabini Martyris corpus, & cholobium beati Thomæ Apostoli. Altaria sacra seruent. Pedem Philippi, brachium Iacobi Zebedæi, Costam Laurentij: spatulam & brachium Blasij: Beatorum Apostolorum & Martyrum, supposita fenestra reponit. Semper in quarta feria in Albis, ac in Dominica, qua cantatur. Canitur tuba statio hic. Et in ea prima kal. Maij, & in prædictorum sanctorum solemnitatibus, remissionibus à Romanis Pontificibus concessis, satis dignoscitur præmunita.* Inscriptio hæc, cum mentionem faciat reliquiarũ Eugeniæ virginis, quas Volaterranus à Stephano quinto ad finem sæculi noni, ad eamdem Basilicam translatas fuisse testatur, ante tempus illud exarata esse nequit. Extat etiamnum tabula illa marmorea prope sacristiam eiusdem Ecclesiæ, cuius character 500. facilè annorum ætatem attingit. Meminit autem huius tabulæ author, Pelagij & Ioannis summorum Pontificum, qui sæculo sexto teste Anastasio Bibliothecario basilicam illa restaurarunt, qua de re etiam extat in codice Volaterani suprà citato exemplum bullæ Papæ Ioannis ter-

Tabula Marmorea apud Volaterranum.

tij,

tij, vbi dicit, Basilicam 12. Apostolorum initiatam per Pelagium prædecessorem suum, qui morte præuentus eam non absoluisse, ideoque se eam consumasse, titulumque Cardinalem constituisse, & assignasse eidem Basilicæ fines Parochiæ diuersisque donarijs donasse de suo vestiario, post quæ adiungit: *Ex parte Dei omnipotentis, & beatæ Mariæ, & autoritate Apostolorum Petri & Pauli, & omnium Apostolorum benedictionem nostram, & suorum peccatorum remissionem capituli huius, ac priuilegijs obseruantibus, & eis adiutoribus condonamus.* Incipit hæc bulla: *Ioannes Episcopus seruus seruorum Dei dilectis filijs Cardinalibus & clericis Ecclesiæ Apostolorum perpetuo in Christi seruitio manentibus.* Et post eius finem habetur: *Data temporibus Domini D. Ioannis tertij Papæ per manus Petri Episcopi Cancellarij sanctæ Sedis Apostolicæ. Mense Maio die tertia ego Cirinus in Dei nomine scriniarius sanctæ Romanæ Ecclesiæ sic inueni in carticinio priuilegio tituli Apostolorum fideliter in hac membrana exemplificaui.* Ita codex Bibliothecę Vaticanæ sub numero 5560. recentiori manu conscriptus.

Bulla Ioannis III. tributa.

Plures sunt Romæ Ecclesiæ, quæ indulgentias à recentioribus Pontificibus concessas proponunt, vt Ecclesia sanctæ Praxedis de indulgentijs pro defunctis à Paschali primo, & Ecclesia sancti Martini de monte de Indulgentijs concessis à Sergio secundo, qui anno 844. Pontificatum inijt: extat de his vltimis etiamnum in tabula marmorea inscriptio antiqua, quæ 500. annorum ætatem attingere mihi visa est, vbi cum mentio facta esset de varijs sanctorum corporibus sub Sergio secundo ad Ecclesiam illam translatis, legitur in fine: *Hæc sanctorum corpora translata sunt de cœmeterio Priscillæ via Salaria, statuens omni anno in festiuitatibus eorum indulgentiam trium annorum, & trium quadragenarum omnibus ad ea deuotè venientibus.* Ad quæ verba Cardinalis Baronius in annalibus notat: *Huc vsque vetus monumentum, quo etiam pristinum vsū sacrarum indulgentiarum expressum habes.* Et hæc sunt, quæ de antiquo indulgentiarum vsu sub illis etiam formulis, quibus nunc habentur in Ecclesia, memoriæ tradita sunt, & à viris non contemdendæ authoritatis, vt supra retulimus, confirmata fuerunt: quamuis autem singula à me ex indubitatis & certis monumentis, ac testimonijs confirmari non possint, non omnia tamen falsa dicenda esse putarem, quare nec probarem opinionem Ioannis Morini omnia antiquitatis monumenta de indulgentijs, ante Gregorij septimi, & Vrbani secundi tempora intersuppositia recensentis.

Tabula marmorea.

Baronius.

Cum Eminentissimus Cardinalis Palauicinus libro secundo

hi-

historiæ Concilij Tridentini capite 5. videret Morinum dubitasse de antiquitate inscriptionis tabulæ marmoreæ in Ecclesia sancti Martini de monte conseruatæ, adiunxit: *Cum de veritate memoratæ probationis recentior aliquis eruditus ambigere visus sit, nolo de re disceptare, neque sententiæ magis probabili, sed certæ inniti*. Nos autem, qui ætatem istius inscriptionis 600. annorum esse iudicamus, licet nullatenus dubitemus de indulgentijs à Sergio secundo concessis, facilè contra Morinum ostendere possumus etiam relictis antiquis vrbis Romæ tabulis & inscriptionibus, indulgentiarum formulas circa tempora Sergij secundi vsitatas fuisse. De Eriat enim franco, qui Monachum occiderat, & pro indulgentia sub Sergij secundi successore Romam venerat ad Hincmarum Remensem scribit in extantibus apud Iacobum Sirmondum fragmentis Nicolaus primus. *Vsque ad mortem pœnitentiæ eius quantitas extendi debuerat, sed deuotionem eius fidei, siue quia ad suffragia Apostolorum festinauerat, humanius cum illo peregimus*. Quod hìc homicida Apostolorum Basilicam pro obtinenda indulgentia accesserit, adeoque datæ basilicis indulgentię sint tam antiquæ etiam credidit Christianus Lupus tomo 5. Conciliorum, & certe humanitatem, quam sese cum homicida illo peregisse refert Nicolaus primus, veri nominis indulgentiam fuisse, nihil est, quod repugnet. Post Nicolaum primum Ioannes VIII. epistola 144. ad Galliarum Episcopos rescripsit de indulgentijs eorum, qui contra Paganos occubuerant, & ad Episcoporum quæsitum, an tales, qui pro religione aut reipublicæ statu de reliquo cæsuri sint, indulgentiam possint consequi peccatorum, respondet, Christi Dei pietate eos consequi. Quæ Eminentissimus Cardinalis Baronius rectè pro vsu indulgentiarum allegat: enim vero licet Morinus existimet, quod *In hac epistola, si diligenter attendatur, ne verbum quidem sit de Indulgentijs*. Hæc tamen Ioannis VIII. verba rem conficiunt: *Nostra præfatos mediocritate, intercessione beati Petri Apostoli, cuius potestas ligandi, atque soluendi est in cœlis & in terra, quantum fas est absoluimus*. Morinus. Ioannis VIII.

Post Ioannem VIII. varia habemus testimonia non solum Romanorum Pontificum, sed & Episcoporum, ac in primis Pontij Arelatensis Ecclesiæ Archiepiscopi, qui ad finem decimi sæculi floruit, dedit indulgentias Ecclesiæ montis maioris, & addit de publicè pœnitente: Hic talis ad dictam Ecclesiam si venerit in die dedicationis eius, aut semel in anno cum sua vigilia, & adiutorium dederit ad opera Ecclesiæ sanctæ Mariæ, quæ modo nouiter construitur in prælibato monte, ex parte Do- Pontius Arelat.

,, Domini nostri Iesu Christi, ,, & ex nostra sit absolutus de ,, tertia parte maiorum peccato- ,, rum, vnde pœnitentiam ha- ,, bet acceptam. Extat hoc Pontij diploma apud Lucam Dacherium tomo 6. Spicilegiorum. praeclarum habetur testimonium tomo primo Bibliothecæ M. SS. librorum apud Philippum Labbeum, vbi in serie Episcoporum Magalonensium sub Arnaldo refertur, quod laudatus Ediscopus pro Ecclesiæ Magalonensis restitutione confugerit ad Ioannem XIX. vulgo 20. ab eoque diploma obtinuerit cum indulgentijs pro ijs, qui Ecclesiæ restaurationem re vel opere promouerent: *Peccatorum namque suorum veniam & indulgentiam promoueri à iusto iudice Apostolica authoritate spondemus, quicumque de propria hereditate, vel de proprijs bonis offerendo, aut de beneficijs reddendo, Ecclesiam supradictam releuare nisus fuerit, nam vnam & similem mercedem accipiet, qui propria offert, & qui beneficia Ecclesiastica reddet in commune, & benedictione pariter, & absolutione Apostolica fruetur*. Hæc Ioannes XIX. qui anno 1024. pontificatum inijt, & hoc suum diploma ab omnibus Episcopis per Arnaldum inuitandis subscribi voluit, vti reipsa subscripserunt Aldericius Vercellensis, Reinaldus Papiensis, Petrus S. Ruffinæ, Ismundus Ebredunensis, Odelricus Aurelianensis, Raymundus de Mende, Deodatus Cadorcensis, Stephanus Anconiensis, Aribertus Lunensis, Aluicus Astensis, Vaudinus Taurinensis, Bernardus Agennensis, Deodatus Tholonensis, & Petrus Massiliensis. Neque hi solum diploma subscripserunt, sed & Arnaldo ad Ecclesiam suam redeunte conuocati ex Gallia & Hispania Archiepiscopi quatuor, & Episcopi decem hæc ipsa decreta Apostolica confirmarunt, decreuerunt que: Vt si quis homo in ,, vita sua hæreditatem suam ad ,, Ecclesiam supradictam post ,, mortem suam concesserit, & ,, de peccatis suis confessus fue- ,, rit, in cœmeterio Ecclesiæ me- ,, moratæ sepultus fuerit ab om- ,, nibus peccatis, & de quibus ,, pœnitentiam suscepit, absolu- ,, tus sit, & particeps fiat vitæ ,, æternæ, & regni Dei. Addi- ,, derunt etiam, vt quicumque ,, homo cuiuscumque prouinciæ ,, ad solemnitatem dedicationis ,, huius Ecclesiæ, quæ per sin- ,, gulos annos celebratur, adue- ,, nerit, de iusto labore suo, aut ,, hæreditate oblationem sanctā ,, Deo fecerit, & peccata sua eo ,, die, vel infra octo dies con- ,, fessus fuerit, si infra terminum ,, vnius anni mortuus fuerit, ,, Apostolicam absolutionem, ,, & eamdem habet remissionem ,, peccatorum, & vitam æter- ,, nam accipiat. An illustrius quidquam pro vsu indulgentiarum afferri possit, vix scio. Et

Ioannes XIX.

Episcopi Galliæ, & Hispaniæ.

vel

vel ex hoc testimonio lucet, errasse Ioannem Morinum aliosque volentes, nonnisi sub Gregorio septimo aut Vrbano secundo indulgentiarum nomen auditum fuisse.

Raimbaldus. Anno 1065. Raiambaldus cōcessit: in benedictione Ecclesiæ sanctæ Trinitatis, & sanctæ Mariæ, sanctique Ioannis ac sancti Petri in Correns, & in eius consecratione talem absolutionem, vt quicumque beneficia daturus hanc Ecclesiam ingreditur cuncta se impetrasse lætetur: & pœnitens, qui ad eam in consecratione eius aduenerit, tale remedium sibi percipiat; tertiam partem pœnitentiæ illi dimittimus, & Ecclesiam vsque ad caput anni ei reddimus & pacem & capillos incidere habeat: & si mors in capite anni euenerit, vel insuper annum, ex nostra parte absolutus permaneat, & & si in alio anno annualiter vel insuper annum in ea absolutione permaneat. Quam absolutionem à sancto Petro accepimus, cui, vt fere omnis Catholicus orbis agnoscit potestas cœlitus est collata, quamuis soluat .... vinculis, & liget quos vult in cœlo & in terra, & cui vult dimittat, & quem vult perdat. Refertur hæc absolutio à pœnitentijs, seu potius Indulgentia pœnitentialis à Luca Dacherio tomo 6. spicilegiorum, pro qua notanda sunt hæc verba: *Quam absolutionem à sancto Petro accepimus*, quibus Raimbaldus intelligit Petri successorem, seu Sedem Apostolicam, ita enim incipit apud eumdem Dacherium: *Raimbaldus seruus seruorum Dei Apostolica authoritate omnibus tam clericis, quam laicis salutem adiutorium quoque pœnitentibus concedo. In benedictione &c.* Plura verò hisce temporibus extant de Indulgentijs testimonia, vnum nimirum in litteris Ioannis XIX. de absolutione Hugonis Antissiodorensis Episcopi: *Cui*, inquit idem Pontifex, *Deo & nobis sua peccata confitenti, seseque culpabilem reddenti, plenariam à Deo pollicente promittimus consequi indulgentiæ veniam*. Accedit aliud sancti Leonis Noni testimonium, vtpote de quo ad Nicolaum secundum scripsit S. Anglorum Rex Eduardus: Leo iniunxerat nobis sub nomine obedientiæ & pœnitentiæ, propter votum, quod voueram ire Romam, & in remissionem omnium peccatorum meorum construere cœnobium monachorum in honorem Apostoli Petri. Et istam gratiam confirmauit in responso ad Regem Nicolaus II. cuius epistolam habes apud Baronium ad annum 1060. numero 9. habes etiam apud Baronium ad annum 1070. numero 18. de Alexandro II. quod dedicando Ecclesiam sancti Martini in ciui-

Ioannes XIX.

Eduardus Rex Angliæ.

tate

tate Lucensi octauam dedicationis singulis annis celebrari præcepit, *concessa*, inquit, *indulgentia pœnitentiæ*. Citatque in margine codicem antiquum Archiuij cathedralis Lucensis Ecclesiæ, qui asseruatur in Bibliotheca Vaticana.

Ex cod. M.S. Archiuij Lucensis.

De Gregorio septimo Alexandri secundi successore Indulgentias concedente ijs, qui Rodulpho adhærerent, habemus sequentia in excommunicatione Henrici Regis: *Largior & concedo omnibus sibi fideliter adherentibus absolutionem omnium peccatorũ nostramque benedictionem in hac vita, & in futura*. Et Leodicensi clero Henrico adhærenti, ac eiusmodi indulgentias tamquam sine causa concessas repudianti occurrit Paschalis secundus, vt fusius apud Christianum Lupum parte 5. de Victore tertio refert Leo Cassinensis libro 3. capite 70. Æstuabat idem Apostolicis Victor Saracenorum in Africa morantium superbiam frangere, perfidiamque conterere. Concilio itaque cum Episcopis, & Cardinalibus habito, ex omnibus ferè Italiæ populis exercitum congregans, illisque vexillum B. Petri Apostoli tradens sub remissione peccatorum omnium contra infideles, impiosque in Africam dirigit. Huius verò vestigia insecutus Vrbanus secundus in Concilio Calaromontano anno 1095. concessit indulgentias ijs, qui iter contra Saracenos susciperent pro liberatione terræ sanctæ. Orationem Vrbani in Concilio habitam refert Guillelmus Tyrius, & in ea dixit Pontifex: „ Nos autem de misericordia Dei, & beati Petri & Pauli Apostolorum authoritate confisi, fidelibus Christianis, qui contra eos arma susceperint, & onus sibi huius peregrinationis assumpserint, immensas pro suis delictis pœnitentias relaxamus. Firmauit hasce indulgentias totum Concilium, quod canone 2. statuit: *Quicumque pro sola deuotione, non pro honoris vel pecuniæ adeptione ad liberandam Ecclesiam Dei Ierusalem profectus fuerit, iter illud pro omni pœnitentia reputetur*. Adfuerunt vero cum Pontifice & Cardinalibus, Archiepiscopi & Episcopi 238. Abbates 90. quorum zelum postea promouit D. Bernardus sanctitate, & miraculis clarus, dum pro expeditione iussus est à Sede Apostolica nomine Romanæ Ecclesiæ Indulgentias exponere populis atque Principibus Catholicis. Epistolæ tenorem, qua ipsum mandatum fuit D. Bernardo, habes apud Gotfridum monachum libro 3. de vita Bernardi, capite 4. *Epistolæ tenor fuit, vt in pœnitentiam & in remissionem peccatorum iter arriperent, aut liberaturi fratres, aut suas pro illis animas posituri*. Et addit Goffridus: *Euidenter verbum hoc prædicauit*

Gregorius VII.

Leo Cassinensis.

Vrbanus II.

Can. 2. Concilis Claromontani.

Goffridus monachus.

uit Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis. Signorum vero vnum refert de puero cœco, quem Bernardus in confirmationem prædicationis à sese factæ illuminari rogauit, & in conspectu omnium diuina virtute illuminatum obtinuit: Hec Bernardus, quæ vel ipsos hæreticos rubore perfundere deberent.

Plures post Bernardi tempora habemus Pontifices Indulgentiarum vsum approbantes, enimuerò extat epistola Eugenij quarti ad Ludouicum Galliarum Regem, in qua indulgentias Vrbani secundi confirmat: Gregorius VIII. qui anno 1187. Pontificatum adeptus est, audita clade Hierosolymitana easdem Indulgentias renouauit in ea, quam ad omnes Christi fideles scripsit epistola, concessam à prædecessore Indulgentiam confirmauit Clemens III. eamque Innocentius III. etiam extendit ad omnes illos, qui bona sua in cruciatorum subuentionem offerent: Huius quoque
„ remissionis volumus, & con-
„ cedimus esse participes, iuxta
„ quantitatem subsidij, & deuo-
„ tionis affectum, omnes, qui
„ ad subuentionem ipsius terræ,
„ de bonis suis congruè mini-
„ strabunt. Ita habes in epistola Innocentij III. quam ad omnes per occidentem transmisit fideles, confirmataque fuit sub eodem Pontifice in Concilio Oecumenico Lateranensi 4. cui anno 1215. quadringenti duodecim affuere Episcopi, & post Gregorium IX. sub Innocentio IV. in Concilio Lugdunensi primo, vt manifestum fit ex eorum actis, neque post illa vniuersalis Ecclesiæ testimonia pro recto indulgentiarum vsu alijs indigemus.

CAPVT SEXTVM.

De Indulgentijs questuarijs, & quid earum occasione actum sit in Ecclesia.

QVod subsequentes Vrbanum secundum Pontifices cunctis in Syriam pro recuperatione terræ sanctæ proficiscentibus dederint plenarias indulgentias, abundè monstratum est suprà: quod item Victor similem gratiam fecerit proficiscentibus contra Saracenos in Africam, testatus est Leo Ostiensis: Innocentium quoque tertium Indulgentias concessisse procedentibus in Hispaniam contra Mauros, vel in prouincias contra hæreticos, constat ex eo, quod illas in epistola sua ad Clerum Moguntinum reuocet: *Remissiones*, inquit, Innocentius III. *& indulgentias hactenus à nobis con-*

concessas procedentibus in Hispaniam contra Mauros, vel contra Hæreticos in prouincia, reuocamus: maximè cum illis concessæ fuerint ad tempus, quod iam ex toto præterijt, & istis ob causis, quæ iam maiori ex parte cessauit. Hæretici, quorum meminit Innocentius tertius, sunt Albigenses, qui ex plebeorum cœtu eruperant in publicum, & ignari planè ac rudes tanto cum furore Ecclesiam inuaserant, vt opus fuerit armata manu ad eos compescendos: rem nobis enarrat Matthæus Parisiensis, qui ad annom 1213. habet de Innocentio tertio, quod

Matthæus Paris.

,, missis prædicatoribus ad omnes regiones occidentis, Principibus alijsque populis Christianis in suorum remissionem peccatorum iniunxit vt se cruce signarent ad hanc pestem extirpandam. Addit, Albigenses in Gallia tunc degentes cruciatorum armis fuisse superatos, id quod in causa fuit, cur Innocentius concessas à se indulgentias reuocarit: eas exortis denuo Albingensibus suo tempore renouauit Gregorius nonus, sub quo idem Matthæus Parisiensis ad annum 1234. *Compressa est eorum superstitiosa præsumptio à fidelibus Christianis qui ad mandatum Gregorij Papæ ex diuersis regionibus occidentis cruce signati aduenerant, ad defensionem fidei Christianæ.*

Atqui hæc quidem de Albigensibus seu Vualdensibus, de quibus Bernardus Abbas fontis

Bernardus Abbas.

,, calidi: Sanctæ Romanæ Ecclesiæ præsidente Domino Lucio, inclitæ recordationis, subito extulerunt caput noui hæretici: qui quodam præsagio futurorum sortiti vocabulum dicti sunt Vualdenses. Floruit Lucius Papa anno 1181. qui Pontificatum inijt, & quamuis Bernardus Abbas testetur, Vualdenses à Lucio damnatos fuisse, non meminit tamen sub laudato Pontifice vllius cruciati; neque ille, neque editi à Iacobo Gretsero alij scriptores duo, qui ad finem duodecimi sæculi vixisse creduntur, Ebrardus nimirum Bethuniensis, & Eumengardus, qui omnes sectam Vualdensium impugnarunt, vllam mentionem fecerunt de impugnatis per eos indulgentijs. Videntur id primum attentasse, postquam Innocentius tertius concessit Indulgentijs, cruce signatos excitauit, quod Godefridus in annalibus ad annum 1210. reijcit. Verisimile namque videtur, Albigenses ex odio Indulgentiarum, quarum elargitione fideles excitati erant ad eorum ruinam, hunc in primis excogitasse articulum, quem Rogerius Houedius in annalibus Anglicanis refert ordine nonum. *Satisfactionem tertiam partem pœnitentiæ Sacramenti auferebant.* Vnde Lucas Tudensis in Hispania Episcopus, qui circa annum 1225. floruit, in ijs, quos contra Albigenses scripsit, libris, ha-

Houedius.

Lucas Tudensis libro 1. cap. 8. bet caput speciale *contra eos, qui dicent indulgentijs prælatorum in nullo subleuari animas defunctorum*. Et Petrus Pilichdorffius, qui postea floruit, in libro contra Vualdenses expressè agit capite

Petrus Pilichdorf. 30. *De incredulitate indulgentiarum*. Caput vero inchoat hisce verbis: *Item reprobant hæretici Vualdenses indulgentias prælatorum Ecclesiæ*. Et Anonymus Petro Pilichdorffio subiunctas:

Anonymus. *Indulgentias & remissiones, quæ per Episcopos fiunt, nullius esse vtilitatis & momenti asserunt*. Addit verò Pilichdorffius capite citato: Quare autem non solum Vualdenses hæretici, immo multi Catholici, quandoque titabant de Indulgentijs, hoc facit indiscreta pronunciatio quęstuosorum sacerdotum; qui indifferenter omnibus hominibus, hoc & illud facientibus Indulgentias promittunt. Et hoc non est de mente Domini Papæ, aut aliorum prælatorum, qui non dant eas nisi verè pœnitentibus & confessis, & contritis. Scripsit hic Petrus Pilichdorffius anno 1395. vt quę de Vualdensibus ob quæstuariorum prædicationes Indulgentias reijcientibus habet, intelligenda sint potius de ijs, qui suo tempore viuebant, quam qui sæculo 12. aut ad decimi tertij primordia floruerant, contra quos non memini ab Innocentio tertio quęstuarias Indulgentias fuisse concessas. Rectè tamen dicit Pilichdorffius, abusus quęstuariorum sacerdotum non esse de mente Domini Papæ: Nam licet Innocentius tertius quęstuarias Indulgentias non concesserat contra Albingenses, concessæ tamen fuerant ob alias rationes à Pontificibus & Episcopis, qui iuxta vigentem tunc disciplinam de redimendis pœnitentijs, Indulgentias dederant ijs, qui bona sua offerebant ad ædificandas aut reparandas Ecclesias, hospitalia, & alia loca sacra, & harum Indulgentiarum prædicatores, qui quęstuarij dicebantur, in varijs excessisse, etiam ipsis Innocentij temporibus, fidem facit Concilium Lateranense 4. quod canone 62. statuit: Prælati vero de cætero non permittant illos, qui ad eorum Ecclesias causa venerationis accedant, vanis figmentis, aut falsis decipi documentis, sicut & in plerisque locis occasione quęstus fieri consueuit. Eleemosynarum quoque quęstores, quorum quidam se alios mentiendo abusiones nonnullas in sua prædicatione proponunt, admitti, nisi Apostolicas, vel Diœcesani Episcopi literas veras exhibeant, prohibemus. Et tunc præter id quod in ipsis continebitur litteris, nihil populo proponere permittantur. Formam verò, quam communiter talibus Apostolica Sedes indulget, duximus exprimendam: vt secundum Concil. Lateran.

eam

eam Diœcesani Episcopi suas litteras moderentur. Ea siquidem talis est.

Forma litterarum Prædicatorum:

QVoniam (vt ait Apostolus) omnes stabimus ante tribunal Christi, recepturi prout in corpore gessimus, siue malum fuerit: oportet nos diem messionis extremæ misericordiæ operibus præuenire, ac æternorum intuitu seminare in terris, quod reddente Domino cum multiplicato fructu colligere debeamus in cœlis, firmam spem, fiduciamque tenentes, quoniam qui parcè seminat, parcè & metet, & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet in vitam æternam. Cum igitur ad sustentationem fratrum & egenorum ad tale confluentium hospitale propriæ non suppetant facultates, vniuersitatem vestram monemus, & exhortamur in Domino, atque in remissionem vobis iniungimus peccatorum, quatenus de bonis à Deo vobis collatis pias eleemosynas, & grata eis charitatis subsidia erogetis: vt per subuentionem vestram ipsorum inopiæ consulatur, & vos per hæc & per alia bona, quæ Domino inspirante feceritis, ad æterna possitis gaudia peruenire.

Qui autem ad quærendas eleemosynas destinatur modesti sint & discreti, nec in tabernis aut locis alijs incongruis hospitentur, nec inutiles faciant, aut sumptuosas expensas: cauentes omnino, ne falsæ religionis habitum gestent.

Adhæc; quia per indiscretas, & superfluas indulgentias, quas quidam Ecclesiarum prælati facere non verentur, & claues Ecclesiæ contemnuntur, & pœnitentialis satisfactio eneruatur: decernimus vt cum dedicatur Basilica, non extendatur indulgentia vltra annum, siue ab vno solo siue à pluribus Episcopis dedicetur: deinde in anniuersario dedicationis tempore quadraginta dies de iniunctis pœnitentijs indulta remissio non excedat. Hunc quoque dierum numerum Indulgentiarum literas præcipimus moderari, quæ pro quibuslibet causis aliquoties conceduntur: cum Romanus Pontifex, qui plenitudinem obtinet potestatis, hoc in tabulis moderamen consueuit obseruare. Hæc numerosissimum illud illud ex omni Occidente adunatum sub Innocentio tertio Concilium, ex quibus notanda sunt varia, ac illud in

in primis, quod ſpectat ad quæſtores: vt enim rectè Chriſtianus Lupus, dum ſacrum aliquod bellum inchoandum erat, templum aut hoſpitale ædificatum, indulgentiales litteras concedebant Pontifices aut Epiſcopi, inſtituebantque prædicatores, qui per ſingula oppida & pagos adiuuarent Indulgentias ſuis concionibus, & pœnitentium oblationes colligerent: hos vero prædicatores vocauit iſta ætas eleemoſynarum quæſtores, ac prædicatores quæſtuarios, & quia pedetentim in varios lapſi erant exceſſus, non Albingenſes ſolum contra Indulgentias excitati ſunt, ſed & ipſum Concilium ad eorum impudentiam refrenandam ſuperius allata conſtituit: notanda ſunt hæc Synodi verba, *quidam ſe alios mentiendo*. Quo populum in largas eleemoſynas circumſcriberent, iſti paraſiti aſſumebant monaſticum habitum, id, quod Synodus vetat. *Ne falsæ religionis habitum gerant*. Concionando inſuper, *abuſus nonnullos in ſua prædicatione proponebant*. Nempe cauſam, ob quam indulgentias acquiſiuerant, fingebant longè maiorem, & Indulgentias ipſas ſæpius adulterabant, vel extendebant vltra metam in litteris præſcriptam: vnde Concilium expreſsè ſtatuit, vt nulli quæſtores ſubinde admitterentur, niſi litteris eorum examinatis, quarum formam ab Apoſtolica Sede obſeruari conſuetam ibibem adiungit. Erant demum complures quæſtuarij, qui ex fidelium eleemoſynis bacchanalia exercebant, vnde & ſubiunxit Concilium, *nec in tabernis aut locis alijs incongruis hoſpitentur, nec inutiles faciant aut ſumptuoſas expenſas*. Atque hos & ſimiles quæſtuariorum exceſſus, ſemper abominata eſt Eccleſia.

Erant & alij exceſſus in litteris Indulgentiarum, quos committebant ipſis Eccleſiarum prælati concedendo ſuperfluas & indiſcretas Indulgentias, & hoc etiam compeſcuit ſacrum Concilium: habebant ante Innocentium tertium omnes Epiſcopi limitatam poteſtatem concedendi dndulgentias locis & perſonis in ſua diœceſi conſtitutis, hanc ob varios exceſſus limitare voluit Lateranenſis ſub Innocentio Synodus, & ſtatuit, vt in dedicatione alicuius Eccleſiæ, ſiue vnus ſiue plures Epiſcopi non concederent Indulgentias vltra annum, & in anniuerſario dedicationis non vltra quadraginta dies. Addit inſuper Concilium, *hunc quoque dierum numerum Indulgentiarum litteris præcipimus moderari, quæ pro quibuſlibet cauſis aliquoties conceduntur*. Hæc Synodus Lateranenſis, quæ per Indulgentiarum litteras intelligit illas, quas ſecum ferebant prædicatores quæſtuarij, quorum impudentiæ per has frenum iniici debuiſſet: at tantum abeſt, quæſtorum exceſſus fuiſſe correctos, vt Synodus Exonienſis

ſis in Anglia tomo 2. collectionis Conciliorum Britanniæ ſtatuerit canone 47. de quæſtoribus eleemoſynarum: Quot errores, quantoſque aduſiones eleemoſynarum quæſtores hactenus prædicauerunt populo Christiano ſatis per orbem nouimus diuulgatum. Ipſi etenim cum ſint idiotæ, vitæ pariter communiter inhoneſtæ: confingentes ſe peritos, & vitæ ſanctitatem exterius prætendentes cum audacia quadam præſumpta prædicandi aſſumunt officium. Qui vero nuſquam diuini verbi notitiam habuerunt, inter cætera erronea, quæ proferunt mendaciter aſſerunt ſe habere multo plures & maiores indulgentias, quam habeant: vt ſic ſimplicium alliciant animos ad maiores eleemoſynas largiendas, quas poſtea in ebrietatibus & luxurijs in omni conſpectu prodigaliter conſumere non erubeſcunt. Vnde euenit, vt veræ & fructuoſæ indulgentiæ, à nonnullis ſæpius contemnantur. Quapropter prohibemus ſubditis noſtris, ne quæſtorem eleemoſynarum vllum admittant, niſi litteris noſtris munitus exiſtat: & tunc prædicare minime permittatur, ſed cappellis Parochialibus ipſius negotia & indulgentias pro vt à litteris Papalibus vel noſtris valeat elicere, euidenter plebi exponat fideliter. Nec credant ſchedulis falſis, quas ipſi ſæpius porrigunt: niſi ſchedulæ prius per nos fuerint examinatæ, & approbatę noſtri impreſſione ſigilli. Ita Synodus Exonieſis in Anglia anno Domini 1287. tempore ſedis vacantis.

Synod. Exonienſis.

Acrius in quoſdam quæſtuarios animaduertit Synodus Colonienſis anno circiter 1300. ſub Bonifacio, dũ ſtatuit canone 12. Sacerdotes non permittant quæſtionarios Goliardos, vel quoſcumque alios ignotos, intra Parochiam ſuam in Eccleſia vel in via, vel in platea, vel in quibuſcumque locis parochiæ ſuę prędicare, vel oſtiatim deferre indulgentias pro quæſtu faciendo. Quæſtuarij Goliardi vel alij ignoti, quorum meminit Synodus Colonienſis, erant nebulones & falſarij, qui ſub ementito prædicatorum titulo decipiebant fideles, & oſtiatim deferebant indulgentias prætio illas cuicumque offerentes, idque cum maximo omnium Catholicorum ſcandalo, vnde vocatus ad Concilium Viennenſe Durandus Mimatenſis Epiſcopus, in eo, quod mandato Clementis Papæ quinti in Concilio Viennenſi edidit tractatu parte 3. titulo 15. monuit, agendum eſſe de quæſtoribus, & eorum abuſibus: Item cum in anniuerſali Eccleſia, quæſtores multos errores diſſeminent, multoſque ſeducant ſimplices, & multas abuſiones. Pro-

Synod. Colonienſ.

Gul. Durant.

,, procurent, & vitam gerant
,, enormiter dissolutam, in tan-
,, tum, quod patet risui, pote-
,, stasque clauium Ecclesiæ con-
,, temnitur, cum pro vno obulo
,, vel nihilo, indulgentia conce-
,, datur, nec proficiat proui-
,, sio Concilij Lateranensis de
,, pœnitentia & remissionibus,
,, cum ex eo propter eorum im-
,, portunitatem, & propter pe-
,, cunias, quas effundunt in va-
,, rijs Episcoporum, à quibus
,, litteras obtinent quæstuosas,
,, ac Indulgentiarum & de audi-
,, entia ab Ecclesiarum rectori-
,, bus curatis populis sub magna
,, pœna paranda eisdem: & ex
,, hoc diuina officia perturben-
,, tur, sermones, & prædicatio-
,, nes impediantur, & populi
,, extra voluntatem propriam re-
,, tinentur in Ecclesijs: con-
,, temnantque impositas pœni-
,, tentias ab eorum Curatis, &
,, confessoribus adimplere, pu-
,, tantes se absolui propter dictas
,, Indulgentias ab eisdem: &
,, propter facilitatem veniæ pro
,, oblo obtinendæ, & pecuniæ
,, redimendæ delinquere non
,, formidant. 11. quæst. 3. pau-
,, per. de sententia excomm. vt
,, fame. l. de si lapsis. Videre-
,, tur super hoc de competenti
,, remedio prouidendum, & in-
,, super quod cessarent quæstus
,, cursorum & munitorum Ro-
,, manæ curiæ.

Duo habet Durandus hocce in loco, tam graues nimirum esse quæstuariorum excessus, vt super hoc in Synodo Viennensi de competenti remedio sit prouidendum: deinde in tanta excessuum exorbitantia nullum remedium aptius videri, quam vt cessarent omnes quæstus cursorum. Horum primum perbenignè accepit Clemens quintus, qui in Concilio Viennensi anno 1311. remedium à Concilio Lateranensi quarto adinuentum de non recipiendis quæstoribus sine Pontificijs, aut Episcoporum litteris vocauit, additque, per Diœcesanos litteras prius examinandas, antequam admittantur, nec permitti posse, vt vllatenus populo prædicent, vel aliud exponant, quam quod in litteris continebatur: abusus vero, quos ibidem enumerat, à quæstoribus de cætero attentari vetat, omnia priuilegia, si quæ fuissent concessa renouans, & annullans. Habes hoc Viennensis Concilij decretum in Clement. libro 5. titulo 2. *De abusionibus*. Et hoc ipsum contra quæstores renouauit Concilium Toletanum in Hispania anno 1247. canone 3. vbi Episcopis, & capitulis mandatur, vt *constitutionem felicis recordationis Domini Clementis Papæ quinti, quæ incipit abusionibus in Concilio Viennensi contra quæstores huiusmodi editam, in omnibus faciant inuiolabiliter obseruari*. Eamdem planè Clementis constitutionem renouauit Concilium Narbonense in Gallia, quod anno 1374. statuit canone

23.

Concil. Narbon. 23. *Quod quæstores quicumque sine litteris ordinariorum minime recipiantur, nec ad prædicandum admittantur*. Sed ad expositionem ipsorum tantum, quæ in litteris continentur. Sicque perrexit semper Ecclesia corrigere abusus, quæstuariorum sacerdotum aut prædicatorum, & ipsum Constantiense Concilium inter articulos, ob quos tempore schismatis degradauit Ioannem XXIII. habet sessione xi. hunc articulum

Conc. constant. „ ordine 22. Item quod dictus „ Dominus Ioannes Papa supradicto Nicolao mercatore, vt „ præfertur in legatione existente, concessit, indulsit & commisit, vt idem Nicolaus quibuscumque hominibus vtriusque sexus ad suæ libitum voluntatis deputare posset confessores. Et quod huiusmodi confessores deputati absoluere possent à pœna, & à culpa, certis tamen pecunijs taxatis mediantibus. Quas quidem prætensas Indulgentias idem mercator publicauit, & publicari fecit in certis locis ciuitatibus & vllis, vtpote Traiecti, Mechliniæ, Antuerpiæ, & alibi, de quibus maximas pecuniarum summas exhausit & extorsit, Christi fideles seducendo, ac statum & vitam totius Ecclesiæ Catholicæ enormiter scandalizando.

Dum hæc anno 1415. opposuit Ioanni XXIII. sacra Constantiensis Synodus, exortus iam erat in Anglia Ioannes Wiclephus, qui ex tanta quæstorum exorbitantia non modo ad damnandum excessus, sed ad ipsam Indulgentiarum virtutem improbandam peruenerat. Articulus eius 42. à Concilio Constantiensi relatus est iste: *Fatuum est credere Indulgentijs Papæ, & Episcoporum*. Art. Vviclephi. Hunc articulum probatum fuisse à Ioanne Hus, dubitari non sinit eadem Synodus: fuit hic Ioannes pessimus Hæresiarcha, qui Bohemiam tunc temporis peruertebat, narratque Æneas Syluius in historia Bohemica contra Ladislaum Regem Neapolitanum defendentes, illæ ipsæ Indulgentiæ prædicatæ sint in Ecclesia Pragensi: *Quod*, inquit, *cum quidam sordidæ artis homines audissent Ioannem Papam Antichristum esse magna voce clamauerunt, qui crucem contra Christianos decerneret*. Eneas Syluius. Sordidæ artis homines erant Ioannis Hus sequaces, qui in regno Bohemiæ Hussitarum sectam conflarunt, contra quos in Synodo Basileensi egit pro indulgentiarum virtute editus à Canisio tomo 3. antiquar. lect. Ægidius Carler Cameracensis, vti etiam omnis Ecclesia in Concilio Constantiensi specialiter, quoad hoc per Martinum quintum probato, vt contra istorum Hæreticorum deliria manserit in suo sensu Ecclesia, ipso Basileensi Concilio anno 1436. concedente Indulgentias remissionis omnium peccatorum semel in vita, & semel in mor-

morte in fauorem subsidij pro reductione Græcorum procurandi.

Iulius Secundus quoque indulgentias concesserat ijs, qui inchoatam sancti Petri Basilicam Bonorum elargitione promouerent, id quod Leo XX. confirmando quæstuarios prædicatores per Germaniam institui permisit, qui dum munus suum nimis vehementer executi videbantur, occasionem dedisse feruntur schismati Lutherano, de quo in libello smalcaldico Ioachimus Camerarius:

Ioan. Camerar. „ Motum est hoc negotium ab „ initio ex improbis & ad quæ„ stum paratis nundinationibus, „ cum nonnulli audaces, vel po„ tius impudentes homines, no„ mine Papæ abuterentur ad de„ cipiendos simplices, & Reli„ giosos Germanos, ex quorum „ superstitione mercedem spon„ tè oblatam illi tamquam fru„ ctum aliquem colligerent. Addit plura de excessibus quæstuariorum sacerdotum ex quorum impudentia Lutherum debacchandi ansam suscepisse, ipse Lutherus testatus est in præfatione suorum operum tomo primo,

Lutherus. „ vbi: Igitur cum anno 1517. „ Indulgentiæ in his regionibus „ venderentur turpissimo quæ„ stu, ego tum eram conciona„ tor iuuenis (vt dicitur) do„ ctor Theologiæ, & cœpi dis„ suadere populis, & eos dehor„ tari, ne iudulgentiarum cla„ moribus aurem præberent, ha„ bere eos meliora, quæ facerent, „ & in ijs certis mihi videbar, „ me habiturum Patronum Pa„ pam, cuius fiducia tum forti„ ter nitebar, qui in suis decre„ tis clarissimè damnat qæsto„ rum (ita vocat indulgentiarum „ prædicatores) immodestiam. Hæc ibi Lutherus, sub cuius verbis venenum latet: fingit namque, se egsse primò contra quæstorum exorbitantiam, quam semper improbauit vniuersa sub cœlo Ecclesia, cum tamen sub illa exorbitantia comprehendat prædicationem indulgentiarum pro Romanæ Basilicæ, operis toto orbe celeberrimi, ædificio., quas prædicationes aut indulgentias à plurimis sæculis admiserat Orthodoxa totius Occidentis Ecclesia. Cæterum cum toties pretextu quęstuariorum prædicatorum exortæ fuissent difficultates inter Catholicos, probato indulgentiarum vsu, quæstuarios prædicatores sustulit post Synodum Tridentinam Romana Eecclesia, nec quæstuariæ Indulgentiæ fuerunt exinde vsitatæ, nec his corruptissimis sæculis, vt rectè obseruat Lupus, sunt resumendæ.

CA-

CAPVT SEPTIMVM.

De varijs Indulgentiarum formulis in Ecclesia Latina.

PRO huius differtationis coronide, agendum nobis est de varijs Indulgentiarum formulis: ac primo quidem repetendam non existimamus formulã à martyribus pro lapsis obseruari consuetam, neque adferre necesse est illa Luciani à cunctis per Africam Episcopis improbatam: *Communicet ille cum suis*. Sufficit namque hic obseruare, pœnitentiam tota vita peragendam pro delictis, quæ æterno iudici reseruabat Ecclesiã, martyrum meritis intercedentibus fuisse condonatam, & remissam, & sic ab Episcopis nomine Christi pœnitentes absolutos fuisse à culpa, & omni vlteriori satisfactione tam hic quam in alio fæculo peragenda: *Qui libellos à martyribus acceperunt*, inquit D. Cyprianus epistola 13. *prerogatiua eorum adiuuari apud Deum possunt*. Et alibi: *Deus pœnitenti, operanti, roganti potest clementer ignoscere, potest in acceptum referre, quidquid pro talibus & petierint martyres, & fecerint sacerdotes*. Vnde & de lapsis in exitu constitutis: *Cum pace sibi à martyribus promissa ad Dominum remittantur*.

Neque sola peccata lapsis, mœchię, & homicidij diuino iudicio reseruata per martyrum intercessionem fuisse ab Episcopis condonata, quoad satisfactionem in hac & futura vita peragendam, sed & alia etiam peccata omnia, pro quibus pœnitendum erat per septem, decem & quindecim annos, fuisse remissa. Iam suprà abunde monstratum est ex Concilio Ancyrano Neocæsareensi, Nicæno & alijs, iuxta quæ vidimus sanctissimos Patres, Basilium, & Gregorium Nyssenum indulsisse pœnitentibus loco superius notato, vbi id ostendimus ex ipsorum epistolis canonicis. Si quisquam in primo pœnitentiæ gradu monstrassent veram cordis compunctionem, indulgebant Orientales Episcopi, vt breuiori tempore ascenderent ad secundum pœnitentiæ gradum, à quo iterum facilè liberati permittebantur ascendere ad tertium, & quartum, vt quindecim annorum pœnitentia poterit perfici dimidio tempore ex Episcopali indulgentia, quæ pœnitentem communioni reddens iuxta Nicolaum Cusanum liberum reddebat ab omni satisfactione vel hic, vel in alia vita peragenda: *Si quis pro vno simplici peccato mortali*, inquit Cusa, *septem ageret pœnitentiam iuxta canonum decreta, in forma per Bartholomęum descripta. Et pro duplici* Nicol. Cusa.

peccato mortali, ut est adulterium & similia, quatuordecim annis iuxta præmissa pœniteret, nullam & tunc post hanc vitam subiturum pœnitentiam. Supponit Cusa Ecclesiam potestatem habere determinandi tempus satisfactionis, quod exsoluendæ vniuscuiusque peccati pœnitentiæ debetur, & Ecclesiæ sensum ea de re canonibus expressum esse præoccupatum in cœlo iudicium, iuxta illud Christi: *Quodcumque solueritis super terram erit solutum, & in cœlis*. Verum dubitat de hac Cusani sententia Christianus Lupus, qui non putat Ecclesiam per septennij pœnitentiã imponere voluisse illud, quod ad plenam satisfactionem omnino sufficiat, cum pro vnico adulterio, quod primitiua Ecclesia diuino iudicio reseruabat, totius vitæ pœnitentiam requireret, & Magni Basilij mollior disciplina vnicum adulterium quindecim annorum pœnitentiæ subijceret. Voluit Christianus Lupus publicas illas pœnitentias, vt satisfactiones priuatas tantum de pœna in futuro sæculo peragenda remittere, quantum apud diuinæ maiestatis tribunal iudicatur pro pœnitentijs illis remittendum esse, & consequenter indulgentias Episcopales primis Ecclesiæ sæculis tantum remisisse de pœnis in futuro sæculo soluendis, quantum ipsæ pœnitentiæ in hac vita peractæ apud Deum valuissent.

De redemptionibus à tempore Gregorij Magni in Ecclesia vsitatis, notandum omninò, quod mutato pœnitentię rigore, mutata quoquè videatur Indulgentiæ formula, non agimus hic de indulgentia sub illo nomine, quo nunc vsurpatur in Ecclesia, sed de alijs formulis, quarum vna fuit redemptio pœnitentiarum à tempore Gregorij Magni instituta, à quo tempore pro quindecim, & decem annorum pœnitentia septennis introducta fuit vt rigorosissima, & sublatis è medio quatuor distinctis pœnitentium gradibus, imposita fuerunt ieiunia in pane & aqua tribus per septimanam diebus, ita vt reliquis tribus, à carne lacticinijs & vino abstinuerent primo anno, & secundo anno ieiunarent eo modo tres quadragesimas, ante Pascha nimirum, ante S. Ioannem Baptistam, & ante Natalem Domini, reliquis septimanis tantum tribus diebus ieiunarent vsque ad vesperam, vt vidimus supra capite 4. de redemptionibus pœnitentiarũ, quas ostendimus ab omni occidente fuisse concessas, sic vt indulgentia Synodorum & Pontificum tunc fuerint in concedendis leuioribus satisfactionum operibus, pro grauioribus iuxta vigentem, tunc Ecclesiæ disciplinam, impositis. Quod opera leuiora, quibus pœnitentias redimere licebat, fuerint eleemosynæ pro ædificandis Basilicis hospitalibus, & locis pijs, elargitæ, iam supra vidimus, vbi & adduximus hanc

in

in rem testimonia Diui Petri Damiani, ex quo notanda est pœnitentia illa, quam Vuido Mediolanensis Archiepiscopus sibi impositam redemit: *Centum annorum sibi pœnitentiam indidit, redemptionemque taxatam per vnumquemque annum pecuniæ quantitate præfixit*. Redemptio erat quædam indulgentiarum formula, qua pœnitenti certus dierum quadragenarum, & annorum numerus indulgebatur. Sic Ioannes XX. in Concilio Aueniouensi anno 1326. capite primo concessit præsentibus in missa Beatæ Mariæ Virginis singulis septimanis celebranda decem dierum indulgentias, & capite 2. illis, qui concomitabuntur corpus Christi: *De die vel de nocte sine luminaribus, decem dies, qui vero cum luminaribus, vel etiam luminaria mittent per alium, de die viginti dies, de nocte triginta dierum indulgentiam ex concessione nostra, dum tamen verè pœnitentes & confessi fuerint, habituris*. Et Pontius Atrebatensis Episcopus in translatione reliquiarum S. Bertillæ statuit: *Indulgentiam fieri spiritualem triginta dies de iniunctis sibi pœnitentijs relaxando*. Et Concilium Rauennatense 4. anno 1317. rubrica 22. *Relaxamus quoque eadem authoritate omnibus & singulis verè pœnitentibus & confessis, qui ad hoc sacrum Concilium accesserunt vel pro eo laborabunt de iniunctis pœnitentijs quadraginta dies*. Centena testimonia similia habentur in Synodis, vti & Pontificum & Episcoporum litteris, ad quæ omnino notandum, tot dierum Indulgentias nihil aliud esse, quam remissio agendæ per decem, viginti, triginta & quadraginta dies etiam in purgatorio pœnitentiæ.

Concil. Aueniou. — Pontius Arelat. — Conc. Rauenn.

Iam dicendum est de quadragena, cuius sæpe fit mentio in epistolis Indulgentiarum: data anno 1279. à 12. Italiæ Episcopis Indulgentia habet de visitantibus certo tempore capellam S. Cuneberti: *Singulis singulas dierum quadragenas de iniunctis sibi pœnitentijs (dummodo consensus diœcesani accesserit) relaxant*. Et Eugenius IV. subsidium pro Græcis exquirens, datas à sese Indulgentias publicari iussit, & prædicatoribus ac eorum beneuolis auditoribus: *Duos annos & totidem quadragenas de iniunctis pœnitentijs relaxauit*. Concilium quoque Basileense manus adiutrices porrigentibus ad subsidium pro reductione Græcorum: *Erogantibus autem ad idem opus, quantum vna die pro se, suæque familiæ expensis expenderent, vel si de proprijs viuerent, exponerent, septem annos & totidem quadragenas de iniunctis sibi pœnitentijs elargitur*. Quadragenæ sunt omnino quadragesimæ illæ, quarum mentio reperitur apud Theodorum Cantuariensem, Rheginonem, Burchardum, & Iuonem Carnotensem, vbi

Episcopi Italiæ. — Eugenius IV. — Concil. Basil.

vbi agunt de redemptionibus pœnitentiarum cum enim tres per annum quadragesimæ essent in quibus pœnitentes abstinebant à carne lacticinijs, vino, ac piscibus, vsus obtinuit, vt illæ quadragenæ vocarentur, & in aliquibus Pontificum diplomatibus Carenæ, sic dictæ à carendo lautiori potu & cibo. Indulgentia vero quadragenarum erat remissio agendæ per illas quadragesimas pœnitentiæ; & primariè locum habebat in ijs, quibus similes pœnitentiæ erant iniunctæ, vnde & vtique additur, de iniunctis sibi pœnitentijs.

Sequitur vt agamus de annis, quorum indulgentia frequens est apud omnes. Concedebantur quoque trium, quandoque septem, decem, viginti, quinquaginta, aut etiam centum annorum indulgentiæ, non quod Pontifices hoc concedentes voluerint, quod homines centum annis viuerent, sed quod centum annis in pœnitentia degere oportet, antequam pœnam delictorum suorum exoluissent. Pro vno adulterio quindecim annorum pœnitentiã exigebat Basilius Magnus, potuerat aliquis vigesies adulterium commisisse, & sic obligatus fuisset ad trecentorum annorum pœnitentiam. Et nunc intelliges, quid sibi Ecclesia voluerit, per centum & ducentorum annorum indulgentias. Habet & Ecclesia alias indulgentias, quas Theologi vocare solent partiales & plenarias. Per priores quidem intelligendo, vltra supradictas etiam eas, quibus tertia vel dimidia pars pœnitentiarum remittitur: per plenarias, quibus integra pœnitentia vel hic vel in futuro sæculo peragenda indulgetur. Vocatur hæc vltima nonnunquam plenissima omnium peccatorum remissio, per peccata non intelligendo ea quoad culpam, sed quoad pœnam, vt enim Cardinalis Cusa in Synodo prouinciali Magdeburgensi declarasse fertur, quando Pontifices concedunt Iubileum, concedunt plenam omnium peccatorum remissionem non autem à pœna & culpa æbsolutionem, vnde inquiebat: *Sedes Apostolica sub his verbis à pœna & culpa, indulgentias numquam dare consueuit, sed bene omnium peccatorum remissionem.* Si quæ igitur fuerint circa hæc difficultates aut dubia, iuxta hanc interpretationem sunt omnino soluenda. Nicol. Cusa.

Restaret, vt paucis ageremus de veri nominis indulgentijs, de quibus etiam illi, qui volunt eas ab antiquo tempore in vsu fuisse, annotarunt, non adeo frequentes & paucorum dumtaxat annorum vel dierum fuisse, sic Maffeus Vegius laudensis, qui sub Paulo III. de rebus memorabilibus basilicæ sancti Petri opus integrum confecit, quod M. S. seruatur in Bibliotheca Vaticana sub numero 370. ita habet libro primo capite tertio de dedicatione eiusdem templi:

„ Vt vero vberior etiam cum Maffeus.

„ pro-

,, profectu animarum, animis ,, omnium lætitia esset (sicut in ,, antiquis quibusdã monumentis ,, comperimus) concessit ,, (Syluester) Indulgentiam pro ,, peccatis perpetuam omnibus, ,, qui pœnitentes & confessi conuenirent ad eam quot annis in ,, ipsa solemnitate vsque ad octauam diem: Romanis quidem, ac alijs vicina loca circumhabitantibus, vnius anni: ,, Italicis vero duorum annorũ: ,, ac transfretantibus vel trans montes è longinquiore patria ,, venientibus trium. Neque enim tam prodigi tunc Pontifices erant, quam nunc sunt ,, in laxandis Indulgentiarum gratijs, profundendisque preciosissimis celestibus thesauris. Et Cardinalis Sirletus in libro de præstantia Basilicæ sancti Petri Apostoli Vaticanæ hactenus inedito, qui conseruatur in Bibliotheca Vaticana sub numero 6206. notans ex Diuo Thoma distinctione 20. in quartum, quod dabatur tunc temporis Indulgentia perennis: *Sicut*, inquit, *in Ecclesia Beati Petri quadraginta dierum*. Et Romanus canonicus, qui tempore Eugenij III. floruit, ac librum de Basilica sancti Petri conscripsit, habet capite 2. de remissione dedicationis huius Basilicæ: *Et quia solemnitas maxima est, maximam remissionem Apostolica prouidentia omnibus ad eam deuotè venientibus condonauit. Quæ videlicet remissio, Apostolica prouidentia sic tripartita distinguitur: vt Romanis & circumiacentibus vnius anni*. Tuscis Lombardis attribuit duos annos, & vltramontanis nonnisi tres indulget. Et lapis antiquus in Ecclesia sancti Martini de monte conseruatus trium dumtaxat annorum, & trium quadragenarum Indulgentiam meminit. Et Nicolaus quartus vnum annum indulgentiæ, & decem dierum Basilicæ sanctæ Mariæ Maioris à Xysto Tertio concessam fuisse testatur, vt colligere licet de ijs, quæ supra de indulgentijs sub illo nomine, quo nunc habentur in Ecclesia, attulimus.

CAPVT OCTAVVM.

De vsu Indulgentiarum apud Græcos.

QVemadmodum Latini pugnantibus contra Catholicæ Religionis hostes indulgentias concesserunt, ita & apud Græcos tentatum fuisse à Nicephoro Phoca, notat vir quidam ,, eruditus, dum scripsit: Quin ,, & Græcorum Imperator Ni- ,, cephorus Pochas cunctos in ,, tali bello morientes voluit non tan- Christ. Lupus.

,, tantum isto donari beneficio,
,, sed etiam martyres declarari,
,, & Græcorum plures istam sen-
,, tentiam comprobarunt. Fa-
ctum huius rei habes apud anti-
quos canonum interpretes Ioan-
nen Zonaram, & Theodorum Bal-
samonem, quorum primus in
scholio ad decimum tertium D.
Zonaras. ,, Basilij canonem: Cum enim
,, Imperator Nicephorus Pho-
,, cas, quemadmodum memo-
,, riæ proditum est, eos, qui in
,, bellis ceciderant, martyribus
,, adnumerari postularet, ac eo-
,, dem, quo illi, more laudari
,, & coli: contra obiecerunt, qui
,, tunc temporis fuere summi sa-
,, cerdotes, haud æquum esse
,, huiusmodi hominibus venera-
,, tionem impendi. Quod cum
,, non persuaderent, postremò
,, hoc veluti canone vsi sunt di-
,, centes quonam modo nos cum
,, martyribus eos, qui in bellis
,, ceciderunt, adnumerabimus,
,, quos Magnus Basilius, tam-
,, quam qui impuras manus ge-
,, rerent, triennio à sacramentis
Balsamon ,, arcuit? Eadem habet Theo-
,, dorus Balsamon, & addit: Cũ
,, autem multi sacerdotes, &
,, vnus quidem Episcopus, se
,, iussu imperatorio Synodaliter
,, stetisset, & cum hostibus se ma-
,, nus conseruisse, multasque ex
,, ijs occidisse fassi essent, diuina
,, & sancta Synodus consequen-
,, ter huic canoni, & 43. eius-
,, dem sancti, & alijs diuinis
,, constitutionibus, volebat ip-
,, sos non amplius sacra celebra-
,, re: complures autem, & qui
,, erant paulò magis militares,
,, eos etiam præmijs dignos esse
,, contendebant. Atqui horum
posteriorum sensum laudauerat
vir eruditus, qui tamen an rectè
pro indulgentiarum virtute addu-
xerit hoc Imperatoris statutum,
alijs iudicandum relinquo. Enim-
vero refert Cedrenus in historia-
rum compendio de Nicephoro
Phoca: ἐσπούδασε δὲ καὶ νόμον θεῖ-
ναι, τοὺς ἐν πολέμοις ἀποθνήσκοντας
στρατιώτας μαρτυρικῶν ἀξιοῦσθαι γερῶν
ἐν μόνῳ τῷ πολέμῳ τιθέμενος, καὶ
οὐκ ἐν ἄλλῳ τινὶ, τὴν τῆς ψυχῆς σω-
τηρίαν· κατήπειγε δὲ καὶ τὸν πατριά-
ρχην καὶ τοὺς ἐπισκόπους συνθέσθαι
τῷ δόγματι· ἀλλά τινες τούτων γεν-
ναίως ἀντιστάντες, ἀπεῖρξαν αὐτὸν τοῦ
σκοποῦ, προθέντος εἰς μέσον τὸν τοῦ
μεγάλου Βασιλείου κανόνα, ὅτι τριετί-
αν ἀκοινωνήτους εἶναι λέγοντα τοὺς πολε-
μίους ἐν τινὶ πολέμῳ ἀνῃρηκότας.
,, Voluit etiam legem ferre, qua
,, militibus bello occumbentibus
,, martyrum decernerentur ho-
,, nores (vt qui alia nulla in re
,, quam in bello, animæ collo-
,, caret salutem) Patriarcham-
,, que, & Episcopos conatus est
,, ad dogma probandum adige-
,, re. Sed horum quidam forti-
,, ter resistentes eum à proposito
,, dimouerunt, prolato in me-
,, dium Basilij Magni canone,
,, qui per triennium sacris arce-
,, ri iubet eos, qui hostem in
,, bello interfecissent. Ipsum
Imperatorem à proposito dimo-

tum

tum fuisse scribit Cedrenus, neque hanc de militibus in sanctorum numerum adscribendis motam à Nicephoro Phoca difficultatem, ad hanc de Indulgentijs quæstionem quidam conferre existimem.

Magis confert illud, quod ex rituali Græcorum desumitur argumentum: editum sæpius fuit rituale illud, quod nunc beneficio Iacobi Goar typis descriptum est ex varijs codicibus, quorum aliqui in Bibliotheca Regis Galliæ seruati habent hanc orationem super pœnitentes.

Ἀφίσιμον.

Ὁ Τῶν οἰκτιρμῶν πατὴρ, καὶ τοῦ ἐλέους Θεὸς, ὁ μὴ θελήσας θέλων τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὸ ἐπιστρέψαι καὶ ζῆν αὐτόν· ὁ πάντα πρὸς σωτηρίαν αἰτούμενα παρεχόμενος· αὐτὸς καὶ τὴν σὴν ἐκ πίστεως αἴτησιν, τέκνον, εὐμενῶς προσηκάμενος καὶ παραβλέψας τὰ τῆς ἀνθρωπίνης ἀσθενείας παραπτώματα συγχωρήσῃ δι' ἡμῶν πᾶν ἁμάρτημα ἐκ πρώτης ἡλικίας, καὶ μέχρι τοῦ δεῦρό σοι καταστάσεως πεπραγμένα ἐν ἔργῳ καὶ λόγῳ καὶ διανοίᾳ, κατὰ γνῶσιν καὶ ἄγνοιαν· ὧν δηλονότι καὶ τὴν ἐξαγόρευσιν ἐποίησας πατράσι πνευματικοῖς, καὶ τὴν ἀποχὴν, ὡς δυνάμεις, διεσπούδασας· ἴσθι οὖν πεποιθὼς ὡς οὐκ ἔτι ἐμποδὼν γίνονταί σοι τὰ πρώην ἡμαρτημένα παρά σου· ἀλλὰ τῆς τῶν σωζομένων μερίδος καταξιωθήσῃ διὰ φιλανθρωπίαν Θεοῦ· πρεσβείαις τῆς Θεοτόκου ἀμήν.

In quibus hoc præcipuè notandum nullam hic remissionem fieri peccatorum à culpa, cum iam peccata Patribus spiritualibus, id est confessoribus, denuntiata, & consequenter ab ijs absoluta supponantur. Solum itaque remissionem fieri de restante post culpæ remissionem pœna, ideoque Ἀφίσιμον seu Indulgentiam nominari. Antiquissima sunt apud Græcos ritualia, ex quibus desumpta est hæc indulgentiæ formula.

Indulgentia.

Miserationum Pater, & misericordiæ Deus, qui non vult mortem peccatoris, quin potius vt conuertatur & viuat, qui omnia pro salute postulata concedit: ipse quoque tuam ex fide petitionem suscipiat, filij, & despectis infirmitatis humanæ delictis, omnia tibi per nos à prima ætate ad præsentem vsque statum, in opere, verbo, & cogitatione scienter, aut ignoranter peccata perpetrata condonet. Quæ videlicet Patribus spiritualibus denuntiasti, & confessus es, & ab ijs pro viribus abstinere studuisti: confide itaque, quia nullo tibi impedimento erunt priora delicta: quin potius Beatorum consortio efficieris dignus per Dei misericordiam, intercessionibus Deiparę, Amen.

Γερ- Ger-

Germanus misericordia Dei, Episcopus Amathuntis, præfectus Ciuitatis Nemensi & Curcorum.

HVmilitas nostra per gratiam, & donum, & potestatem sanctissimi, & viuifici Spiritus à Saluatore nostro Iesu Christo diuinis, & sacris suis Discipulis ad liganda, & soluenda hominum peccata concessam, dicente ipsis: accipite Spiritum sanctum, quorum dimiseritis peccata, dimittuntur eis: quorum retinueritis retenta sunt: & quæcumque solueritis super terram, erunt soluta & in cœlo. Et quæcumque ligaueritis super terram, erunt ligata & in cœlo. Ab ipsis vero ad nos vsque successiue sancta illa gratia dilapsa tenet condonatam filiam suam in spiritu nostro in omnibus, quibus vt homo peccauit, & in Deum verbo, opere, cogitatione, & omnibus suis sensibus deliquit. Si vero maledicto, vel Pontificis excommunicationi, aut patris, aut matris subiecta est, aut certè propria execratione implexa est, aut iusiurandum est transgressa, vel quibusuis alijs peccatis vt homo circumuenta est, illaque Patribus spiritualibus est confessa, & ab eis pœnitentiam accepit. Ab illorum omnium reatu, & vinculo liberam habemus, & condonatam, omnipotenti virtute diuini, & adorandi Spiritus. Quæcumque

ve-

Γερμανὸς ἐλέῳ Θεοῦ, ἐπίσκοπος Ἀμαθούντων, πρόεδρος πόλεως Νεμέσου, καὶ Κουρίου.

Ἡ ταπεινότης ἡμῶν ἀπὸ τῆς χάριτός τε, καὶ δωρεᾶς, καὶ ἐξουσίας τοῦ παναγίου καὶ ζωαρχικοῦ πνεύματος, τῆς δοθείσης παρὰ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῖς θείοις αὐτοῦ καὶ ἱεροῖς μαθηταῖς, εἰς τὸ δεσμεῖν καὶ λύειν τὰς τῶν ἀνθρώπων ἁμαρτίας, εἰρηκότος, λάβετε πνεῦμα ἅγιον· ἄν τινων ἀφῆτε τὰς ἁμαρτίας, ἀφίενται αὐτοῖς· ἄν τινων κρατῆτε, κεκράτηνται· καὶ ὅσα ἂν λύσητε ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται λελυμένα ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ ὅσα ἂν δήσητε ἐπὶ τῆς γῆς ἔσται δεδεμένα καὶ ἐν τῷ οὐρανῷ· ἐξ ἐκείνων δὲ καὶ εἰς ἡμᾶς ἀλληλοδιαδόχως διαβάσης τῆς θείας χάριτος, ἔχει συγκεχωρημένην τὴν κατὰ πνεῦμα θυγατέρα αὐτῆς, εἰς ὅσα καὶ αὐτὴ ὡς ἄνθρωπος ἥμαρτε, καὶ εἰς θεὸν ἐπλημμέλησε, λόγῳ, ἔργῳ, διανοίᾳ, καὶ πάσαις ταῖς αὐτῆς αἰσθήσεσι· καὶ εἰ ὑπὸ κατάραν ἢ ἀφορισμὸν ἀρχιερέως ἐγένετο, ἢ πατρὸς ἢ μητρὸς αὐτῆς, ἢ τῷ ἰδίῳ αὐτῆς ἀφορισμῷ περιέπεσεν, ἢ ὅρκον παρέβη, ἢ ἄλλοις τισὶν ἁμαρτήμασιν ὡς ἄνθρωπος οὖσα, καὶ αὐτὸ περιπάρη, καὶ πνευματικοῖς πατράσιν ἐξωμολογήσατο, καὶ τὸν παρ' αὐτοῖς κανόνα ὑπεδέξατο· ἐκ τούτων πάντων τῆς ἐνοχῆς καὶ δεσμεύσεως ἐλευθέραν ἔχομεν αὐτὴν, καὶ συγκεχωρημένην τῇ παντοδυνάμῳ ἐξουσίᾳ καὶ δυνάμει τοῦ θείου καὶ προσκυνητοῦ πνεύματος· ὅσα δὲ διὰ λήθην ἢ αἰδῶ ἀνεξομολόγητα ἔασε, καὶ ταῦτα συγχωρήσαι αὐτῇ ὁ θεός· ὁ ὢν εὐλογητὸς

εἰς

εἰς τοὺς αἰῶνας ἀμήν. vero ex obliuione aut pudore tacita prætermisit, & hæc remittat ei Deus, qui est benedictus in sæcula. Amen.

Hæc moribundus impertita à Germano Episcopo Indulgentia, quam ex Euchologio Allatiano, quod ante quadringentos annos conscriptum est, edidit Iacobus Goar, qui & putat Leonis Allatij Euchologium ab ipso Germano elucubratum: *Illud*, inquit, *me iudice, iussu vel manu Germani Amathuntis Episcopi, & summi Græcorum in insula Cypro antistitis anno Domini* 1260. *inter viuos agentis fuit exaratum*. Goar.

„ Addit in notis laudatæ indul„ gentiæ præfixis: Pontifices „ quosuis maximè Episcopo su„ periores diplomata quædam à „ pœnis & canonibus non plene „ adimpletis pœnitentes eximen„ tia maximè circa discessum ex „ hac vita extra sacramenti su„ sceptionem, vt fiant παντὶ τρό„ πῳ συγκεχωρημένοι, concedere. „ Et hæc συγχωροχάρτια chartæ „ condonatiuæ indulgentiarum „ vicem apud Græcos obtinent. Habent igitur Greci aliquid, quod æquiualet nostris Indulgentijs, quæ etiam Græcis innotuerunt. Enim vero cum tempore Vrbani Secundi immensa illa fidelium multitudo ex omni occidente crucem suscepisset pro recuperatione terræ sanctæ, per Græcorum regiones transijt, & in conspectu ciuitatis regiæ constituta fuit, ac inde in Asiam profecta est describente Niceta Choniate, libro primo sub Manuele Comneno, capite quinto, eius iuxta vrbem regiam per naues Græcorum traiectum. Non ignorabant Græci occidentalium castra rectè Hierosolymam petere: *Expeditionis causa*, inquit Nicetas Choniates, *prætendebatur Dominicum sepulchrum, & præparatio viæ rectæ, & non insidiosæ popularibus suis Hierosolyma ascensuris*. Et infrà: *Hanc sibi itineris esse causam iurati affirmabant. Neque id falsò vt postea cognitum est*. Id enim non modo à Germanis, sed à Gallis & alijs nationibus constanter audiebant, & reipsa fieri conspiciebant. Non ignorabant quoque Græci, indulgentias proficiscentibus concessas, quarum indicia cruces erant, quas vestibus affixas gestabant, vnde & idem Nicetas Choniates sub Alexandro Duca Murzulpho agens de Latinis Constantinopolim expugnantibus: *Qui crucem Christi in humeros sustulistis .... quamdiu crucem in humeris tuleritis vt Deo consecratos viatores*. Palam supponit Cruciferorum apud Græcos fuisse notitiam, qua tamen non obstante numquam Latinis obiecerunt Indulgentiarum nouitatem, aut ab earum instituto se alienos ostenderunt. Nicetas Choniates.

Captis Hierosolyma & Constantinopoli, complures Latinorum Episcopi per omnem orien-

tem fuerunt constituti. Dederunt illi Indulgentias, & datas à Pontificibus promulgarunt, nec hoc quoque ignorare potuerunt Græci: illi tamen dum orientalis Ecclesiæ cum occidentali vnionem petierunt in Concilio Lugdunensi, nihil plane contra Indulgentias exceperunt, nec vmquam eorum virtutem abnegarunt. Verum quidem est, quod de datis à Martino quinto pro subsidio Hexamilij Indulgentijs scriptum reliquerit Syluester Scuropulus in historia Florentini Concilij sectione secunda, capite sexto.

Syluest. Scuropulus. γράμμα γὰρ ἐκτεθειμένον ἔστειλε συγχωρεῖν ἁμαρτήματα τῶν προαιρουμένων παραγίνεσθαι εἰς τὸ Ἑξαμίλιον καὶ φυλάττειν αὐτό· πρὸς οὓς δὲ ἡ συγχώρησις ἦν, παρ' οὐδὲν αὐτὴν θέμενοι, βέλτιον ἠγάπαντο οἴκοι μένοντες ῥέγχειν, καὶ ταῖς συνήθεσι συζῆν ἁμαρτίαις, ἢ συγχωρούμενοι φυλάττειν τὸ Ἑξαμίλιον· ὅθεν αὐτοὶ μὲν ἔρρεγχον οἴκοι, οἱ δὲ ἐκ τῆς Ἄγαρ τὸ τεῖχος συγχέοντες καὶ καταστρέψαντες, Μυσῶν λείαν τὰ Ῥωμαϊκά τι, καὶ τὰ ἐκεῖσε λατινικὰ ἐποιήσαντο· πλὴν εἰ δὲ καὶ τεῖχος ἔκτοτε δὶς καὶ τρὶς ἐχαλάσθη, ἀλλ' ὅμως τὸ ἐκ τῆς Ῥωμαϊκῆς ἐκκλησίας φυλακτήριον τοῦτο, ἔτι καὶ νῦν ἵσταται ἐνθάδε φυλαττόμενον ἐν τοῖς Βασιλείοις.

Quæ sic reuertuntur à Roberto „ Creychtone: Edictum enim „ publicauit, quod scelerum e„ xpiationem pollicebatur, quot„ quot Peloponesi angustias adi„ rent cum armis, & Hexami„ lium à Barbarorum incursio„ nibus defenderent: at illi, „ quos hæc indulgentia Papalis „ spectabat, cum istam criminum nundinationem semper „ suspectam haberent, domibus „ suis altum dormire maluerunt, „ & solitis vitijs assuescere, „ quam illas condonationes „ peccatorum, tot periculis ac „ vitæ discrimine emercari: ita„ que dum singuli in vtramque „ aurem stertunt, & nulli aduentant „ in præsidium insulæ, Saraceni „ murum conscendunt, „ & euertunt: & quidquid il„ lic vel Græci roboris, vel La„ tini inueniunt, agunt my„ sorum prædam, vt vulgo di„ citur, vniuersum diripiunt: „ quamuis etiam postea infelix „ illud muri propugnaculum, „ bis terue varijs oppugnationi„ bus in maiora rudera pessum„ datum fuit. Vtcumque cele„ bre illud Romanæ Ecclesiæ di„ ploma indulgentiæ, quod tam „ male Hexamilium conserua„ uit, nos in Archiuijs reposui„ mus, vbi nunc cernitur in om„ nia sæcula conseruandum. Huc vsque Robertus Creychtonius verba Scuropuli referens, ex quibus Græcorum contra Indulgentias sententiam colligere licet, nisi iam dudum notatum fuisset à Philippo Labbeo, hanc Syluestri Scuropuli historiam contra sacrum Florentinum Concilium non magis esse æstimandam, quam Philostorgij aut alicuius Ariani contra Nicenum Concilium blasphemiam. Animaduertit quoque

que

que iam dudum Leo Allatius, Scuropulum vt pessimum schismaticum per hanc suam historiam sese in Sedem Apostolicam monstrasse offensum, sed Robertum Creychtonem vt hæreticum per versionem suam non minus demonstrasse, se in eam animo peruersum fuisse centenas periodos à Creychtone mala fide versas indicat Allatius natione Græcus, & licet hunc locum omiserit, ex eo tamen, vel quam maxime Creychtonis imposturam ostendere potuit.

Enim vero vnde homo ille occasionem desumpsit contra indulgentias suum euomendi venenum, ibi scuropulum ipsum nihil simile scripsisse, sed potius pro indulgentiarum virtute Græcorum Ecclesiam adduxisse demonstrabo: hæc verba: πρὸς οὓς δὲ ἡ συγχώρησις ἦν παρ' οὐδὲν αὐτὴν θέμενοι. Vertit Creychtonius: *Cum istam criminum nundinationem semper suspectam haberent*. At vbinam de criminum nundinatione vel verbum in Scuropulo? Datam à Martino V. indulgentiam pro ijs, qui Hexamilium defenderent, laudat Scuropulus, & quod hanc gratiam pro nihilo duxerint, id est neglexerint Latini, palam arguit: *Melius*, inquit, *ducentes domi manendo altum dormire*, *quam Indulgentiam consequendo Hexamilium conseruare*. Plura habet hoc loco Creychtonius, quæ non habentur in græco, cuius hæc ,, est versio genuina: Litteras ,, enim exponendo misit indulgens peccatis eorum, qui volunt adire Hexamilium, & illum locum deffendere: ad quos autem illa indulgentia erat, eam nihil æstimantes melius duxerunt domi manendo altum dormire, quam Indulgentiam consueti custodire Hexamilium. Quapropter ipsi quidem domi altum dormiebant, Agareni autem occupantes muros, & euertentes fecerunt prædam rerum Græcarum, & quæ illic erant Latinorum. Deinde etiamsi muri bis terue diruti fuerint, nihilominus illud diploma, quod ex Romana Ecclesia allatum fuit, adhuc & nunc perseuerat hic custoditum in Archiuijs. Hæc genuina Scuropuli versio, in qua nullum apparet impugnatæ Indulgentiæ vestigium, cum etiamsi aliqui Martini Quinti diploma neglexerint, alios tamen illud veneratos fuisse vel ex eo constet, quod Scuropulus indicet, in direptione Hexamilij etiam res Latinorum, qui illic erant, direptas fuisse. Sed nec à Græcis despectum fuisse indulgentiarum diploma, vel ex eo apparet, quod illud tam religiosè custodierint, & per omnia sæcula conseruandum in Archiuis reposuerint. Sane cum Græci sub Ioanne Paleologo ad Concilium Florentinum paulo post hæc tempora profecti essent, sciuerunt & Basileenses, & Eugenium Quarum

cum pro eorum subsidio indulgentias concessisse omnibus manus adiutrices porrigentibus, dumque in Italiam profecti vniti sunt Ecclesiæ Latinæ nihil planè contra datas à Martino V. Indulgentias opposuerunt, tacite significantes, eamdem esse Orientalis Ecclesiæ de Indulgentiarum valore sententiam. Illud autem ne coniecturæ dumtaxat stabilire videamur, en testimonium Gregorij Patriarchæ Constantinopolitani, quem post Florentinum Concilium floruisse crediderim.

Formula Indulgentiæ ex Codice M.S. Bibliothecæ Vaticanæ sub numero 1137.

DOminus ac Deus noster Iesus Christus, qui propter hominum salutem omnia spontè sustinuit, opprobriosam scilicet passionem in sua diuina & sancta carne, etiam ad columnam ligari passus est, & ab iniquis flagellari. Postquam vero pij Christiani columnam in partes diuiserunt, & singuli hominum operæ prætium ducunt sanctimoniæ rerum, quæ sanctissimum ac immaculatum eius corpus passionis tempore tetigerunt esse participes, pluribus in locis, ac regionibus partes aliquæ tum aliarum rerum, tum ipsius columnæ inueniuntur. Quapropter ex ipsa partem aliquam religiosi homines desumpserunt, & hactenus conseruarunt, sanctimonia auxiliumque inde percipientes. In præsenti verò tanquam commune bonum, vt communiter adoretur à Christianis, sicuti decet, decretum est. Quapropter & locata & consecrata est in templo sancti, & beatissimi Nicolai, vt ab omnibus adore-

Ὁ Πάντα ὑπομείνας ἑκὼν κύριος καὶ θεὸς ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς διὰ τὴν τῶν ἀνθρώπων σωτηρίαν τὰ ἐπονείδιστα πάθη, κατὰ τῆς θείας καὶ ἁγίας αὐτοῦ σαρκός, καὶ τοῦτο κατεδέξατο, τὸ δεθῆναι ἐν κίονι, καὶ μαστιχθῆναι ὑπὸ τῶν ἀνόμων. ἐπεὶ δὲ οἱ φιλόθεοι χριστιανοὶ ἐκ τοῦ κίονος διεῖλον εἰς μέρη, καὶ ἕκαστος τῶν ἀνθρώπων προὔργου ποιεῖται μεταλαμβάνειν τοῦ ἁγιασμοῦ τῶν προσεγγισάντων τῷ παναγίῳ καὶ ἀχράντῳ σώματι· ἐν τῷ τοῦ πάθους καιρῷ, ἔστιν εὑρεῖν ἐν πολλοῖς τόποις καὶ χώραις, ἐπὶ ἀπὸ τῶν ἄλλων μέν τι μέρος, ἐπὶ ἀπ' αὐτοῦ δὲ τοῦ κίονος· ὅθεν ἐπὶ τὸ μέρος τουτὶ ἐξ ἐκείνου λαβόντες φιλόθεοι ἄνθρωποι, κατεῖχον μέχρι τοῦ νῦν, τοῦ ἁγιασμοῦ ἀπολαμβάνοντες, καὶ τῆς βοηθείας αὐτοῦ· τὰ νῦν δὲ ἡ κοινὸν ἀγαθὸν ὂν καὶ κοινῶς προσκυνεῖσθαι, ὑπὸ τῶν χριστιανῶν ὡς εἰκὸς διεκρίθη· ὅθεν καὶ προσετέθη καὶ ἀφιερώθη τῷ ἱερῷ ναῷ τοῦ ἁγίου μου παμμάκαρος νικολάου εἰς τὸ ὑπὸ πάντων προσκυνεῖσθαι, ὡς προσεγγίσαν τῷ παναχράντῳ καὶ ἀμωμήτῳ σώματι τοῦ Χριστοῦ· διὸ καὶ τοὺς μετ' ἐξομολογήσεως, καὶ μετὰ συντριβῆς προσ-

σερ-

σερχομένους, καὶ προσκυνοῦντες τὸ ὁρώμενον τοῦτο τμῆμα τοῦ ἱεροῦ κίονος, ἔχει ἡ μετριότης ἡμῶν ἀπὸ τῆς δοθείσης αὐτῇ δωρεᾶς τε καὶ χάριτος, καὶ ἐξουσίας τοῦ παναγίου καὶ ζωαρχικοῦ πνεύματος συγκεχωρημένους κατὰ τὴν τῆς ῥωμαϊκῆς καὶ ἱερᾶς ἐκκλησίας τάξιν ἡμέρας ἑκατόν· ὀφείλουσιν οὖν ἅπαντες οἱ προσερχόμενοι μετὰ φόβου καὶ ἐξομολογήσεως καὶ ἀγάπης Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ θεοῦ ἡμῶν, τοῦ πάντα καταδεξαμένου, ἵνα ἀφαρπάσῃ ἡμᾶς ἐκ τῆς δουλείας τοῦ ἐχθροῦ προσέρχεσθαι· ὅπως εὐλογίας καὶ ἁγιασμοῦ ἐπιτύχῃ ἕκαστος αὐτῶν, καὶ τῆς πραττομένων αὐτοῖς βοηθείας· εἰ δέ τις καὶ προσενέγκοι τι προσκυνήσεως χάριν, ὁ τοιοῦτος πολλῆς ἀμοιβῆς ἀξιωθήσεται παρὰ τοῦ πλουσιοδώρου καὶ δοτῆρος τῶν ἀγαθῶν θεοῦ· οὗ ἡ χάρις καὶ τὸ ἔλεος καὶ ἡ βοήθεια εἴη μετὰ πάντων τῶν μετὰ πίστεως προσερχομένων, καθάπερ εἴρηται· Ἀμήν.

retur, quippe quæ immaculatissimum, ac purissimum Christi corpus tetigerit. Ideo ijs, qui cum confessione & contritione accedunt, & particulam hanc visibilem sanctæ columnæ adorant, concedit mediocritas nostra ex tradito sibi dono, ac gratia, & potestate sanctissimi, ac viuifici Spiritus iuxta Romanæ, & sanctæ Ecclesiæ ordinem Indulgentiæ dies centum. Debent igitur omnes, qui accedunt, cum timore, & confessione, & dilectione Christi veri Dei nostri, qui omnia probauit, vt eripiat nos ex seruitute inimici, accedere. Vt benedictionem, & sanctimoniã vnusquisque eorum, & auxilium in actibus suis consequatur. Si quis verò offerat aliquid adorationis causa, ille multa retributione dignus fiet à munificentissimo, & datore bonorum Deo, cuius gratia & misericordia, & subsidium sit cum omnibus ijs, qui cum fide, vt dictum est, accedunt. Amen.

Γρηγόριος ἐλέῳ θεοῦ, ἀρχιεπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως, νέας ῥώμης οἰκουμενικὸς πατριάρχης,

Gregorius misericordia Dei Archiepiscopus Constantinopolis nouæ Romæ, & œcumenicus Patriarcha.

Huic Gregorij Patriarchę Constantinopolitani epistolæ aliam subiungimus Patriarchæ Hieremiæ, qui Constantinopolitanam Sedem post Gregorium tenuit, & ita habet,

Hieremias misericordia Dei Archiepiscopus Constantinopoleos, nouæ Romæ & œcumenicus Patriarcha.

Honorandæ Protonotariæ nostræ magnæ Christi Ecclesiæ, domine Theodosi, fili in spiritu dilecte mediocritatis nostræ: gratia tibi sit, & pax à Deo. Quam ad nos miseras epistolā tuā: cognitisque, quæ in ea scripta erant, omnibus: præsertim, quod in Chium euaseritis: Deo equidem gratias egimus. Audiueramus enim, vos in periculo, propter piratas insequentes, fuisse: & sanè vestri causa angebamur: de venialibus litteris, quod petis: scito plures in promptu non fuisse, quam sexagenas binas tantum. Has itaque nunc accipe, reliquas primo quoque tempore accepturus. Hæc hactenus te diuinæ gratiæ commendo.

ΙΕΡΕΜΙΑΣ, ΕΛΕΩ ΘΕΟΥ ἀρχιεπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως νέας Ῥώμης, καὶ οἰκουμενικὸς πατριάρχης.


Τιμιώτατε πρωτονοτάριε τῆς καθ' ἡμᾶς τοῦ Χριστοῦ μεγάλης ἐκκλησίας, κύριε Θεοδόσιε, υἱὲ κατὰ πνεῦμα ἀγαπητὲ τῆς ἡμῶν μετριότητος· χάρις εἴη σοι, καὶ εἰρήνη, ἀπὸ Θεοῦ. τὸ πρὸς ἡμᾶς ἀποσταλὲν σου γράμμα δεξάμενοι· καὶ μαθόντες περὶ πάντων τῶν γραφομένων· καὶ ὅτι ἐν χίῳ ἐφθάσατε· τῷ Θεῷ ἐδοξάσαμεν· ἠκούομεν γὰρ, ὅτι θαλάττιοι λησταὶ ἐδίωκον ὑμᾶς· καὶ λύπη συνεῖχεν ἡμᾶς· περὶ δὲ τῶν συγχωρητικῶν γραμμάτων, ὧν γράφεις· ἕτοιμα οὐχ εὑρέθησαν, εἰ μὴ ἑξηκονταδύο μόνον· δέχθητι τοίνυν ταῦτα καὶ τὰ λοιπὰ ὅσον οὔπω ἐλεύσονται· καὶ ταῦτα μὲν οὕτω· ἡ δὲ τοῦ Θεοῦ χάρις εἴη σοι.

Scripta est hæc epistola mense Iunio indictione 6. anno Domi-
Crusius. ,, ni 1576. Quando, inquit
Martinus Crusius libro 4. Turcogræciæ in annotationibus ad hanc
,, epistolam, Theodosius Zygo-
,, malas cum nomophilace ma-
,, gnæ Ecclesiæ presbytero Sab-
,, batiano, exarchus in insulas
,, missus erat: nempe ad colli-
,, gendas pecunias: de quibus
,, τὸ χαράτζιον tributum, sultano
,, persolueretur. Litteris tunc
,, hortari solet Patriarcha anti-
,, stites insularum clericos poli-
,, ticosque viros, & plebem: ab
,, Imbro & Lesbo, Rhodum, &
,, Carpathum vsque vt velint
,, contributione: βοηθεῖν τῇ μη-
,, τρὶ πασῶν ἐκκλησιῶν· ἅτε ταῖς
,, βοηθείαις αὐτῶν, αὐτῆς καὶ μέχρι
,, τοῦ νῦν συντηρουμένης, καὶ τὸ
,, ἀπὸ τοῦδε συντηρηθησομένης (suc-
,, currere matri omnium Eccle-
,, siarum, quippe quæ auxilijs
,, vsque nunc seruata, & ab hoc
,, tempore vna conseruanda.)
,, ijdem exarchi potestatem quo-
,, que habent à Patriarcha τοῦ
,, ἀργοὺς ποιεῖν, καὶ ἀφορίζειν (pri-
,, uandi dignitate Ecclesiastica, &
,, excommunicandi) δι' εὐλόγους
,, αἰτίας: si quos huiusmodi pœ-
,, na dignos reperiant: sicut vi-
cis-

,, cissim quoque pœnitentes ab-,, soluendi. Huc vsque Martinus Crusius, qui nobis ipsam Hieremiæ Patriarchæ epistolam reliquit loco superius citato: meminit autem potestatis absoluendi pœnitentes, quod non intelligendum est de absolutione peccatorum à culpa, sed à pœna pro qua Theodosius Zygomalas petierat à Hieremia litteras veniales, & ipse Hieremias testatur, à sese missas fuisse sexagenas binas plures postea transmittendas. Ex quibus patet, verissimum esse, quod verbo indicauit Christianus Lupus, apud Græcos hodie esse quæstuarias Indulgentias: *Etenim*, inquit, *Patriarchalis exarchus dum ad Pescesium & Caratzium mendicandum circumit, habet potestatem donandæ indulgentiæ omnibus contribuentibus.*

Lupus.

Atque ex his apparet, quam falsum sit, quod à Paulo Suaui obtruditur, certum esse, neque dissimulari posse in Ecclesia orientali cuiuscumque nationis Christianæ, neque antiquis temporibus, neque vltimis vllum vsum fuisse Indulgentiarum cuiuscumque generis. Appage cum tali commento ex rerum Græcorum ignorantia profecto; quod Occidentis Ecclesia de Indulgentijs prædicauit, hoc Orientis Ecclesia numquam reiecit, vbi varia, in quibus secum Latini pugnabant, enumerauit. Quinimo id ipsum cum Orientales Episcopi humanius cum pœnitentibus agendo semper obseruassent, etiam post captam à Turcis Constantinopolim obseruare perrexerunt in litteris venialibus, vt palam constaret orbi vniuerso, vnam Orientis & Occidentis Ecclesiæ, quoad indulgentias esse sententiam, numquam verò fuisse diuersam.





DISSERTATIO II.

De Communione sub vtraque specie.



LICET Ioannes Hus à Wiclepho edoctus complures Waldènsium errores animo concepisset, Pragamque redux illos populo annuntiare cœpisset, nondum tamen ipsius mentem de impugnanda laicorum communione sub vnica specie cogitatio subierat: cum namque ab Episcopo Pragensi ob seminatos inter populum errores à concionandi munere dimotus fuisset, surrexit quidam Petrus Dresensis, qui ob hæresim Vualdensem apud suos suspectus Pragam venerat, illeque est, qui omnium primus in Bohemia contra laicorum sub vnica specie com-
,, munionem egit: Nondum er-
,, ror de sacramento altaris irre-
,, pserat, inquit Æneas Syluius (Æneas Syluius.)
in historia Bohemica capite 35.
,, sed attulit nouam pestem Pe-
,, trus Dresensis, qui cum alijs
,, Teutonibus paulo ante Bohe-
,, miam reliquerat. Cognitus
,, inter suos, quia Vualdensi le-
,, pra infectus esset, patria pul-
,, sus, velut hereticorum asylum
,, Pragam repetijt, puerorum-
,, que docendorum curam acce-
,, pit. Apud Ecclesiam sancti
,, Michaelis per id temporis po-
,, pulum prædicando instruebat
,, Iacobellus Misnensis, littera-
,, rum doctrina & morum præ-
,, stantia clarus. Petrus hunc
,, aggressus, mirari se ait, do-
,, ctum & sanctum virum, qui
,, diuina eloquentia plebibus ex-
,, poneret, errorem illum non
,, animaduertisse communionis
,, Eucharistiæ, qui iam pridem
,, Ecclesiam pessumdasset. In
,, qua sub vna tantum specie,
,, Dominicum corpus populo
,, ministrat, cum apud Ioannem
,, Euangelistam & Apostolum
,, Christo dilectissimum, sub du-
,, plici specie panis vinique sumi
,, iubeatur, dicente apud eum
,, Saluatore: nisi manducaueritis
,, carnem filij hominis, & bibe-
,, ritis eius eius sanguinem non
ha-

,, habebitis vitã in vobis. Commotus his Iacobellus, cum perquisitis vetustis codicibus Dionysij præsertim & Cypriani, communionem calicis laudatam inuenisset, prohibitus apud sacellum Archangeli Michaelis prædicare, in templo maiore sancti Martini cathedram sortitus, publicè commonere populum cœpit, ne deinceps communionem calicis, sine qua saluari nemo posset, quoque pacto negligerent. Huic omnes hæretici consenserunt, haud modica gestientes lætitia, quod articulum inuenissent in Euangelica lege fundatum, per quem Romanæ Sedis vel ignorantia, vel nequitia argui posset. Huc vsque Æneas Syluius de primo huius quæstionis authore Petro Dresensi, cuius discipulus Iacobellus omnes Hussitas Pragæ magno numero repertos in errorem traxit, à quo Bohemia post modum non nisi difficulter liberari potuit.

Quamuis enim Constantiense Concilium audito Ioanne Hus statuerit, puniendos esse eos, *qui communicando populum sub vtraque specie panis & vini exhortati fuerint, & sic faciendum esse docuerint*. Tantum tamen abest, Bohemos per hoc ad frugem redactos, vt audita morte Ioannis Hus seditionem excitarint, & post sacrorum locorum vastationem triginta circiter mille iuxta Castellum Bechingus conuenerint, vbi teste Ænea Syluio in historia Bohemica capite 36. *Trecentas mensas in patentibus campis erexere, ex quibus populo sacramentum calicis ministrarunt*. Addit idem Æneas Syluius, legatos Bohemos postea ad Concilium Basileense missos inter quatuor articulos, quos ex omnibus sectæ suæ capitibus, selegerant, primum proposuisse: *De Communione Diuinæ Eucharistiæ, quam sub specie panis & vini sumendam his, qui salui esse velint, necessario affirmabant*. Quin imo tam pertinaciter inhærebant Hussitæ huic errori, vt Æneas Syluius iam senensis Episcopus in epistola anno 1451. ad Ioannem sancti Angeli diaconum Cardinalem testetur, sese, dum iussu Cæsaris in Bohemia versabatur, in introitu ciuitatis Taboritarum duo scuta reperisse, in quorum vno *pictura erat calicem tenentis, quasi communionem sub specie vini suaderet populo*. Deinde sese in tractatu regni Bohemiæ egisse cum hæreticis de communione laicorum sub vnica specie, vti & postea cum Taboritis, sed in vanum & frustrà, vt patet ex Dialogis inter ipsum & Hussitas habitis, & in laudata superius epistola per ipsum Æneam Syluium allatis. Disputationem quidem anno 1463. resumpsit Hilarius Pragensis decanus cum Rokyzana Iacobelli, discipulo & Hussitarum tunc temporis duce

Concil. Constant. sess. 13.

Æneas Syluius.

præcipuo, ſed ſine fructu vllo, cum Rokyzana mordicus communionem ſub duplici ſpecie ſuſtinuerit, & Hilario Pragenſi decano in faciem reſtiterit, etiam ſe victorem dicere auſus, vbi victus fuerat.

Et ab his errorem ſuum mutuauit Lutherus, qui in diſputatione Lipſica ab Eckio obinde vocatus fuit: *fautor & patronus Bohemorum ſchiſmaticorum*, quidquid enim Lutherus hanc Eckij exprobationem indignè tulerit, & contumeliam à ſeſe repellere niſus fuerit, inter cætera tamen Bohemorum errata præcipuum de communione laicorum, ſub duplici ſpecie tam manifeſtè, & frequenter propugnauit, vt ipſemet difertis verbis aſſeruit in ſermone ſuo, quem anno 1518. habuit, de communione ſub duplici ſpecie ſe toties dixiſſe ac docuiſſe, vt eos non amplius curandos aſſererent, qui id intelligere nolleret. Habetur hic ſermo in operibus Lutheri, de quo etiam refert Cochlęus in ipſius vita ſub anno 1531. quod in quodam libello de vtraque ſpecie agens pręſupponat: *Iam omnibus perſuaſum eſſe, Chriſtum in Euangelio præcipiſſe, vt laicis detur vtraque ſpecies*. Addit, Lutherum contra edictum Cæſareum Auguſtæ editum, (quo aſſerebatur, Eccleſiam inſtinctu Spiritus ſancti, boniſque rationibus ſalubriter inſtituiſſe, quod extra miſſam vna tantum ſpecies porrigatur) plurimum fuiſſe debacchatum: *Hic*, inquit de Luthero Cochlęus, *meretricem vocat Eccleſiam Papæ, hic alias iactitat Eccleſias ſub vtraque ſpecie laicos communicantes, hic Eccleſiam & peccare & errare affirmat: hic quæritur Chriſtum à Papiſtis mendacem fieri, hic Eccleſiæ violentiam, iniuriamque à Papiſtis illatam incuſat: hic docet Eccleſiæ neque credendum, neque obediendum eſſe, ſi præter & extra verbum Chriſti loquatur, aut inſtituat aliquid: hic peccant in Spiritum ſanctum Papiſtæ, & impœnitentes deſcendunt ad inferos*. Hæc & alia in theſi anno 1535. per Melanctonem tomo primo operum excuſa contra communionem ſub vnica ſpecie per Germaniam publicabat, quæ alter Germanus ſectæ Vualdenſis ante plures annos diuulgarat per Bohemiam.

Eckius.

Lutherus

Cochleus

Atque hic eſt articulus, in quo præ cæteris nouatores confidunt, & gloriabundi exclamant, tamquam de Eccleſia triumphum agerent. Hunc Achillis inſtar hæreticorum agmina ſibi proponunt, & licet in cæteris cauſa caderent, in hoc victoriam obtendunt. Dixit Chriſtus Ioannis capite ſexto: *Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem non habebitis vitam in vobis*. Et quamuis communicans corpus Chriſti ſimul accipiat ſanguinem, ſine quo corpus Chriſti non extitit, ſicut tamen corpus non manducatur ſub ſpecie vini, Ioannis c. 6.

ita

ita nec sanguis bibitur sub specie panis, inquit Rokyzana, *vbi tamen Christus mandauit, manducari corpus, & bibi sanguinem suum*. Addit idem author: *Ideo communionem vnius speciei non fuisse tempore primitiuæ Ecclesiæ, neque tempore Apostolorum. Quin imo tempore Leonis Papæ asserit ex eo cognitos fuisse hæreticos, quod aliqui non sumerent communionem sub vtraque specie*. Ita fere Rokyzana cum Bohemis, ita post Bohemos Lutherus cum suis adiungentibus idcirco Ecclesiam Græcorum in hunc vsque diem fideles suos communicare sub vtraque specie, vnde & morem Romanæ Ecclesiæ laicos communicandi sub vnica specie, vocarunt abusum, & inter omnes alios posuerunt ordine primum. Vt autem abusum hunc tantopere à Lutheranis vrgeri solitum potius in peruerso ipsorum cerebro, quam rei veritate consistere demonstremus, rem hanc ad suam originem recensebimus, & quid Christus docuit, quid Apostoli tradiderunt, quid primitiua Ecclesiæ sæcula obseruarunt, quid Leo primus alijque Romani Pontifices statuerunt, quid Græci in hunc vsque diem de communione sub duplici specie sentiunt, hac dissertatione inquiremus, ostensuri, Ecclesiam Latinam non sine ratione abstulisse laicis communionem calicis, & probaturi, nullius momenti esse, quæ in contrarium opponuntur à nouatoribus.

CAPVT PRIMVM.

An Communio sub vtraque specie à Christo præcepta, & vt talis initio Ecclesiæ obseruata sit.

AVdiuimus Rockysanæ argumentum ex loco Ioannis VI. de manducanda carne filij hominis, & bibendo eius sanguine, cui Bohemi addunt loca Euangelistarũ de instituta à Christo Domino Eucharistia sub duplici specie non solum dicendo, *comedite*, sed etiam, *bibite ex hoc omnes*, vel vt Paulus scribit primæ ad Chorinthios capite 11. *Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine, hoc facite, quotiescumque bibetis in meam commemorationem*. Ita sacræ Scripturæ loca, de quorum primò apud Ioannem sexto capite non omnes consentiunt, quod Christus ibi loquatur de sacramentali sumptione corporis & sanguinis sui, quin imo non desunt inter Patres, & scriptores Catholicos, qui hunc locum de spirituali sumptione intelligendum existimant.

1. Ad Chor. 10.

sanè

Sanè cum Salmeron societatis Iesu Theologus in sacrosancto Tridentino Concilio habita oratione tueretur, Ioannis sexto: *Sermonem esse de communione sacramentali non de spirituali, quæ fit per fidem aut per gratiam*. Respondit postea Guererus apud Palauicinum libro 17. historiæ Tridentini Concilij capite 11. *In eo capite Ioannis intelligi à multis Patribus non esum & potum sacramentalem, sed spiritualem carnis & sanguinis Christi*. Cumque Seripandus Synodi præses noluisset alterutram interpretationem in decreto reprobari, & Salmeron in particulari congressu eoram delegatis ad id præsulibus instaret pro approbatione suæ sententiæ de esu & potu sacramentali, reiectus fuit, præsertim, quod *ante Bohemorum hæresim scholis consuetum esset, sumptionem Eucharistiæ tueri sub vna tantum specie, & coarctatam ad solos adultos, respondendo in eo sermone de spirituali communicatione Christum loqui*. Ita ex actis Tridentinis Cardinalis Palauicinus libro 17. capite 11. numero 12.

Salmeron.

Palauic. lib. 17. hist. trid. Conc. cap. 11.

Quod si hæc interpretatio locum habuerit ante Bohemorum hæresim, ipsa iam exorta etiam à præstantissimis istius temporis viris vsitata fuit in publica enim oratione, quam Ioannes de Ragusio habuit in Concilio Basileensi de communione sub vtraque specie, dicit apertè, quod dicta verba non intelligantur de manducatione sacramentali, sed de manducatione spirituali, prout probare conatur ex varijs locis Diui Augustini. Æneas quoque Syluius senensis in Italia Episcopus à Cæsare ad Bohemiam missus in dialogo cum Taboritis obiectum Ioannis VI. locum, sic etiam interpretandum existimauit secundum veriorem Euangelij sensum, quod appareat ex Christi verbis apud Ioannem, illum ibidem locutum de manducatione corporis & sumptione sanguinis, quæ tum fieri poterat, dicit enim: Qui manducat & bibit, quæ, vt ait Æneas Syluius, instantis non futuri temporis sunt verba: erant igitur dum sic loqueretur Dominus, qui manducabant & qui bibebant eum, nondum passus Dominus erat, nec adhuc institutum fuit sacramentum, quomodo ergo manducabant, bibebantque Christum, nisi spiritualiter per fidem & charitatem, credentes in eum, & facientes opera eius. Hæc Senensis Antistes postea Pius secundus summus Ecclesiæ Pontifex. Ex quo patet, non solum ante exortam Bohemorum hæresim, sed post eius ortum Catholicos locum Ioannis sexto de spirituali potu & cibo intellixisse, idque ijs rationibus motos fuisse, quibus nouatores nullam vim prius demonstrare deberent, quam illum locum tam liberè Catholicis pro communione sub vtraque spe-

Æneas Syluius.

ſpecie obijcerent. Cæterum ne, quod ſacrum Tridentinum Concilium facere detraxit, ego litem illam dirimerem, dico cum illius

Trident. ſeſſ. 21. Cap. 1. ,, Concilij Patribus: Neque ex ,, ſermone illo apud Ioannem ,, ſextum rectè colligitur vtriuſque ,, ſpeciei communionem à ,, Domino præceptam eſſe, vtcumque ,, iuxta varias ſanctorum ,, Patrum, & Doctorum ,, interpretationes intelligatur, ,, namque qui dixit, niſi manducaueritis ,, carnem filij hominis, ,, & biberitis eius ſanguinem, ,, non habebitis vitam in ,, vobis: dixit quoque: Si quis ,, manducauerit ex hoc pane, ,, viuet in æternum. Et qui dixit: ,, Qui manducat meam ,, carnem & bibit meum ſanguinem ,, habet vitam æternam: ,, dixit etiam: Panis quem ego ,, dabo, caro mea eſt pro mundi ,, vita. Et denique, qui dixit: ,, Qui manducat meam ,, carnem & bibit meum ſanguinem, ,, in me manet, & ego in ,, eo: dixit nihilominus: Qui ,, manducat hunc panem, viuet ,, in æternum. Id eſt: etiam ſi ſumas verba Ioannis ſexto de ſacramentali ſumptione Euchariſtiæ, Chriſtum Dominum tamen ibi nihil aliud dicere voluiſſe, quam vt corpus, & ſanguis ipſius ſumeretur à fidelibus, qui ſub vnica ſpecie vtrumque ſumunt, cum corpus Chriſti ſine ſanguine non eſſe, omnes norint; vnde licet vno loco dicat de corporis manducatione & ſanguinis potatione, alio de ſolius corporis ſumptione mentionem facit, qua aliquem vitam æternam conſequi, clarius teſtari non potuit.

Nunc ad ſecundum Scripturæ locum de inſtituto per Chriſtum ſub vtraque ſpecie ſacramento veniamus. Catholici, qui exorta Bohemorum hæreſi de huius loci interpretatione egerunt, in hanc partem inclinarunt, vt quæ Chriſtus dixit: *Bibite ex hoc omnes*. Dicta intelligantur ad Apoſtolos ibidem præſentes, quos tunc Chriſtus presbyteros creabat, & in ipſis tamquam presbyteris ad futuros Eccleſiæ ſacerdotes, qui in hunc vſque diem, dum ſacrificium celebrant, ſub vtraque ſpecie conſecrant, & poſt conſecrationem communicant. Dum Euangeliſtæ inſtitutam à Chriſto Euchariſtiam referunt, nullus præter quam Euangeliſta Lucas ait, poſt conſecratum panem in corpus Domini datum eſſe à Chriſto: *Hoc facite in meam commemorationem*. At cum Paulus à Domino acceperit, quod traditum reliquit 1. ad Corinth. 11. quod nimirum Dominus etiam poſt conſecratum ſanguinem dixerit: *Hoc facite quotieſcumque bibetis, in meam commemorationem*. Collegerunt ex eo doctores Catholici, commemorationem bibendo Chriſti ſanguinem ab ijs requiſitam eſſe, qui conſecrare poterant, & iſtius, quod Chriſtus fecerat, faciendi poteſtatem ha-

habebant: cum autem apud omnes constet, non omnibus sed solis sacerdotibus consecrandi potestatem competere, Ioannes de Ragusio, Æneas Syluius, Hilarius Pragensis decanus, & quotquot scripserunt post ipsos ante Tridentinum Concilium, verba Christi ad solos sacerdotes pertinere interpretati sunt, vnde Salmeron instare non dubitauit apud Patres Tridentinos, vt mentem Ecclesiæ de genuina loci interpretatione exprimerent, quamuis pro responso habuerit id, quod refert Cardinalis Palauicinus libro 17. capite 11. Difficulter definiri posse, ea verba cœnæ fuisse directa à Christo solum ad Apostolos, & in ipsis ad solos sacerdotes, cum tam multi essent Doctores, inter quos sanctus Thomas enumerabatur, qui ad alios extendebant, quapropter contraria interpretatio tametsi perniciosa non esset, non tamen tamquam certa proponenda erat, maximè, quod sanctus Paulus ad Corinthios narrat, eam institutionem habitam in cœna tamquam communem sacerdotibus & laicis, Proinde oportunius agi non posse à Concilio, quam suo cuique statu expositioni relicto, stabilire exclusionem illius necessitatis vniuersalis sumendi Eucharistiam sub vtraque specie, quam heretici contendebant, in Ecclesię authoritate, & consuetudine. Verum cum Patres in Synodo ad audiendum Salmeronem delecti innuant, relinqui suum cuique statum expositioni, quamuis difficulter definiri posset, ea verba cœnæ spectare solum ad Apostolos, & in ipsis ad solos sacerdotes, illud interim non desinit, longè veri similius esse: nam perpetuæ Patrum traditioni est innixus, ac fundatum in consuetudine Ecclesiæ, quam iam inde à tempore Christi initium duxisse colligere licet ex loco Lucæ 24. vbi Christus existens in Emaus cum duobus discipulis: *Accepit panem, & benedixit ac fregit, & porrigebat illis, & aperti sunt oculi eorum, & cognouerunt eum, & ipse euanuit ex oculis eorum.* Ad illa enim verba: *Oculi eorum tenebantur, ne eum agnoscerent.* Sic notat Diuus Augustinus libro 3. de consensu Euangelistarum capite 25. *Non incongruenter accipimus hoc impedimentum in oculis eorum à satana factum fuisse, ne agnosceretur Iesus, sed tamen à Christo facta est permissio vsque ad sacramentum panis, vt vnitate corporis eius participata, remoueri intelligatur impedimentum inimici, vt Christus possit agnosci.* Quæ eadem verba repetit venerabilis Beda: & quamuis à Iansenio Gandauensi in caput Lucæ 24. hic locus Augustini exponatur de corpore Christi mystico, quod est Ecclesia: & mysticus ille sensus subesse possit de vnitate corporis Ecclesiæ, Augustinus tamen

Card. Palauic. — Lucæ 24. — Augustinus.

men existimauit, discipulos reuera participasse de corpore Christi, vt patet ex sermone eius primo, feria secunda Paschæ, vbi eadem verba Lucæ exponens: *Tenebantur oculi eorum &c.* Sic habet: *Eia fratres, vbi voluit Dominus agnosci? in fractione panis. Securi sumus, panem frangimus, & Dominum agnoscimus. Noluit agnosci nisi ibi propter nos, qui non eum visuri eramus in carne, & tamen manducaturi eius carnem.* Et infra: *Dominus ergo præsentauit se ipsum in fractione panis. Discite vbi Dominum quæratis, discite vbi babeatis, discite vbi agnoscatis, quando manducatis. Norunt enim fideles aliquid, quod melius intelligunt in ista lectione, quam illi non nouerunt.* Hæc si vidisset Iansenius Gandensis Episcopus, Augustini mentem de pane Eucharistico interpretandam esse, proculdubio admisisset. Et ne in vno Augustino hæreamus, author operis imperfecti in Matthæum homilia 17. agens de pane, qui sanctificatur, id est Eucharistico: *Dominus*, inquit, *in via non solum benedixit panem, sed de manu sua dedit Clophe & socio eius.* Et Diuus Hieronymus putans id factum esse in domo Cleophæ, quæ erat in Emaus, addit, quod Christus per hoc *Cleophæ domum in Ecclesiam dedicauit.* Et Theophilactus in caput 24. Lucæ: *Oculi eorum, qui benedictum panem assumunt, aperiuntur, vt agnoscant illum. Magnam enim & indicibilem vim habet caro Domini.* Ex quibus omnibus cum appareat, locum Lucæ 24. quo ad fractionem panis intelligendum esse de participatione corporis Christi, cumque ex eodem loco constet, Christum post fractionem panis euanuisse, patet profectò Christum sub vnica specie communionem tribuisse discipulis suis, adeoque communionem sub vtraque specie non fuisse præceptam.

Augustinus.

Author operis imperfecti.

Hieronymus.

Theophilactus.

Fuerunt quidem aliqui post exortam Bohemorum hæresim, qui cum Ioanne de Ragusio in Basileensi Concilio, & post Lutheranorum hæresim, qui cum Alphonso à Castro, & Bellarmino existimarunt, laicam communionem significare sub vnica specie, totque testimonijs firmari communionem sub vnica specie, quot reperire est, quæ de laica communione tractant, vnde adtulerunt in primis can. 14. Apostolorum, vbi de presbytero ad aliam parochiam transeunte, ne ad ministerium, sed *vt laicus ibi locorum in communionem admittitur.* Et Cyprianum: *Sic tamen admissus est Trophimus, vt laicus communicet.* Et Eusebium de Episcopo ad Ecclesiam redeunte: *Tandem vt laicus in communionem receptus est.* Et canonem primum Sardicensem de Episcopo ciuitatem mutante: *Vt nec laicam communionem habeat, qui talis est.* Et Syricium Papam apud

Canon. 14. Apostol.

Cyprianus.

Eusebius.

Canon 1. Sardic.

pud Dionysium exiguum capite 11. de Clerico secundam uxorem ducente omni Ecclesiasticæ dignitatis priuilegio mox nudando : *Laica tantum sibi communione concessa* : Innocentium, Felicem III. Concilium Agathense, Toletanum, aliaque citata apud Albaspincum libro primo, obseruatione 4. de communione laica, qui tamen per illam non intelligit communionem, prout hodie in vsu est apud laicos sub vnica specie, sed prout antiquitus significabat ius societatis, & communicationis cum cæteris fidelibus in rebus sacris & ciuilibus more laicorum : laicos autem sub vtraque specie etiam tunc temporis communicare consueuisse in Ecclesijs, pluribus constat testimonijs, quam vt negari possit. Vnde dum Clerici ad communionem laicam redigebantur, id non significabat communionem sub vnica specie, sed communionem cum laicis extra ordinem Clericorum.

Syricius Papa.

Aliud quid esset, si posset probari, laicos pro libitu olim communicasse sub vna, aut duabus speciebus, prout Constantinopoli licuisse tempore D. Ioannis Chrysostomi plures probant ex facto mulieris Macedonianæ, quod narrat Sozomenus libro 8. capite 5. versionis Valesianæ hisce verbis : Vir quidam ex secta Macedonianorum, uxorem habebat eiusdem sectæ. Hic cum Ioannem (Chrysostomum) aliquando docentem audisset, quomodo de diuinitate sentiendum sit, fidem eius amplexus est : vxoremque hortari cœpit, vt idem secum sentire vellet : addit minas reluctanti ingessisse : nisi, inquit, in diuinis mysterijs mecum communicaueris, nec vitæ consors mihi eris in posterum. Tum mulier id se facturam pollicita, consilium suum aperit ancillæ, quam sibi fidam esse iudicabat, eamque sibi sociam adiungit ad fallendum maritum. Allapso igitur tempore mysteriorum, intelligunt fideles quid velim dicere, mulier id quod acceperat, retinens, quasi Deum oratura, caput submisit. Ancilla vero, quæ ei adstabat, id quod domo attulerat, clanculum ei tradidit. Quod cum mulier dentibus admouisset, instar lapidis obduruit. Tum mulier verita, ne quid sibi grauius eueniret, tanto erga se patrato miraculo, confestim ad Episcopum pergens, seipsam accusauit. Simulque lapidem ostendit, qui morsus vestigia retinebat, materia quadam prorsus ignota, & colore inusitato præditum. Cumque effusis lacrymis veniam postulasset, eiusdem fidei cum viro deinceps permansit. Quod si cui forte hæc minus incredibilia videntur, testis est lapis ipse, qui in thesauro Ecclesiæ Constantinopoli-

Sozomenus.

,, politanæ etiamnum seruatur. Quod hæc mulier Macedoniana religionem Catholicam simulans tantum sub vnica specie panis communicarit, clarum est ex ijs, quæ habet Sozomenus, vnde concludunt plerique, tempore Diui Chrysostomi laicos communicare potuisse sub vnica specie, alioquin enim mulier illa Macedoniana simulare non potuisset religionem Catholicam, cum si sanguinem sumere debuisset post sumptum corpus Domini, vel expuendo vel recusando seipsam prodidisset.

Nouatores nostri sæculi vnà cum Bohemis objiciunt quidem huic testimonio decreta Leonis, qui fideles ad vtramque speciem adegit, & illos, qui sub vnica panis specie communicant, notari iubet, & proditos à sanctorum societate arceri. Habes hæc apud Leonem magnum in quarto sermone quadragesimali, cuius decretum postea renouauit Gelasius. Dum hęc primum objiciebant Bohemi, eaque Rockysana eorum nomine allegasset in disputatione Pragensi, reposuit Decanus Pragensis: *Quod autem dicitur de Leone, respondeo, quod erat tempore Arianorũ intrusus super potentiam, quando & Imperatorem Ariani habebant.* Hæc vero dum legi apud Canisium tomo 3. antiquarum lectionum, obstupi ignorantiam historiæ Ecclesiasticæ, & relicta responsione homine erudito indigna, dico cum Ænea Syluio, Leone sermone 4. quadragesimali agere de Manichæis, ad quorum errores detegendos Catholicis præcepit, sub duplici specie communicare, quod tantum abest prodesse Bohemis, & Lutheranis, vt Baronius alijque eruditi ex illo potius colligant, Romæ ante decretum Leonis primi liberam fuisse communionem sub vnica panis specie, neque præceptam fuisse sub duplici, nisi cum sanctissimus ille Pontifex animaduertisset, id necessarium esse ad detegendos Manichæos, qui dum vinum dicebant natura malum, esseque fel principum tenebrarum, à communione sub specie ,, vini abstinebant: Cumque, ,, inquit sanctus Leo, ad detegendum infidelitatem suam ,, nostris audeant interesse mysterijs, ita in sacramentorum se ,, temperant, vt interdum ne penitus latere non possint, ore indigno Christi corpus accipiant, sanguinem autem redemptionis nostrę haurire omnino declinent, quod ideo vestræ notum facimus sanctitati, vt vobis huiuscemodi homines, & his manifestentur indicijs, & quorum deprehensa fuerit sacrilega simulatio, à sanctorum societate sacerdotali authoritate pellantur. Ita editus à Quesnellio Leo primus, qui dum sæpius inquisiuerat, quomodo impuros Manichæos detegeret, tandem animaduertit, illos semper à communione calicis ab-

Decanus Pragensis

Leo primus.

abſtinuiſſe, in hoc à fidelibus diuerſos, quod illi aliquando ſub vnica, aliquando ſub duplici ſpecie communicarent, Manichæi vero numquam niſi ſub ſpecie panis. Et hæc eſt omnino ratio illa, quæ Gelaſium Pontificem permouit, ad renouandum decretum Leonis, dum ſtatuit apud Gratianum de conſecratione diſtinctione 2. capite *comperimus*. *Comperimus autem, quod quidam ſumpta tantum modo corporis ſacra portione à calice ſacri cruoris abſtineant, qui procul dubio neſcio, qua ſuperſtitione docentur adſtringi, aut integra ſacramenta percipiant, aut ab integris arceantur: quia diuiſio vnius eiuſdemque myſterij ſine grandi ſacrilegio non poteſt prouenire*. Enim vero Gelaſium hic agere de Manichæis ex ſuperſtitione à communione ſub ſpecie vini abſtinentibus, colligit rectè Baronius ad annum 469. ex illis verbis: *Neſcio qua ſuperſtitione docentur adſtringi*. Et confirmat ex Anaſtaſio Bibliothecario, qui in vita Gelaſij teſtatur: *Huius temporibus inuenti ſunt Manichæi in vrbe Roma, quos in exilio deportari præcepit*. Et hæc quantumuis vera omnino eſſe videantur; demus tamen, nec aliquid in Scriptura haberi, quo certo probetur Chriſtum diſcipulos ſuos ſub vnica panis ſpecie communicaſſe in Emaus, nec verum eſſe, quod licuerit mulieri Macedonianæ ſub vnica ſpecie communicare Conſtantinopoli, nec paſſim fidelibus liberum fuiſſe ante tempora Leonis Magni Romæ in Eccleſijs corpus Domini participare ſine calice, adhuc nihil haberent hæretici, quo debellarent ſententiam Eccleſiæ Catholicæ, quæ iam inde ab initio ſibi hanc à Chriſto authoritatem eſſe conceſſam oſtendit, vt quotieſcumque, & vbicumque iudicaret conuenire, communionem Laicorum ſub vnica ſpecie, hanc ipſam liceret obſeruandam proponere, vt oſtendunt complura antiquitatis monimenta, primo de communione puerorum tam intra, quam extra ſacrorum ſolemnia, ſecundo de communione laicorum domeſtica, tertio de communione ſolitariorum aut eremos inhabitantium monachorum, quarto de communione iter facentium, & quinto de communione infirmorum, vt clarius patebit ex dicendis.

Gelaſius diſtinct. 2. cap. comperimus.

CA-

CAPVT SECVNDVM.

De Communione sub vnica specie ex primitiua Ecclesia traditione.

ARTICVLVS PRIMVS.

De Communione infantium.

Pvtabat Eminentissimus Cardinalis Bona libro secundo rerum liturgicarum, intra missarum solemnia fideles semper communicasse sub vtraque specie, non tamen extra sacrificium & Ecclesiam, & sic componi posse litem illam, quæ etiamnum viget, an permissum olim fuerit sub vna tantum specie communicare. Verum licet viri eruditi sententia ordinariè locum habuerit in primitiua Ecclesia, negari tamen non potest, quin regula ista exceptionem patiatur in pueris. Legerat quondam Iosephus Viceeomes Hugonem à sancto Victore, qui cum exoletum communicandi pueros morem in Ecclesia renouari cuperet, scriptum reliquit libro primo de Sacramentis, capite 20. *Si sine periculo fieri potest iuxta primariam Ecclesiæ institutionem sacramentum Eucharistiæ in specie sanguinis est tradendum pueris.* Ob quæ verba Vicecomes putauit: *Pueros sub vini specie Eucharistiæ conuiuium inire solitos.* Licet fateatur hanc veritatem alio litterarum lumine caruisse.

Hugo à S. Victore

Lib. 4. de antiq. baptis. c. 36.

Verum, quod Vicecomes antiquorum monimentorum fide destitutum esse existimauit, clarè probatur ex D. Cypriano libro de lapsis, vbi sanctus ille Carthaginensis Episcopus narrat historiam de paruula, quæ vbi parentum incuria, & nutricis consensu panem vino mixtum de Idolothytis commedisset, ad Ecclesiam sacrificio vnà cum matre intererat: *Vbi vero solemnibus adimpletis calicem diaconus offere præsentibus cœpit, & accipientibus cæteris locus eius aduenit, faciem suam instinctu diuinæ maiestatis auertere, & labijs obturantibus premere, calicem recusare. Perstitit tamen diaconus, & reluctanti licet de sacramento calicis infudit. Tunc sequitur singultus & vomitus. In corpore atque ore violata Eucharistia permanere non potuit.* Attingit hunc locum Cypriani D. Augustinus epistola 23. vel nouæ editionis 98. ex quo certum fit, infantes in Afri-

D. Cyprianus.

Africa, quæ fidem & ritus à Romana Ecclesia mutuarat, solum communicasse sub specie vini, cum constet ex laudatis Cypriani verbis paruulam illam antea non recepisse hostiam à sacerdote, vtpotè quam equè euomuisset, sed solum sanguinem ex calice, quem diaconi ex officio laicis porrigebant. Vnde cum antiquam communicandi pueros consuetudinem renouari cuperent Hugo à Sancto Victore eiusque contemporanei, solius sanguinis meminerunt. Hugo quidem loco supra citato Eucharistiam sub vnica vini specie pueris olim datam existimans, prout Leo Allatius in annotationibus de communione orientalium putat etiamnum fieri apud Græcos, qui cochlear sanguine tinctum ori infantium inferunt, vt lamabant, quibus postea matres vel nutrices à sanctuario recedentes vbera præbent, vt sanguinem simul cum lacte deglutiant. Radulphus vero Hugoni contemporaneus sermone in die Paschæ putat: *Quod pueris mox baptizatis saltem in specie vini tradatur*. Prout Gabriel Sionita epistola ad Nicusium annotat de Maronitis, & reliquis orientalibus: *Infantibus*, inquiens, *sacro fonte nuper ablutis, & pueris cochlear solo sanguine delibutum sugendum exhiberi*.

Radulphus Tôgren.

Gabriel Sionita.

Non ignoro quidem., antiquos Patres, cum communionis baptizatorum mentionem faciant, sæpius loqui de sumptione corporis Christi: sed notandum est, illos tunc loqui de adultis, sic enim habet Tertullianus libro de pudicitia, capite 9. *Annulum accipit tunc primum, quo fidei pactionem interrogatus obsignat, atque ita exinde opimitate Domini corporis vescitur*, Eucharistia scilicet: *Interrogatus*, inquit Tertullianus, indicans se agere de adulto, vti & agit D. Ambrosius libro de initiandis capite 8. aiens post baptismum plebem ad Christi altaria contendere, dicendo: *Introibo ad altare Dei*. Et infra: *Venit igitur & videns sacrosanctum altare compositum exclamans ait: parasti in conspectu meo mensam*. Hæc & alia cum ibi referat Diuus Ambrosius, præclarè ostendit, se agere de adultis aut ratione præditis, quos olim non modo corpus Domini, sed & eius sanguinem sumpsisse constat, & latius probat Iosephus Vicecomes libro 5. de antiquis baptismi ritibus, capite 34. & capite 36. cuius hic est titulus: *Pueros sub vini specie, adultos sub vtraque Eucharistiæ conuiuium inire solitos*. Et quamuis Thomas Smit natione Anglus in præfatione de Græcæ Ecclesiæ hodierno statu, Hugo Menardus in notis ad sacramentarium Gregorij Magni, & Stephanus Balusius in notis ad Reginonem existiment, pueros post Baptismum etiam communicasse sub specie panis, quod Parisiensis Episcopus de Marca exponit de Eucharistia intincta, hæc tamen

Tertullianus.

Ambrosius.

Vicecomes de ritibus baptismi.

post

post quartum sæculum inualuisse existimem: Quin imo Augustinus orator ducis Bauariæ apud Palauicinum libro 13. historiæ Trident. Concilij, capite 7. numero 13. testatus est: *Visum esse in sacrario sancti Petri volumen scriptum à Cardinali Deus dedit anno 1090 post Gregorium septimum aduersus Schismaticos, & Simoniacos in cuius secundo libro mentio habebatur tamquam de illius ætatis consuetudine, quod statim post baptismum dabatur infantibus panis consecratus vino madefactus.* Quo ex loco patet infantes, licet panem acciperent, sub vnica tantum specie communicasse.

Palauic. in hist. Tridenc. Concil.

Aliud de pueris habet Euagrius occasione miraculi, quod narrat libro 4. capite 36. vbi habet, tempore Iustiniani Imperatoris, & Mennæ Patriarchæ Constantinopolitani filium cuiusdam Hebræi, postquam cum alijs pueris de reliquijs Eucharistie is participasset in templo sanctæ Sophiæ, à patre in fornacem ardentem fuisse iniectum, & tribus diebus mansisse illæsum: *Vetus namque est consuetudo Constantinopoli*, inquit Euagrius, *vt quoties ex sacris partibus immaculati corporis Christi Dei nostri, magnus numerus superfuerit, pueri impuberes ex ijs, qui grammaticorum scholas frequentant, euocentur, qui eas manducent.* Et quamuis Gregorius Turonensis libro primo miraculorum, capite 10. huius consuetudinis non apertè meminerit, & referat puerum Iudæi cuiusdam vitrarij quadam die, dum missarum festa in Basilica sanctæ Mariæ celebrarentur, ad participationem gloriosi corporis & sanguinis Dominici cum alijs infantibus accessisse: certum tamen est, eam narrationem Euagrio scriptori græco consonam non esse. Nullam enim sanguinis mentionem facit Euagrius, sed solius corporis Domini, vt & Nicephorus Callistus libro 17. capite 25. vbi disertis verbis attestatur: *Consuetudo à multo tempore imperanti vrbi fuit, vt quam plusculum de partibus immaculati, diuinique corporis Domini & Dei & Seruatoris nostri Iesu Christi reliquum esset, sacerdotes pueros incorruptos, ex ijs, qui ad præceptores in ludum literarium eunt, accerserent, qui reliquias eas ederent. Quod quidem mihi quoque sæpenumero, quum puer admodum essem, & maximè prima ætate in sacris ædibus versari studio haberem, contigit.* Neque Nicephorus, neque Euagrius dicunt harum reliquiarum sumptionem factam tempore sacrificij, sed vterque scribit de reliquijs, quæ manducantur, quod de communione corporis Dominici sub solis panis speciebus intelligi potest, vt vel hinc manifestum sit, diu ante Euagrium ex veteri consuetudine pueros Græcorum Constantinopoli communicasse sub vnica

Euagrius.

Nicephorus Call.

nica specie, quam consuetudinem post septingentos & plures annos etiam ibidem perseuerasse testis est Nicephorus, qui sese sæpenumero talis communionem participem fuisse, memoriæ prodidit.

Neque putes, hunc ritum in oriente dumtaxat viguisse, extat namque in Concilio Matisconensi canon 6. quo statuitur: *Quæcumque reliquiæ sacrificiorum post peractam missam in sacrario superfederint, quarta vel sexta feria innocentes ab illo, cuius interest, ad Ecclesiam adducantur, & indicto eis ieiunio easdem reliquias conspersas vino percipiant*. Habita fuit hæc Synodus anno 585. idque à totius fermè Galliæ Episcopis, qui communionem sub vnica panis specie pueris indulserunt, cum reliquias corporis Christi non sanguine tinctas, sed conspersas vino sumi mandarunt. Quanto tempore hæc consuetudo in Gallijs, & an in alijs Regionibus Occidentalibus viguerit, non adeo manifestum est, vt ea de re aliquid certi constitui possit: solum constat, hunc ritum tunc abrogatum fuisse in Occidente, cum pueris, qui nondum ad plenum rationis visum peruenerant, communio interdicta fuit, qua de re latius, vbi de abrogato pro laicis vsu calicis agemus.

Concil. Matiscon

ARTICVLVS SECVNDVS.

De domestica laicorum Communione.

REctè animaduertit Cardinalis Bona libro 2. rerum Liturgicarum, capite 17. numero 4. circa vsum Eucharistiæ sæuiente persecutione introductum fuisse, vt cum in locis abditis sacra synaxis perageretur, qui ad eam conueniebant, non solum de oblatis participarent, sed particulas quoque acceptas à sacerdote secum deferrent; domi reuerenter custodiendas, vt, quia quotidie vitæ periculum eis imminebat, quotidie seipsos possent sacra communione ad certamen præparare. Tam certa est hæc Cardinalis Bonę sententia, totque antiquorum testimonijs comprobata, vt nemo hæreticorum nisi per summam peruicaciam id negare poterit. Vnum tantum addo fidelibus sacram Eucharistiam datam fuisse sub vnica panis specie, vt eam domum deferrent: præclarum habemus hac de re antiqui Carthaginensis presbyteri testimonium, Tertulliani nimirum libro 2. ad vxorem, capite 5. agit de muliere Catholica à viri ethnici contubernio auertenda: *Non sciet maritus, quid secreto ante omnem cibum gustes; & si sci-*

Tertullianus.

sciuerit panem, non illum credit esse, qui dicitur. Monet hoc loco Tertullianus, periculum esse in marito ethnico, ne petat ab vxore Christiana mane corpus Domini sub panis specie communicante, quid sit, quod ante omnem cibum gustet, & incredulus dehonoret corpus Domini, quod mulier pro communione domestica secum retinebat. Hunc quoque morem respicit Tertullianus de oratione capite 14. *Accepto corpore Domini & reseruato, vtrumque saluum est, & participatio sacrificij, & executio officij. Accepta,* inquit, ad communicandum tempore sacrificij, & *reseruato* vtique ad communicandum domi.

Plura afferri possent ex actis sanctorum hanc veritatem confirmantia, refert namque Baronius ad annum 293. ex actis martyrum Nicomediensium Beatæ Domnæ & Indes inter alia fuisse ligneam arculam, *in qua reposuerant sacram oblationem, cuius fiebant participes.* Et de beata Eudocia tempore Traiani habent acta apud Patres Henschenium, & Papebrochium prima Martij, quod antequam caperetur: *Occurrit in sacram ædem, reserataque illis arcula, in qua Diuinum donum reliquiarum sancti corporis Christi seruabatur, inde particulam acceptam sinu recondidit.* Addunt acta, dum postea ad martyrium subeundum nudaretur, excidisse ex eius sinu sanctũ, ac venerabile Christi donum, & in ignem conuersum fuisse, ac mira alia tunc contigisse, quæ, licet acta autentica non essent, à vero tamen aliena videri non debent, præclara namque sunt, quæ hac de re nobis tradit D. Cyprianus libro de lapsis: *Cum quædam,* inquit de muliere, *arcam suam, in qua Domini sanctum fuit, manibus indignis tentasset aperire; igne inde surgente deterrita est, ne & auderet attingere: & alius, qui & ipse maculatus, sacrificio à sacerdote celebrato, partem à cæteris ausus est latenter accipere; sanctum Domini edere & contrectare non potuit; cinerem ferre se apertis manibus inuenit.* Et libro de spectaculis arguit Christianum, qui dum sacrosancto missæ sacrificio interest, festinat ad spectaculum: *Dimissus, & adhuc gerens secum, vt assolet Eucharistiam.* Quibus testimonijs clariora desiderari non possunt pro vsu primitiuæ Ecclesiæ de Sacra Eucharistia à laicis domi seruata. Inter illa autem notanda sunt verba Cypriani: *Sanctum Domini edere & contrectare,* quæ indicant Eucharistiam sub panis specie à laicis domum delatam, adeoque communionem sub vnica specie frequentissimam fuisse apud primitiuos fideles tempore persecutionum.

Acta martyr. Nicom.

Acta S. Eudociæ.

D. Cyprianus.

Refert Baronius tomo 1. annalium ad annum Christi 57. pro hac re D. Gregorium Nazianzenũ testantem de sorore sua Gorgonia,

nia, quod in cubiculo suo seruare solita esset sacram Eucharistiam super altari domestico, vndè & miraculosè à morbo liberata fuit, post quam Eucharistiam super altare adorasset. Attamen verba Gregorij Nazianzeni extant oratione 11. vbi testatur Gorgoniam in infirmitate desperatis omnibus alijs auxilijs ad mortalium omnium medicum confugisse, & intempesta nocte, cum morbus nonnihil remisisset, ad altare cum fide procumbendo, eum, qui super ipso honoratur cum ingenti clamore inuocasse, cumque caput suum altari admouisset: *Et si quid vspiam antityporum prætiosi corporis, aut sanguinis manus recondiderat, id lacrymis admiscuisset (ò rem admirandam) statim liberatam se morbo sentit*. Hæc Gregorius Nazianzenus, ad quæ verba Christianus Lupus tomo 5. Conciliorum pagina 432.

,, Quod venerabilis Gorgonia
,, non solum panis, sed & vini
,, speciem haberet in suo dome-
,, stico altari. Præter morem.
,, Quod enim solam panis spe-
,, ciem deportari domum, ac
,, ibidem seruari & sumi permi-
,, serit omnis olim Ecclesia,
,, cunctis antiquæ disciplinæ pe-
,, ritis est exploratum: porro sa-
,, cra virgo Gorgonia erat, &
,, Episcopi dilecta filia: hinc ab
,, illis habuit singulare priuile-
,, gium.

Magis vrgere possit id, quod D. Hieronymus refert epistola 50. ad Pammachium, vbi illos obiurgans, qui post nocturnum concubium Ecclesiam ingredi non audebant, sed domi communicabant. *Quare*, inquit, *ad martyres ire non audent, quare non ingrediuntur Ecclesias? An alius in publico, alius in domo Christus est? Quod in Ecclesia non licet, nec domi licet*. Manifestè loquitur Hieronymus de corpore Christi, quod viri non in Ecclesia sed domi sumunt, docens non de loco sed conscientia potius sollicitum esse oportere: *Probet*, inquit, *se vnusquisque, & sic ad corpus Christi accedat*. Putat Baronius tomo 1. ad annum 57. hanc consuetudinem in occidente perseuerasse vsque ad Hormisdæ Papæ tempora, quando in Synodo Cæsaraugustana in Hispania abrogata cognoscitur. Verum errat vir eruditus in tempore istius Synodi, quæ habita fuit non sub Hormisda, sed sub Damaso Pontifice anno 381. quæ & canone 3. statuit: *Eucharistiæ gratiam, si quis probatur acceptam in Ecclesia non sumpsisse, anathema sit in perpetuum. Ab vniuersis Episcopis dictum est, placet*. Et Concilium Toletanum primum circa annum 400. canone 14. *Si quis autem acceptam à sacerdote Eucharistiam non sumpserit, velut sacrilegus appellatur*. Habitum fuit hoc Toletanum Concilium contra Priscillianistas, qui dum acceptum Christi corpus secum deferebant, & domum delatum

Hieronymus.

Canon 3. Syn. Cæsar. Aug.

Concil. Tolet. 1.

tum

tum non sumebant quidem, sed multa sacrilega cum eo peragebant, ob hos similesque abusus statuunt Patres Hispani Eucharistiam à sacerdote in Ecclesia acceptam ibidem esse sumendam, id quod omnis occidentalis Ecclesia videtur admisisse post hæc tempora, non ita tamen Orienralis, vbi consuetudo hæc diutius viguisse probatur ex varijs solitariorum actis, & Patrum de eorum vita testimonijs.

ARTICVLVS TERTIVS

De solitariorum Communione sub vnica specie.

NON agimus in præsenti de solitarijs, qui licet eremos inhabitarent, in communi tamen viuebant sub aliquo Abbate, quales post tempora persecutionum complures fuisse in Ægypto Palestina, & Syria testes sunt omnes fere antiqui scriptores. Hi autem sicut habebant oratoria aut communem Ecclesiam, communicabant suo tempore, idque sub duplici specie, vnde regula monachorum Isaiæ Abbatis edita per Lucam Holstenium meminit, capite 37. sumptionis *corporis Christi & sanguinis eius*, cuius ritum vita S. Pachomij his verbis describit: *Accedentes tamen ad communionem sacramentorum Christi, & cingulos soluant, & melotem deponant*. Exibant quandoque hi monachi ad solitudinem meditationis causa, qua de re scribit Theodoretus in historia Patrum de Iuliano, quod quandoque 50. stadia, quandoque 100. perficiebat vna cum socio monacho, neque reuerteretur nisi post 10. aut 15. dies. Præclarius hanc monachorum consuetudinem describit author vitæ sanctæ Mariæ Ægyptiacæ capite 1. vbi refert, Zoymum cum monachis prima Dominica quadragesimæ post participationem sacrorum mysteriorum exire solitos ad meditandum ex altera parte Iordanis. Regulam porro inuiolabilem apud eos viguisse: *Nesciat alter de altero, quem exercitationis rigorem moduque teneat. Nam transito Iordane ab inuicem longe diuidebantur plenam sectantes solitudinem*. Neque ad monasterium redibant, quam Dominica Palmarum. An vero illi secum Euchariſtiam ad solitudinem portarent, nemo antiquorum, quod sciam, memoriæ tradidit, neque secum portasse verisimile fit, cum semper in itinere essent, nullibi domunculam aut oratorium ad reponendum haberent.

Regula Isaiæ Abbatis.

Vita S. Pachomii.

Author vitæ S. Mariæ Ægyptiacæ.

Non agimus quoque de ijs solita-

litarijs, qui procul ab hominum conspectu remoti in antris & cauernis latitabant, de quibus exempla habemus apud D. Hieronymum, qui testatur in vita Pauli Eremitæ, ipsum adhuc adolescentem ad montium deserta confugisse, & in spelunca quadam, quę tempore Cleopatræ furtiuæ monetæ officina fuerat, totum vitæ suæ tempus peregisse procul ab omnium hominum conspectu, tantum feras & aues sexaginta annorum tempore ad cellam suam admittens, in cuius rei testimonium narrauit Paulus Antonio, coruum singulis diebus dimidium panis portasse ad ipsius sustentationem. Et ne hæc incredibilia viderentur: Iesum testor, inquit Hieronymus, in ea eremi parte, quæ iuxta Syriam Sarracenis iungitur, vidisse me monachos, de quibus vnus per 30. annos clausus hordaceo pane, & lutulenta aqua vixit: alter in cisterna veteri (quam gentili sermone Syri cubam vocant) quinque carycis per singulos dies sustentabatur. Hos enim non participasse corpus & sanguinem Domini, vt fideles solebant, indubitatum sit, tum ex vita sancti Pauli Eremitæ, tum ex actis S. Mariæ Ægyptiacæ, quæ Zosimo Abbati narrauit, sese 40. annis eremum inhabitasse absque sacra communione, vnde capite 3. ad Zosimum: sequenti anno vespere in cœna Domini, accipe mihi sacrum vas viuifici corporis & sanguinis Christi tantis mysterijs dignum, atque affer; manens omnino in ea Iordanis ripa, quæ terræ habitatæ est propior, donec adueniens suscipiam vitalia dona: ex quo enim illa suscepi in templo præcursoris, priusquam Iordanem traijcerem, vsque nunc, carui participatione sanctificationis huius, & nunc ipsam inexplebili amore concupisco. Idem firmari potest ex Mari, de quo Theodoretus in historia Patrum, capite 20. quod triginta & septem annis inclusus vixerit in quadam domuncula: Cum autem longo tempore desiderasset videre offerri spiritale & mysticum sacrificium, rogauit vt diuini doni illic fieret oblatio. Ego vero, inquit Theodoretus, lubenter parui & iussi sacra vasa afferri. pagus enim aut longe aberat, & pro altari vsus diaconorum manibus, mysticum diuinum & salutare obtuli sacrificium. An Maris, tempore illo, quo fuit inclusus, sacra dona ab alio portata sumserit, non refert Theodoretus, eum saltem toto tempore non interfuisse sacrificio, præterquam illa vice, dum Theodoretus ibidem obtulit, clarum est ex verbis citatis, ex quibus prout ex actis sanctæ Mariæ Ægyptiacæ colligitur, solitarios illos, dum occasionem nanciscebantur communionis, etiam sub duplici specie communicasse.

Hieronymus.

Acta B. Marię Ægyptiacæ.

Theodoretus.

Agi-

Agimus itaque de illis solitarijs, qui ciuitati, pago, monasterio, aut oratorio vicini erant, & propter communionem diebus Dominicis aut aliquoties per annum sacrificijs intererant. Franciscus Combefis in illustrium Christi martyrum lectis triumphis edidit Ammonium monachum de SS. monachis Synaitis, qui cum ad montem Synai peruenisset, inuenit hunc monachorum vitæ cultum; *Totam hebdomadam silentio, solique sedentes, vespere sabbatho, illucescente Dominica in Dominicum (Ecclesiam dicimus) cuncti cogebantur; ac simul nocturnas persoluentes preces manè perceptis intemeratis, ac viuificis Christi mysterijs in suum quisque locum denuo reuertebantur*. In suum quisque locum inquit Ammonius, quod monachi per montem dispersi habitarent etiam in collulis, de quibus etiam testatur apud Ammonium quidam monachus veniens ex monasterio Raithu ad oras maris rubri: *In quo*, inquit, *eramus omnes numero tres supra quadraginta, seorsim priuatisque ædiculis ad pietatem nosmet exercentes*. Hos autem similiter singulis Dominicis ad Ecclesiam conuenire solitos, patet ex allato ibidem Iosephi Anachoritæ testimonio; *Nec vlla me Dominica dies preterijt, quin Christi mysteria cum omnibus vobis perceperim*. Loquitur de Monachis in Raithu, qui seorsim etiam in priuatis ædiculis ad vnum, duo, aut tria milliaria à monasterio dissitis habitabant, quos diebus Dominicis secum portasse corporis Christi particulas, licet non referat Ammonius, colligi tamen poterit ex ijs, quæ refert Palladius in historia Lausiaca capite 9. & 52. monachos nimirum in solitudine habitantes non antea sumpsisse cibum, quam spirituale alimentum animæ accepissent, sanctam nimirum communionem in cellis sub panis specie seruatam.

Ammonius.

Ioseph Anachorita.

Palladio consonat Diuus Basilius epistola ad Cæsar. Patric. vbi probaturus, quod liceat laicis acceptam à sacerdote particulam proprijs manibus ori admouere: In ipsa Ecclesia, inquit, sacerdos partem aliquam in manus tradit, & illam apprehendit, qui percipit cum omni libera potestate, atque ita suis proprijs manibus eamdem suo ori admotam ingerit. Et ante hæc verba: Quoniam vero per tempora illa persecutionum cogebantur homines necessario sacerdote vel ministro non præsente, proprijs manibus percipere communionem, non est nisi superuacuum, vt demonstrem illam ipsam rem non esse grauiter, & iniquè ferendam, coquod inueterata consuetudo hoc ipsum reuera confirmatum dederat. Nam & illi omnes, qui per eremos vitam monasticam instituunt, vbi copia non suppetit

Basilius.

,, petit sacerdotis, cum habeant ,, domi communionem, de suis ,, manibus illam percipiunt. A- ,, lexandriæ autem & per Ægy- ,, ptum vnusquisque etiam de ,, plebe vt plurimum habet do- ,, mi suæ communionem. Citat hunc integrum locum ex epistola Basilij ad Cæsar. Patric. Anastasius Sinaita quæstione septima ex quibus duo notanda sunt: ac primo, Alexandriæ communiter fuisse receptam Eucharistiæ communionem sub vnica specie, quod spectat ad Articulum præcedentem: in solitudine vero idem receptum fuisse apud solitarios, quod spectat ad præsentem.

Extat apud Franciscum Combefis tomo 2. auctuarij Græcorum Patrum vita Lucæ iunioris monachi Græcolatina, in qua habetur, eum Corinthiorum Archiepiscopum adijsse, ab illo quæsiuisse. Amabò ô Domine: qua ,, nos ratione, qui propter mul- ,, ta peccata nostra montes coli- ,, mus ac solitudines, qua in- ,, quam ratione horrenda my- ,, steria possimus percipere? Vi- ,, des enim vt nedum collecta, ,, sed neque sacerdos suppetat. ,, Et Corinthiorum Archiepisco- ,, pus gratè admodum percon- ,, ctationem accipiens, bene, ,, inquit, pater deque bona re ,, & maxima interrogasti, nam ,, bonum quoque, vt aiunt non ,, bonum est, si non bene fieri ,, contingat. Primò igitur ac ,, principaliter sacerdotem adesse decet. Quod si ille neces- ,, saria omni rationi absit, impo- ,, nendum sacræ mensæ præsan- ,, ctificatorum vasculum, si qui- ,, dem est oratorium, sin autem ,, cella, scamno nudissimo. ,, Tunc explicans velum minus, ,, proponens in eo sacras parti- ,, culas, accensoque thymiama- ,, te, typicorum psalmos, aut ,, hymnum ter sanctos cantabis ,, cum symbolo fidei, trinaque ,, genuum flexione adorans, ma- ,, nus quidem contrahes, ore ,, autem sanctum pretiosi Christi ,, ac Dei nostri corpus sumes, ,, dicendo, Amen: Loco autem ,, sacri calicis, vini poculum bi- ,, bes, nec vero vltra calicem in ,, aliorum communem vsum as- ,, sumes. Rursum vero reliquas ,, particulas in vase linteolo col- ,, liges, omnem diligentiam ,, adhibens, vt ne margarita de- ,, cidat, ac conculcetur. Ante plura sæcula vixit Lucas Iunior, putatque Nihusius in annotatione 2. de communione Orientalium sub vnica specie, illum floruisse temporibus Iconomachorum, qui exorti sunt anno 723. & extincti anno 843. vt videre est apud Baronium. Patet interim responsione Corinthiorum Episcopi, solitarios olim hanc habuisse consuetudinem, vt sacras particulas penes se seruarent in solitudine, de qua re audiuimus Diuum Basilium epistola ad Cæsar. ex quibus patet, communionem sub vnica panis specie in

Acta Lucæ Iunioris.

in vsu fuisse apud solitarios Orientales vsque ad octauum sæculum.

Actis Lucæ Iunioris adiungam acta Theoctistæ Lesbiæ, quæ anno 902. vixit in insula Pari, de qua eiusdem insulæ Anachoreta ad legatum Leonis Imperatoris, apud Baronium supra, quod quidam ex insula Creta adueniens inuenerit Theoctistem Lesbyam, quæ dum triginta quinque annis non communicarat, rogauit venatorem: Quando anno sequenti nauigaturus es in hanc insulam venandi causa (scio enim te omnino venturum, si Deus velit) vt in vase mundo mihi accipias vnum ex intemeratis donis corporis Domini nostri Iesu Christi. Ex quo enim hanc habito solitudinem, tali dono numquam sum dignata. Hæc ipsa Theoctistes, quæ optime nouerat, Anachoretas olim non nisi sub vnica panis specie communicare consueuisse in solitudine, laicis non nisi Eucharistiam sub specie panis datam fuisse, vt eam domum portarent, prout hunc venatorem sequenti anno fecisse constat ex ijs, quæ in eadem historia enarrat Symeon Anachoreta: *Nauigaturus*, namque *ad venationem, accepta in pixide parte diuinæ carnis Domini eam tulit ad beatam*. Ad quæ verba Baronius in margine: *Adhuc vigebat mox ille in Oriente, vt portandi foras Eucharistiam laico licentia esset, quod iam diu ante in Occidentali Ecclesia, vt superius dictum est, constat fuisse vetitum*. Cæterum cum Baronius memineat Eucharistiæ foras portari solitæ, non ab re futurum existimo, si morem primitiuæ Ecclesiæ illa de re consequenter inuestigemus.

Teoctistes Lesbya apud Baronium.

ARTICVLVS QVARTVS.

De Communione iterfacentium sub vnica specie.

QVemadmodum fideles tempore persecutionis secum ferebant sacra dona, aut particulas corporis Christi, vt earum sumptione ad viam æternitatis sese pararent, ita & iter facientes sacras particulas secum portasse, ne absque communione, si naufragium paterentur in mari, decederent, præclarè nobis testatur sanctus Ambrosius libro de obitu Satyri fratris sui: Qui priusquam perfectioribus esset initiatus mysterijs, in naufragio constitutus, cum ea, qua veheretur nauis scopuloso illisa vado, & vrgentibus hinc, atque inde fluctibus soluere-tur,

Ambrosius.

,, tur, non mortem metuens,
,, sed ne vacuus mysterijs exiret
,, è vita, quos initiatos esse co-
,, gnouerat, ab his diuinum il-
,, lud fidelium sacramentum po-
,, poscit: non vt curiosos ocu-
,, los inferret arcanis, sed vt fi-
,, dei suæ consequeretur auxi-
,, lium. Etenim ligari fecit in
,, orario, & orarium inuoluit
,, collo, atque ita se deiecit in
,, mare. Hæc D. Ambrosius de fratre suo adhuc Catechumeno, qui ab alijs fidelibus, seu, vt vocant initiatis, in eadem naui existentibus, petijt particulam Corporis Christi: non enim petijsset, nisi fideles trans mare nauigaturos sanctas particulas penes se habere sciuisset. Habuerunt autem, vt ea tempestate vrgente pro viatico sumerent, quod communionem sub vnica specie clarius indicat, quam vt vlla nostra expositione indigeat.

Scio quidem pro hac veritate etiam afferri solere testimonium Gregorij Magni libro primo dialogorum, capite 36. vbi narrat Maximianum Abbatem, postea Syracusanum Episcopum, Constantinopolim ad monasterium suum reuertentem, in tempestate Eucharistiam sumpsisse, & ab Arcudio, ac Eminentissimo Cardinali Bona addi, ex Ioanne diacono in vita D. Gregorij libro primo capite 33. idem factum fuisse à monachis Constantinopolim nauigantibus. Verum vna est, quam D. Gregorius, & Ioannes diaconus attingunt historiam, nimirum Maximi Abbatis, qui cum Monachis ad D. Gregorium tunc Pelagij Papæ Apocrisarium Constantinopolim perrexerant, & redeuntes in mari nimia tempestate exagitati in periculo naufragij omnes sibimet ipsis pacem dederunt: *Corpus & sanguinem Redemptoris sumpserunt.* Ita D. Gregorius, & Ioannes Diaconus locis citatis, quod etiam presbyteris licuerit Eucharistiam sub duplici specie secum portare, vnde illud D. Hieronymi epistola 4. ad Rusticum de Exuperio Tolosano Episcopo: *Nihil illo ditius, qui corpus Domini canistro vimineo, & sanguinem portat in vitro.* Et illud authoris vitæ S. Mariæ Ægyptiacæ de Abbate Zozimo, capite 4. numero 34. *Et accipiens paruulum poculum intemerati corporis & sanguinis Christi Dei nostri.*

Ioannes Diaconus

D. Hieronymus.

Vita S. Mariæ Ægypt.

Itaque Diui Gregorij, & Ioannis Diaconi omissis testimonijs, aliud nobis pro communione sub vnica specie subministrant acta Birini ab Honorio primo in Angliam transmissi, quæ ex Surio die 3. Decembris, refert Cæsar Baronius tomo 8. ad annum 635.
,, ad littus Britannici freti arre-
,, pto itinere perueniens, ascen-
,, surus nauim, diuina celebrat
,, mysteria, sibi suisque viati-
,, cum parans, salutaris hostiæ
,, pia libamina Deo obtulit. Vr-
,, gente vero nauigationis arti-
,, culo, ad nauim festinans in-

Acta Birini.

tro-

,, troducitur: & insurgente vento, dum alta sulcarent Pelagi; ,, reminiscitur Birinus se rem praecipue caram amisisse, & ,, nautis vrgentibus impeditum, ,, in littore, vnde abscesserat, ,, reliquisse. Dederat enim ei ,, Honorius Papa pallam, super ,, quam corpus Christi consecrabat, & in qua corpus Dominicum inuolutum, & ad collum ,, suspensum semper secum ferebat, atque inter sacranda sacrosancta mysteria super sanctum altare ponere consueuit. ,, Fide igitur armatus in mare descendit, Deum authorem ,, habens per mare securius incedit, & recepto quod reliquerat ad nauem ingreditur: ostendit autem illam quasi immobilem stantem, cum paulo ,, ante per vndas maris velociter ,, currentem reliquisset. Haec acta S. Birini, quibus adiungi potest id, quod de sancto Laurentio Dublinensi Episcopo testantur eius acta apud Surium tomo 6. die 14. Nouembris: *Quatuor sacerdotes cum magna turba hominum transire comperiunt, qui Eucharistiam sicut tunc moris erat pluribus, secum pro tuto viatico, ac securo duce itineris publicè deferebant*. Ex quibus, vt rectè Baronius, colligitur, consuetudinem deferendi secum corpus Domini in itinere, viguisse vsque ad tempora Alexandri III. quin imo ex hac consuetudine prouenisse, putat Angelus Rocca Apostolici sacrarij praefectus, quod Romanus Pontifex, dum extra vrbem Romam longum iter agit, secum Eucharistiam deferat, quae cum magnifico, & religioso comitatu ipsum praecedit: addit Arcudius libro 3. de Sacramento Eucharistiae, capite 59. *Monachos apud Graecos idem in hunc vsque diem obseruare in itineribus longioribus, quae omnia communionem sub vnica specie non modo probant, sed & demonstrant*.

ARTICVLVS QVINTVS.

De Infirmorum Communione. sub vnica specie.

SI olim conseruata fuerit Eucharistia in laicorum domibus, multo verisimilius est, seruatam fuisse in Ecclesijs. Putat autem Bellarminus libro 4. de Eucharistia, sub vnica tantum panis specie vtrobique fuisse seruatam: *Nam*, inquit, *qui meminerunt asseruationis vt Cyprianus in sermone de lapsis, & Ambrosius in oratione de obitu Satyri, & Sophronius iam citatus solius* Bellarminus.

speciei panis, meminerunt. Ex quo postea deducit, communionem egrorum vt plurimum factam sub vna tantum specie. Verum pace Eminentissimi Cardinalis dixerim, & seruatam olim legimus Eucharistiam sub duplici specie, & ægrotos sæpissimè sub vtraque communionem suscepisse ex veterum monimentis agnoscimus. Dionysius Patriarcha Alexandrinus testatur apud Eusebium, Synodicè statutum fuisse in Ægypto, vt emigraturi è vita, *sanctorum mysteriorum participes fierent*. Hanc autem participationem vocat D. Cyprianus pacem, eamque exponit in epistola ad Cornelium, communionem corporis & sanguinis, vnde Hesselius in historia Nectarij, coram sacrosancto Tridentino Concilio exposita, admittit: *Quod olim quoque in more erat, vt reseruarent Eucharistiam ad viaticum, non sub panis tantum, sed etiam sub specie vini*. Videri posset, id significasse sanctus Optatus Mileuitanus vocans altare: *Sedem Corporis & sanguinis Christi*. Et Iulius primus epistola ad Eusebianos asserens, in introitu Gregorij: *Sacra mysteria ab Ethnicis direpta, & in terram abiecta esse*. Sed clarius facit D. Ioannis Chrysostomi epistola ad Innocentium primum, de secunda sua expulsione apud Palladium: *Repentè multitudo militum ipso magno sabbatho, cum iam in vesperam vergeret dies, Ecclesias ingressi, clerum omnem, qui nobiscum erat, per vim eiecerunt, armisque veneranda obsidebantur altaria*. Peruenerat iam dies ad vesperam, qua nullum fiebat in Ecclesia sacrificium, sed mulieres & Catechumeni conuenerant ad baptismum recipiendum, vt ibidem tradit Chrysostomus, qui addit, plurimas acceptis vulneribus eiectas fuisse: Neque hactenus stetere clades, sed vbi sancta condita seruabantur, ingressi milites: ex quibus, vt postea didicimus, quidam needum initiati erant, omnia spectabant intus recondita, sanctissimusque Christi sanguis in tanto tumultu in militum vestimenta fusus est, omniaque, non secus quam in captiuitate barbarica, facinora passim admissa. Nota milites ingressos, vbi sancta condita seruabantur, etiam non initiatos spectasse omnia in sacrario recondita, quæ fidem faciunt sanctum Chrysostomum hic agere de asseruatione sanctorum mysteriorum, inter quæ etiam calicem sanguinis fuisse, notat Baronius, & patet ex eo, quod sanctissimus Christi sanguis in militum vestimenta fusus fuerit, fundi enim non potuit in illo tumultu; nisi asseruatus fuisset in sacrario.

Dionys. Alexand.

Hesselius

S. Optatus.

Iulius I.

Chrysostomus.

Complures quoque moribundos sub dupliei specie communicasse, suadet in primis testimonium sancti Iustini Martyris Apolo-

Iustinus M. logia pro Christianis: *Postquam præsidens gratiarum actionem compleuit, qui apud nos vocantur diaconi, distribuunt vnicuique præsentium, in quo actæ sunt gratiæ: panem, vinum, & aquam, & ad absentes perferunt.* Hæc enim cum scripta sint de sacra Eucharistia, vt totus contextus indicat, & sanctus Iustinus asserat, sacra dona die Dominico ad eos, qui absunt, à diaconis delata fuisse, neque alij diebus Dominicis abesse possent, quam qui ob persecutionem in carceribus, aut ob infirmitatem in domibus detinebantur, de infirmis consequenter fidem facit Iustinus, quod sub vtraque specie communicarint. Et ad sanctam Mariam Ægyptiacam Beatum Sozimam portasse communionem sub duplici specie, ostendunt eius acta ab Hildeberto Episcopo Cenomanensi versibus descripta:

Hildebert. Conom. *Mox vt ei Christi corpus calicemque dedisti*
Victricem mundi dissoluit prima secundi.

Et Beata Gorgonia iam morti proxima habebat in suo cubiculo Eucharistiam non modo sub panis sed etiam sub specie sanguinis, vnde illud Gregorij Nazianzeni oratione 11. *Si quid vspiam antityporum pretiosi corporis aut sanguinis manus reconditerant.* Et quod media nocte, *hoc suo pharmaco corpus totum perfudisset.* De Ioanne monacho Eleutherij fratre scribit quoque sanctus Gregorius Papa libro 4. dialogorum, capite 35. *Ante triduum quam vocaretur ex corpopore, febre correptus est: ad horam vero mortis veniens, mysterium Dominici corporis & sanguinis accepit.* De sancto quoque Benedicto, capite 6. eius vitæ: *Cumque per dies singulos languor ingrauesceret, sexta die portari se in oratorium à discipulis fecit, ibique exitum suum Dominici corporis & sanguinis perceptione muniuit, atque inter discipulorum manus imbecilla membra sustentans, erectis in cœlum manibus stetit, & vltimum spiritum inter verba orationis afflauit.* Et de sancto Remacho, qui anno 653. obijt, dicitur in actis Pontificum Leodiensium: *Sacrosancti corporis pretiosique sanguinis Christi viatico confirmatus inter charissimorum filiorum manus animam suo reddidit creatori.* Et venerabilis Beda de Cutberto, capite 11. vitæ: *Vbi consuetum nocturnæ orationis tempus aderat, acceptis à me sacramentis salutaribus, exitum suum, quem iam venisse cognouit, Dominici corporis, & sanguinis communione muniuit.* Et vita Theobaldi apud Labbeum tomo 2. nouæ bibliothecæ M. SS. librorum folio 684. habet: *Accepto itaque corporis, & sanguinis Christi viatico .... Redemptori suo animam reddidit* 8. *idus Nouembris anno Domini* 1070.

Greg. Nazianz. — Gregorius M. — Acta Pont. Leodic. — Vener. Beda. — Vita Theobaldi.

Plura sunt hac de re testimonia in sanctorum actis, quibus omissis agendum iam est de communione ægrotantium sub vnica specie.

Enimuero antiquitus etiam infirmos communicasse sub vnica panis specie ostendunt varia antiquorum testimonia. Eusebius Cęsareensis in Palestina Episcopus, libro 6. capite 36. enarrat ex epistola Dionysij Patriarchę Alexandrini de Serapione fideli sene, quod in grauem morbum delabens post triduum, nepotem miserit sic eum allocutus: *Aliquem ex presbyteris aduoca ad me ...... percurrit ad presbyterum: nox iam erat: ille fortè morbo vexatus, accedere ad eum non poterat: sed tamen quoniam à me mandatum dabatur, vt qui iam essent vita emigraturi sanctorum mysteriorum (dummodo peterent, & vel maxime si antea, dum integra valetudine erant, supplices petiuissent) participes fierent: sicque cum pace dimissi, & bona spe confirmati, ex hac luce decederent. Puero exiguam quamdam Eucharistiæ partem dedit,* ἀποβρέξαι κελεύσας, καὶ τῷ πρεσβύτῃ κατὰ τοῦ στόματος ἐπιστάξαι. *Præcipiens, vt eam madefactam in os senis effunderet: addit puerum eum secum tulisse & dedisse Serapioni Particulam, qui illico extremum spiritum emisit.* Et nequisquam existimet, per Eucharistiæ partem madefactam intelligi sanguine tinctam, notanda est versio Valesij libro 6. capite 44. *Exiguam Eucharistiæ partem puero tradit, iubens, vt in aqua intinctam seni in os instillaret.* Quibus verbis nihil clarius desiderari potest pro communione infirmi sub vnica panis specie.

Eusebius lib. 6. c. 36.

Diuus Paulinus in vita sancti Ambrosij refert, quod dum morti proximus esset: *Honoratus sacerdos Ecclesiæ Vercellensis cum in superiore domus se ad quiescendum composuisset, tertio vocem vocantis se audiuit, dicentisque sibi: surge, festina, quia modo est recessurus. Qui descendens, obtulit sancto Domini corpus, quod vbi accepit, emisit spiritum.* Hoc namque testimonium contra nouatores facit, sub vtraque specie communicandum statuentes, contra quos facit quoque Basilius magnus, quem morti proximum sub vnica panis specie communicasse, refert author vitæ Amphilochio adscriptæ, & Fulcrannus Episcopus Lodouensis, de quo Bernardus Guido in vita, capite 5. *Exitum suum perceptione sacri corporis Domini nostri Iesu Christi muniuit.* Demum Theoctistes Lesbia, quæ inuenta à venatore rogauit eum, vt, dum anno sequenti rediret ad solitudinem: *In vase mundo acciperet vnum ex intemeratis donis corporis Domini nostri Iesu Christi.* Id autem anno sequenti factum, eamque post susceptum Christi corpus migrasse de hac vita

Paulinus.

Vita S. Fulcranni.

ta, habes apud Baronium tomo decimo ad annum 902.

Nec solum ex his sanctorum actis colligitur, indifferentem fuisse vsum sub vna vel duplici specie primis Ecclesiæ sæculis, sed etiam constat pro locorum diuersitate variam fuisse in seruanda Eucharistia Ecclesiarum consuetudinem: si enim ex citatis supra testimonijs pateat, Eucharistiam aliquoties sub duplici specie seruatam fuisse, ex alijs testimonijs monstrari potest, sæpius & plerisque in locis sub vnica specie in Ecclesijs custodiri solitam. Illud enim indicauit Sanctus Optatus Mileuitanus libro 2. contra Donatistas, dum ipsos arguit: *Quod iusserunt Eucharistiam canibus fundi: non sine signo diuini iudicij: nam ijdem canes accensi rabie, ipsos Dominos suos quasi latrones sancti corporis reos, dente vindice, tamquam ignotos & inimicos laniauerunt*. Neque aliud voluit Venantius Fortunatus, cum libro 3. carmine 25. ad felicem Bituricensem scribit de turri corpus Domini continente.

S. Optatus Mileuitanus.

Venant. Fortunat.

Quam bene iuncta decent, sacrati vt corporis agni
margaritum ingens aurea dona ferant.

Idem confirmat Gregorius Turonensis libro primo miraculorum capite 86. dum narrat: *Acceptaque turre diaconus, in qua ministerium Dominici corpus habebatur, ferre cœpit ad ostium, ingressusque templum vt eam altari superponeret, elapsa de manu eius ferebatur in aera*. Et consonat Concilium Turonense secundum anno 567. canone 3. *Vt corpus Domini in altari non in imaginario ordine sed sub crucis titulo componatur*. Nihil aliud enim voluit hæc Synodus, quam corpus Domini non inter reliquias, sed sub cruce in altari reseruari. Author vitæ D. Basilij tradit, eum tempore sacrificij hostiam in tres partes diuisisse, quarum vnam sumebat, alteram secum sepeliendam seruabat, tertiam in columba aurea depositam super sacrum altare affixum retinebat: enimuero columbas similes à Seuero hæretico fuisse sublatas, conquesti sunt clerici & monachi Antiocheni in libello Synodo Constantinopolitanę sub Menna oblato. Aliud demum non statuitur in ordine Romano ante septingentos annos conscripto, *Tunc Pontifex rumpit oblatam, ex latere dextero, & particulam, quam ruperit, super altare relinquit*. Hanc enim esse tertiam hostiæ partem, dicit Micrologus de Ecclesiasticis obseruationibus, capite 18. *Quam sacerdos communicaturis siue infirmis necessario dimittit*. Quæ verba ita omninò intelligenda sunt, vt communicaturis dimittat statim sumendam, pro infirmis autem in altari conseruandam. Vt enim rectè ex Ioanne Morino Cardinalis Bona libro 2. rerum liturgicarum, capite 17. numero 6. *Serua-*

Gregorius Turon.

Canon 3. Conc. Turon.

Ordo Romanus.

Card. Bona. *uabatur antiquitus in Ecclesia corpus Christi pro infirmorum communione*. Hodierna autem consuetudo de pluribus particulis pro communione fidelium in ipsa Ecclesia etiam extra sacrificium seruandis, primum introducta est à mendicantibus, neque ab alijs deinde vsurpata fuit, nisi Romano Rituali comprobante, in quo nunc decernitur, propter infirmos asseruandam esse sub vnica panis specie Eucharistiam, id quod per totum Occidentem inualuit, & per Orientem iam dudum in vsu fuit, vtpote vbi Græci presbyteri in cœna Domini panem consecrant leuiter Christi sanguine humectatum, & siccatum etiam per totum annum asseruant pro ægrotis, vt testis est Arcudius, & cum ipso omnes Græci recentiores.

CAPVT TERTIVM.

De Missa præsanctificatorum tam apud Græcos quam apud Latinos.

EGimus supra de communione sub vnica specie, prout à varijs nationibus Catholicis obseruata fuit diuersis temporibus, nunc de missa præsanctificatorum nobis agendum est, quæ apud Ecclesiam Orientalem in vsu est singulis diebus quadragesimæ exceptis Sabbatis & Dominicis, apud Ecclesiam vero Occidentalem die Veneris maioris Hebdomadæ. Missam præsanctificatorum iuxta ritum Græcorum exhibet Iacobus Goar in Euchologio siue rituali eorum, quæ in eo præcipuè differt à missis ordinarijs, quod in illis quidem sacerdos offerat, consecret, & communicet sub specie panis & vini, in ista vero tantum communicet sub specie panis, idq; antea consecrati. Diebus itaque Sabbathi & Dominici in quadragesima plures panes consecrandi offeruntur, consecratque sacerdos quinque panes, & quos necessarios habet ad missas præsanctificatorum illa septimana celebrandas. Hos cū sacro cochleari sanguine tincto signat in crucis formam, & reponit in Ciborio, vt quando missam anteconsecratorum celebraturus est, inde panem consecratum sumat, & ad sanctam propositionis mensam cum veneratione adducat, ac sacerdote post alia dicente: *Præconsecrata sancta sanctis*, reliqua iuxta consuetum morem perficiat. Ita rituale Græcorum, cui consonat Ioannes Claudiæ Metropolita tractatu aduersus Latinos de Azimis & suffocatis:
,, Sabbatho & Dominica sacrum
,, facimus tertia diei hora, cum Ioannes Claudiæ Metropolita.
,, in diuinos Apostolos Spiritus

san-

,, sanctus descendit. Propterea-
,, que illis diebus offerentes mu-
,, nera sanctificamus, ex quibus
,, post modum per vniuersam
,, hebdomadam abunde est; &
,, sexta hora cum absoluerimus
,, omnes Dei laudes, in fine Ly-
,, chnici, recitatis à Magno Basi-
,, lio præscriptis precibus, ele-
,, uamus sancta dicentes: atten-
,, to animo simus, præsanctifi-
,, cata sancta sanctis. Habes hoc testimonium apud Leonem Allatium dissertatione de missa præsanctificatorum, vbi plura congerit huc spectantia, ex quibus patet missam præsanctificatorum apud Græcos, quoad communionem sub specie panis ante consecrati similem esse missæ Latinorum in die Parasceue, de qua missale Romanum, quod sacerdos consacratam præcedente die hostiam in tres partes diuidat, quarum vnam in vinum aqua mixtum sed non consecratum mittit, duas alias partes reuerenter sumit, vt certum sit, quod etiam apud Latinos Sacerdos in missa præsanctificatorum sub vnica tantum specie communicet.

Scio quidem Patriarcham quemdam Constantinopolitanum in præscriptis ad Paulum Hypopsephium ita præsanctificatorum missam describere, vt vna cum pane antea consacrato sumatur sanguis Christi tunc consecratus:

Anonymus Patriarcha Constantinop.

,, Vltima Tyrophagi dominica,
,, quinquagesimæ nempe, cum
,, missa perfecta ac integra cele-
,, bratur, & panes sacri non vti
,, moris est, sed plures præpa-
,, rantur. Post communionem
,, panes, qui ad Parasceuem vs-
,, que sufficere debent, in pyxi-
,, de ad id muneris destinata as-
,, seruantur nullo in eos pretio-
,, so sanguine immisso, quod ca-
,, lix singulis ieiunorum diebus
,, præparatur & consecratur,
,, cum præsanctificatorum missa
,, celebratur, in quem & ante
,, perfectus panis post eleuatio-
,, nem in partes diuisus immit-
,, titur. Verumtamen, quæ ne-
,, cessitas fuerit sanguinem san-
,, ctum diuino pani immisceri,
,, cum præsanctificatorum missa
,, pro sancto calice tantum con-
,, ficienda sit. Hæc sunt Patriarchæ Constantinopolitani verba, ex quibus fatetur Leo Allatius non vnum semper & vbique fuisse missæ præsanctificatorum ritum, cum vltimus ille hodie in vsu non sit apud Græcos, vt constat ex eorum rituali supracitato, quod tantum crucis cum cochleari sanguine tincto in sacro pane faciendæ meminit, ex quo ritu patet, non modo calicem non consecrari in missis præsanctificatorum, sed nec sumi, cum exsiccatus sit, antequam panis consecratus sumatur. Addit Michael Anchiali, similem intinctionem non esse in vsu in Ecclesia Græcorum, & Scholiastes Harmenopuli sectione 2. titulo 6. τὰ μὲν χρίειν τὰ προηγιασμένα ἐξὸν τῆς λαβίδος ἐν τῷ δεσποτικῷ αἵματι, ἐν τῷ μέλλειν ἐσθίειν.

Hermenopuli Scholiastes.

φυ-

φυλάττειν, ἀκριβέστερόν φησιν ὁ μακάριος Ἰωάννης, ὡς καὶ ἐν τῇ καθ' ἡμᾶς μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ γινόμενον. *Non esse tingenda præsanctificata per cochlear sanguine Dominico, dum custodienda sunt, accuratius tradit beatus Ioannes, veluti quod etiam in Ecclesia nostra maiori fiat*. Putat Arcudius libro 3. capite 56. per Ioannem intelligi ieiunatorem, qui ante plura sæcula vixit, & quem immeritò sanctum vocari asserit. Quisquis autem hic Ioannes Constantinopolitanus sit, refert Leo Allatius authorem Græcum ita scribentem:

Leo Allatius differ de missa præsanctif. capite 20.

,, Obseruari multis in locis, ex ,, sacerdotibus nonnullos præ- ,, sanctificata conseruaturos Do- ,, minico per cochlear sanguine ,, tingentes, reponere; alias ni- ,, hil simile putantes ..... cum ,, verò in hac magna Ecclesia ,, secundum in vsu esse conspi- ,, ciamus, necesse est tamquam ,, sincerius illud sequi. Ex quo testimonio concludit Leo Alla- ,, tius, quod Constantinopoli- ,, tanus præsanctificatum panem ,, sanguine non tingit. Adeoque sub vnica specie panis communicet.

Cæterum cum tam illustre argumentum nobis præbeat missa præsanctificatorum, non abs re fecisse videbimur, si vetustatem eius inquiramus. Et quoad Græcos quidem, iamdudum tenuerunt plerique eorum scriptores, missam præsanctificatorum à temporibus Apostolorum in vsu fuisse apud Orientalem Ecclesiam: Michael Patriarcha Constantinopolitanus: *Hoc sacrum ministerium*, inquit, *vnà cum prædicatione ipsa Apostolorum originem habuit, & vnà cum quadragesimalis ieiunij institutione*. Et Symeon Thessalonicensis responsione 56. ad Gabrielem Metropolitanum: *Præsanctificatorum missa ab antiquo tempore, & ex Apostolorum successoribus originem habet, vt præcesistæ testantur. Traditionem ipsam verè Apostolicam credimus*. Et Ioannes Claudiæ Metropolita tractatu aduersus Latinos de Azymis & suffocatis, dicens Græcos in præsanctificatis, *seruare præscripta Apostolorum*. Quod si à Græcis quæramus canones Apostolorum hunc ritum præscribentes, communis est omnium responsio, sacrificare Deo semper festiuæ celebritatis fuisse indicium, cum verò ieiunorum tempora mœrori potissimum dicata sint, hinc quadragesimæ diebus nullum sacrificij incruenti vsum ex Apostolica traditione permissum fuisse: & Zonaras in canonem 52. Trullanum: Ieiunorum tempora

Michael Patriar. Constantinop.

Symeon Thessalonic.

Ioan. Claudiæ Metropolita.

Zonaras.

,, lanum: Ieiunorum tempora ,, mœrori potissimum dicata, ,, expiandisque intimo animi ,, dolore, cuiusque criminibus ,, constituta sunt. Deo porrò ,, sacrificare festiuæ celebritatis ,, est; ea vero celebritas hilari- ,, tatis atque lætitiæ. At quo pa- ,, cto mœrori quispiam ac lacry- ,, mis indulgere, idemque simul

exul-

,, exultare lætitiæ ac triumphare ,, gaudio queat? Attingit hunc locum Gabriel Albaspineus libro primo, obseruatione 14. vbi tradit, hanc disciplinam fuisse in primitiua Ecclesia, vt tempore ieiuniorum nec celebrare missam, nec corpus Christi sumere consueuerint fideles, & hinc Tertulliani æuo fideles non communicasse diebus ieiunij, diebus verò stationum (quæ vocabantur dimidiata ieiunia) non nisi circa horam nonam ieiunium soluisse, indeque à sæculo quarto vsque ad septimum in Ecclesia occidentali missam celebratam fuisse diebus ieiunij vesperi aut hora nona, in Ecclesia autem orientali extra quadragesimam quidem celebrasse diebus ieiunij, sed in quadragesima permansisse antiquum Ecclesiæ morem non sacrificandi nisi diebus Sabbathi & Dominicis, quod illi dies apud Græcos essent festiui.

Quid quid autem sit de obseruatione ista Albaspinei circa Latinos, indubitatum est initio florescentis Ecclesiæ Græcos non sacrificasse diebus quadragesimæ, sed præsanctificatorum missam celebrasse: *Præsanctificatorum missa*, inquit Symeon Tessalonicensis responsione 59. ad Gabrielem, *satis antiqua est, & ab antiquo æuo nobis tradita, & ante mystagogos nostros, sanctum nempe & magnum Chrysostomum, & Cæsariensis Archieratici diuinique throni ornamentum & magnum patrem nostrum Basilium, sanctæ Dei Ecclesiæ cognita. Et manifestum ex Laodicenæ in Phrygia congregatæ sanctæ Synodi canone 49. ita præcipiente: Non oportere in quadragesima panem offerre, nisi Sabbatho & Dominicis tantum.* Citat Symeon Thessalonicensis canonem 49. laodicenum, ad quem Aristenus: *In quadragesima panis non offertur, sed præsanctificata peraguntur.* Et de illis omnino canonem interpretantur Ioannes Zonaras, Theodorus Balsamon, Matthæus Blastares, & cæteri Græci, quibuscum admittunt scriptores Latini, illum omnino esse genuinum canonis sensum. Addit Symeon Thessalonicensis loco supracitato: *Dictum quoque nostrum confirmat in omnibus sanctis Ecclesijs rumor ac fama ex traditione non scripta, quod post in sanctuarium præsanctificatorum iniectionem, quæ secretò oratio recitatur, sancti Athanasij sit, qui inter Diaconos celebris erat, cum prima & œcumenica apud Nicæam sacra Synodus celebraretur. Inuenitur item in nonnullis antiquis Euchologijs illa eadem oratio, cum nomine Athanasij præscripto.* Neque hoc de oratione D. Athanasij pro missa præsanctificatorum reijciendum esse, colligi potest ex Socrate libro 5. historiæ, capite 22. *Rursus in Alexandria quarta feria, & ea, quæ dicitur Parasceue, leguntur scripturæ, & doctores eos interpretantur, & omnia,*

Symeon Thessalon. Aristenus Symeon Thessalo. Socrates.

nia, quæ synaxim spectant, administrantur, præter Mysteriorum consecrationem. Hæc enim de missa præsanctificatorum intelligenda esse, nemo non videt: asserit autem Socrates, hunc morem Alexandrinæ Ecclesiæ vetustissimum esse, vtpote quem D. Athanasius Patriarcha Alexandrinus confirmarat, & à prædecessoribus suis acceperat.

Præclarum habemus pro missis præsanctificatorum testimonium in Concilio Quinisexto seu Trullano, quod canone 52. statuit: *In omnibus sanctæ quadragesimæ ieiunij diebus, præterquam Sabbatho & Dominica & sancto annuntiationis die, fiat sacrum præsanctificatorum ministerium*. Celebrauerat Orientalis Ecclesia festum Annuntiationis vti & natales Martyrum in Sabbathis & Dominicis iuxta præscriptum 49. canonis Laodiceni, cum autem festum Annuntiationis sæpius incidat in alios dies, etiam illud suo die celebrandum statuit canon Trullanus, à quo tempore cœpit etiam tunc sacrificium offerri, vti consueuerat diebus Sabbathi & Dominicis, relicto ferijs quadragesimæ præsanctificatorum ministerio, de quo liber Typicus Græcorum: *Præsanctificatorum missa tantum in quadragesima, quibus ieiunatur, diebus dicitur*: Nicephorus Patriarcha Constatinopolitanus, qui floruit sub Leone Armeno in canonibus relatis per Leunclauium libro tertio Iuris Græcoromani meminit can. primo *Præsanctificatorum*. Idem faciunt Ioannes Episcopus Citri in responsis, Manuel Patriarcha in sancitis, Theodorus Balsamon in scholijs ad canones, Ioannes Zonaras ad canonem 52. Trullanum, Nicolaus Cabasila in expositione missæ, capite 24. Matthęus Blastares in syntagmate Alphabetico littera T. Symeon Thessalonicensis opusculo contra hæreses, Ioannes Claudiæ Metropolita tractatu aduersus Latinos de Azymis, Gregorius Protosyncellus Apologia aduersus Marcum Ephesinum, Arcudius libro 3. de sacramentis, capite 57. & 58. Caryophilus Iconiensium Archiepiscopus in libro contra Zachariæ Gergani Catechesim, demum Leo Allatius in dissertatione de libris Græcorum, & speciali opere de missa præsanctificatorum edito post librum de consensione Orientalis & Occidentalis Ecclesiæ, vbi admittit, & missam præsanctificatorum antiquitus in vsu fuisse, & etiamnum apud Græcos obseruari.

Concil. Trullan.

Typicum.

Vnde & Græci à temporibus Michaelis Cærularij vitio verterunt Latinis, quod missam præsanctificatorum non obseruent per totam quadragesimam. Nicetas Pectoratus in libello contra Latinos, postquam ritum missæ præsanctificatorum probasset ex traditione Apostolica, tanquam canonibus Laodiceno & Trullano firmata ac renouata,

Nicetas Pectoratus. ti, addit contra Latinos: *Vos autem referentes per vnumquemque diem perfectam in quadragesima ministrationem, quæ congrua est iuxta tertiam diei horam offerri, positos transgredimini canones Ecclesiæ, & in hoc maledictioni Patrum subiacetis.* Et quamuis Humbertus in responso contra Nicetam Pectoratum non probet, hunc ritum ea ratione à Græcis obseruatum, quod putarent per sumptionem corporis Domini solui Ecclesiasticum ieiunium, probat tamen, antiquitus eum fuisse in vsu apud Latinos:

Humbertus Card. „ Ex missalibus Romanorum libris, inquit, ab omni Ecclesia Occidentali antiquitus receptis, euidenter cognoscitur, quam rationem ieiunij, & missæ habuerint sub Reuerendissimis Pontificibus, Syluestro scilicet authore Nicenę Synodi, Gelasio damnatore vestri Acacij, maximèque Gregorij dialogo, compatre Imperatoris Mauritij. In cuius libris Missalibus omnis dies quadragesimæ habet specialis missæ plenarium officium. *Omnis dies quadragesimæ*, inquit Humbertus: excipi tamen debent feria sexta & Sabbathum maioris hebdomadæ, de quibus post sanctum Syluestrum sanctus Innocentius Pontifex epistola ad Decentium Eugubinum, capite 4.

Innocen. I. quod *traditio Ecclesiæ habeat, isto biduo sacramenta pœnitus non celebrari*. Et Concilium Arausicanum primum anno 441. in canone ex M.S. codice: *Nec diuina mysteria bis duobus diebus celebrantur, canonibus quippe iubentibus, in biduo isto, id est Parasceue & Sabbatho sacramenta penitus non celebrari*. Ita canon hic apud Labbeum tomo 3. Conciliorum post Synodum Arausicanum editus, ex quo colligitur, missam præsanctificatorum apud Latinos ne quidem illis diebus tunc vsu fuisse receptam, & videri D. Gregorij tempore introductam pro feria 6. præscripta peculiari missa pro Sabbatho sancto, quæ tamen nocte celebrari debebat, vt notat Diuus Petrus Damiani libro 5. epistola 35. ad suæ congregationis fratres: *Nocte*, inquiens, *celebrari præcipitur*. D. Petrus Damianus.

Notanda sunt hæc vltima verba, per quæ à varijs difficultatibus liberamur, à quibus se alij extricare non potuerunt. Legerant Græci, vel sanè audiuerant, à D. Gregorio missas per totum anni circulum etiam pro feria quinta, & Sabbatho maioris hebdomadæ ordinatas, idque constat ex sacramentario istius Pontificis per Hugonem Menardum edito, ex quo in lectionarium Græcorum irrepsit, ex Gregorij *Institutione factum, vt quadragesimali tempore apud Romanos missæ sacrificium integrum peragatur, quod apud illos hodièque seruatur*. Citat hæc verba officij Gregorius Protosyncellus in Apolo- Officium Græcorum.

 gia

gia aduersus Epistolam Marci Ephesini, cui conquerenti, ritum Ecclesiæ Occidentalis ab Orientali variare, respondet Protosyncellus: Sed non propterea disiuncti fuimus, neque illius æui homines duo missarum genera dixerunt, & neque illos ipsi vmquam culpauimus: neque illi nos coegerunt ad huiusmodi consuetudinem: quoniam hæc veritati fidei nihil officiunt. Probat author ille Græcus contra Marcum, Ecclesiam Græcam salua fidei veritate missas præsanctificatas celebrare in quadragesima, neque Romanam Ecclesiam id vmquam improbasse: quin imo ritum illum probasse à tempore saltem Gregorij magni, vel ex eo constat, quod feria sexta maioris hebdomadæ missam præsanctificatorum præscripsit in sacramentario. Diu versatus fuerat S. Gregorius inter Græcos, hinc viderat ritum præsanctificatorum sæpius peragi in Ecclesijs Constantinopoli: cum autem Romana Ecclesia, eousque non celebrauerat sacrificium feria sexta maioris hebdomadæ, ordinauit pro ea die missam præsanctificatorum, vbi sumitur solum corpus Domini, *quod pridie remansit*, & ob hunc diem, quo D. Gregorius ordinauit missam præsanctificatorum, Græci tradiderunt, D. Gregorium illum ritum pro singulis quadragesimæ diebus introduxisse: *In multis nostris libris* (inquit Michael Patriarcha Constantinopolitanus) *traditur, legiturque, sanctum Gregorium, cognomen dialogo fuit, apud Romanos hunc sacrificij modum sacris, & reconciliatricibus quadragesimæ diebus tradidisse, si modo ad hæc vsque tempora in veteri Roma agitur*. Singulis diebus quadragesimę adscribunt Græci, quod pro vnico die statutum erat à sancto Gregorio, à cuius temporibus in hunc vsque diem missa præsanctificatorum celebratur feria sexta maioris hebdomadæ, vt iam à 1050. annis probarit communionem sub vnica specie in missa præsanctificatorum, quam iam inde à temporibus Apostolorum admiserat pro tota quadragesima Orientalis Ecclesia, quæ si alicubi crucem faciebat cum cochleari sanguine intincto, id Constantinopoli non obseruabatur, vt illa Ecclesia sanguinis intinctionem minime necessariam iudicarit. Quia autem de sanguinis intinctione hic mentio fit, & de ea varia obseruanda sint, de illa iam agendum est pro coronide huius dissertationis de communione sub vnica specie.

Greg. Protosyncel.

Michael Patriarcha Constantin.

CA-

CAPVT QVARTVM.

De Corporis Christi intinctione, & an Ecclesia Latina rectè abstulerit laicis vsum calicis.

QVod initio nascentis Ecclesiæ communio sub duplici specie data fuerit laicis, sic tamen vt non esset intincta, sed à sacerdote daretur in manus laici hostia, à diacono vero sanguis ex calice bibendus: adeo certum est, vt idipsum testentur antiqua omnium regionum Catholicarum monimenta. Ex Occidentali Ecclesia habemus Diuū Ambrosium apud Theodoretum libro 5. capite 17. historiæ increpantem Theodosium post cædem Thessalonicensium: *Quomodo manus extendes iniustæ cædis sanguine adhuc stillantes? Quomodo huiusmodi manibus Domini corpus accipies?* Ex Meridionali Ecclesia Cyprianum epistola 56. qui de manu agit, *quæ Domini corpus accepit*, & libro de lapsis mentionem facit calicis, qui à Diacono communicantibus dari solebat, vt inde sanguinem Christi biberent. Ex Ægypto Dionysium Alexandrinum epistola ad Xystum Pontificem Romanum apud Eusebium libro septimo capite nono: *Ego eum, qui ad sacram mensam astiterit, & manus ad suscipiendum sacrum cibum porrexerit, renouare non ausim.* Ex Palestina D. Cyrillum Hierosolymitanum Catech. 5. *Accedens ad communionem non expansis manuum volis accede, neque cum disiunctis digitis, sed sinistram veluti sedem quamdam subijciens dexteræ, quæ tantum Regem suscepturæ est, & concaua manu suscipe corpus Christi, dicens: Amen.* Ex diœcesi orientali D. Chrysostomum homilia 22. ad Populum Antiochenum: *Cogita quid manu capias &c.* Ex diœcesi Pontica Diuum Basilium epistola ad Cæsarium Patricium: *Nam & in ipsa Ecclesia sacerdos partem aliquam in manus tradit, & illam apprehendit, qui percipit cum omni libera potestate, atque ita suis proprijs manibus eamdem suo ori admotam ingerit.* Ex Constantinopolitana Ecclesia Sozomenus libro 8. capite 5. testantem de muliere Macedoniana, quæ sacrum donum in manus accipiens, eius loco communem panem domo allatum ori admouit, de quo suprà: ex quibus sanè testimonijs manifestum fit, vniuersam sub cœlo Ecclesiam consueuisse laicos communicare, sic tamen vt separatim corpus Domini daretur in manus fidelium, separatim calix bibendus eis offeretur.

D. Ambrosius. Cyprianus. Dionysius Alexan. Cyrillus Hierosolym. D. Chrysostomus. Basilius.

Quæstio est quamdiu hæc consuetudo viguerit in Ecclesia? Patet namque ex Synodo Beritensi relecta actione 10. Concilij Chalcedonensis, illam tempore Ibæ Edesseni obtinuisse, quandoquidem accusatus fuit, non dedisse vinum, quod sufficeret ad consecrandum, & communicandum populum: *Ita vt his, qui sanctum corpus distribuebant, innueret, vt ingrederentur, quia sanguis non inueniretur.* Quod nimirum sacerdotes distribuentes corpus Christi, ignorarent defectum sanguinis Dominici. Diu post hæc tempora viguit ista consuetudo in Orientali Ecclesia, vtpote cuius Episcopi post Synodum generalem sextã anno 692. statuerunt canone 101. Trullano:

Conc. Chalced.

Canon 101. Trullan.

,, Si quis immaculati cor-
,, poris in synaxis tempore esse
,, particeps voluerit, & offerre
,, se ad communionem, manus
,, in crucis formam figurans sic
,, accedat, & gratiæ commu-
,, nionem accipiat. Eos enim,
,, qui ex auro vel ex alia materia
,, quædam loco manus recepta-
,, cula efficiunt ad diuini mune-
,, ris susceptionem, & per ipsas
,, immaculatam communionem
,, recipiunt, minimè admitti-
,, mus.

Ex vltimis verbis colligitur occasio huius canonis, patetque, Orientalem Ecclesiam illo tempore laicis non dedisse communionem intinctam, quam nondum anno 731. in vsu fuisse patet ex Ioanne Damasceno, qui tunc floruit, & libro 4. de Orthodoxa fide, capite 14. scriptum reliquit. *Manibusque in crucis formam compositis Crucifixi corpus suscipiamus.*

Ioannes Damasc.

Non loquitur de speciali casu, cum aliquis moribundus non potuisset Eucharistiam sumere nisi intinctam: vt enim rogatus hac de re Elias Cretæ Metropolitanus respondet ad Dionysium Monachum libro 5. iuris Græcoromani, apud Leunclauium:

Elias Cretensis

,, Quoniam autem ij, de quibus in-
,, terrogasti, suorum negligen-
,, tia (vt dixisti) ministrorum
,, extrema hora ad hoc per mor-
,, bum redacti sunt, vt respirent
,, quidem adhuc, sensu autem
,, careant, & neque accipere,
,, neque manducare possint: sed
,, & quod offertur propter in-
,, sensibilitatem, aut alio quo
,, modo expuant: necesse est sa-
,, cerdotem, qui eo tempore
,, præsto fuerit, non stupidum
,, esse, sed consilium sequi,
,, per quod & sanctis muneri-
,, bus reuerentia conseruetur, &
,, ægrotanti acquiratur securi-
,, tas &c.

Addit modum vngendi linguam & labia: ἢ μᾶλλον εἰπεῖν, εἰ πρὸς τὴν ἀσθένειαν αὐτοῦ ἡ μετάδοσις τούτων συμμετρηθήσεται. *Aut potius si ad infirmitatem eius communio accomodetur.* Ita habet versio Arcudij libro 3. capite 53. qui putat, hunc Eliam esse scholiastem Naianceni: de quo quidquid sit, sufficit hunc scriptorem Græcum rectè annotasse, aptari

tari

tari potuisse communionem, adeoque intinctam Eucharistiam dari potuisse, vbi id requirebat status moribundi, sicque reuerà factum fuisse in oriente, testatur apud Leonem Allatium dissertatione de libris Græcorum Anonymus Patriarcha Constantinopolitanus in responsis ad Paulum Hypopsephium.

Nec solum pro moribumdis, sed etiam pro sanis eam consuetudinem inualuisse apud Orientales ante Michaelis Cerularij tempora, patet ex tractatu Humberti Cardinalis, quo contradicente, vsus tamen permansit, quem Græci mutuare potuerunt à Latinis, idque ante plurimos annos. Post tempora enim D. Gregorij Magni, qui adhuc communionis sub duplici specie separatim sumendæ meminit, videtur communio intincta irrepsisse, cui primum contradixere Hispani anno 675. Concilio Braccarensi 4. canone 2. vbi Synodus narrat, quosdam *intinctam Eucharistiam populis pro complemento communionis porrigere*, quod asserit ex Euangelio nullum recipere testimonium, *seorsum enim panis, seorsum calicis commendatio memoratur*. Et Micrologus, qui sæculo 11. floruit libro de Ecclesiasticis obseruationibus, capite 19. *Non est authenticum, quod quidam corpus Domini intingunt, & intinctum pro complemento communionis populo distribuunt, nam ordo Romanus contradicit*. Idque probat ex eo, quod iubeat ordo Romanus in Parasceue vinum consecrari, in quod Dominicum corpus erat immittendum; *Id enim non præciperet*, inquit, *si intinctum corpus à priori die seruaretur*. Micrologo sese adiungit eodem sæculo Humbertus Cardinalis Syluæ candidæ anno 1054. missus ad Constantinum Monachum à Leone nono legatus, dum in disputatione Constantinopoli habita cum Niceta Pectorato Græcos de commixta vtraque specie, quam hucusque cum cochleari de calice sumpserunt, accusat. Habitum quoque anno Domini 1095. Concilium Claromontanum in Gallijs statuit canone 28. *Ne quis communicet de altari, nisi corpus separatim, & sanguinem similiter sumat, nisi per necessitatem & per cautelam*. Quæ dum Eminentissimus Cardinalis Baronius putauit dicta contra Berengarium asserentem vnica specie Eucharistiæ impleri figuram; occurrit illi Parisiensium Archiepiscopus de Marca, ac Berengarium nunquam errorem illum docuisse ostendit, canonem verò agere contra eos, qui corpus Domini intinctum, non separatim populo porrigebant, ostendit. Videri potest doctissima Parisiensis Archiepiscopi dissertatio ad Concilium Claromontanum edita tomo decimo Conciliorum Philippi Labbei, vbi & addit, Paschalem II. Vrbani successorem ad Pontium Ab-

ba-

Concil. Braccarensi.

Micrologus.

Canon 28. Concil. Calomont.

batem Cluniacensem scripsisse: ,, Nouimus enim, inquit Pontifex, per se panem, per se ,, vinum ab ipso Domino traditum. Quem morem sic semper in sancta Ecclesia conseruandum docemus, atque præcipimus præter in paruulis, ac ,, omnino infirmis, qui panem ,, absorbere non possunt.

Paschalis II.

Nec mirum Paschalem II. id scripsisse ad Abbatem Cluniacensem, nam antiquiores consuetudines Cluniacensis monasterij ex codice 500. annorum editæ apud Lucam Dacherium tomo 4. spicilegiorum, habent libro 2. capite 30. de communione monachorum: *Quotquot ipsum corpus sacrum dederit, singulis sanguine prius intingit*. Et id sæculo 12. inualuisse, docet pro Anglia rogatus à Lambertho Arnulphus, anno 1114. ad Episcopatum Roffensem promotus est: *Cur alio. quam Christus instituit, ritu, communicent fideles*, respondit epistola 2. edita per Lucam Dacherium, tomo 2. spicilegiorum: ,, Nos carnem Domini intingimus in sanguine Domini, non ,, vt designemus malitiam esse ,, in cordibus nostris, euenit enim frequenter, vt barbati, & ,, prolixos habentes granos, dum ,, poculum inter epulas sumunt, ,, prius liquore pilos inficiant, ,, quam ori liquorem infundant: ,, ij si accesserint ad altare liquorem sanctum bibituri, quomodo periculum deuitare potuerunt, inter accipiendum, ,, quomodo vterq; accipiens videlicet, & porrigens effugient ,, grande peccatum? præterea si ,, imberbes & sine granis, aut ,, mulieres ad sumendam communionem sanctam conueniant, quis sacerdotum poterit tam prouidè ministrare, ,, tam cautè calicem Domini distribuere, vt multis cum sigillatim diuidat, diuidens sic in ,, ora eorum fundat vt infundens nihil effundat? Et infra: Ne ergo polluamus sanguinem nostræ redemptionis, ,, ne temquam impietatis manibus effundamus poculum humanæ salutis, à Religiosis viris prouidè actum est, vt Dominici portiuncula corporis ,, non sicca, sicut Dominum ,, egisse nouimus, porrigatur, ,, sed Domini infusa sanguine ,, fidelibus tribuatur. Addit infrà: omni exceptioni præualuisse consuetudinem Ecclesiæ. *Præualuit consuetudo*, quod de Anglia præcipuè intelligendum, in qua dum vsus ille vbique grassaretur, occurrit ad annum 1175. Concilium Londoniense, canone 16. ,, Inhibemus ne quis quasi pro ,, complemento communionis ,, intinctam alicui Eucharistiam ,, tradat, nam intinctum panem ,, alijs Christum præbuisse, non ,, legimus, excepto illo tantum ,, discipulo, quem intincta buccella magistri proditorem ostendierit, non quæ sacramenti

Consuetud. Cluniac.

Arnulph. Roffensis.

Concil. Londin. canone 16.

„ ti huius institutionem signa-
„ ret.

Ex his colligere licet, quandonam hæc consuetudo obsoleta sit; quantumuis enim apud sanctum Iuonem parte secunda, capite 19. in Concilio quodam Turonensi dicatur fuisse recepta pro viatico moribundis administrando: *Quæ tantum sacra oblatio intincta debet esse in sanguine Christi, vt veraciter presbyter possit dicere infirmo: corpus & sanguis Domini nostri Iesu Christi proficiat tibi in remissionem peccatorum, & vitam æternam*. Quantumuis item sanctus Iuo tractatu de diuinis officijs iuxta Toletani Concilij definitionem statuat, sacerdotem seorsim carnem & sanguinem sumere debere, *excepto populo, quem intincto pane, non authoritate, sed summa necessitate timoris sanguinis Christi effusionis permittitur communicare*. Quantumuis demum ritus missæ antiquus à Ioanne Episcopo Abrincarensi descriptus apud Menardum in appendice libri sacramentorum Gregorij Magni citata vltima Iuonis verba repetat, dico tamen Concilium Londonense in Anglia, Claromontanum in Gallia, Ordinem Romanum cum decreto Paschalis Papæ hanc ipsam consuetudinem extirpasse in occidente, indeque prouenisse, quod sæculo 12. introduci cœperit in Ecclesiam Latinam vsus communionis sub vnica specie, quod anno 1110. Rodulphus S. Trudonis Abbas in famosis illis versibus monuisse visus est.

Concil. Turon.

Synod. Tolet. apud Iuonem.

Rodulphus Abbas S. Trudonis

Hic & ibi cautela fiat, ne presbyiter ægris,
Aut sanis tribuat laicis de sanguine Christi,
Nam fundi posset leuiter, simplexque putaret,
Quod non sub specie sit totus Iesus vtraque.

Duas rationes allegat Rodulphus, quarum prima est periculum effusionis, ob quod S. Thomas lectione 7. in caput 6. Ioannis scribit, obseruatum fuisse in aliquibus Ecclesijs, vt solus sacerdos communicet sub vtraque specie panis & vini, populus sub vnica specie panis: *Propter periculum*, inquit, *effusionis in aliquibus Ecclesijs seruatur, vt solus sacerdos communicet sanguini, reliqui verò corpori*. Et tertia parte, quæstione 80. articulo 12. statuit: *Prouidè in quibusdam Ecclesijs obseruatur, vt populo sumendus sanguis non detur*. Et post hanc D. Thomæ resolutionem, inquit Archiepiscopus Parisiensis de Marca, reliquæ Ecclesiæ eius sententiam certatim amplexæ sunt annuentibus quoque post D. Thomam scholasticis tam posterioribus, quam ipsi coætaneis, quorum aliquos citat Ioannes de Ragusio, signanter vero D. Bona-

D. Thomas.

uenturam in 4. distinctione 11. in responsione ad 1. *Nec oportet quod ipsi recipiant sub speciebus vini propter periculum effusionis & erroris*. Et Petrum de Tarentasia, qui postea factus est Romanus Pontifex Innocentius eiusdem nominis V. qui in 4. distinctione 11. à solis presbyteris communionem sub duplici specie sumendam docuit, *quia maiorem cautelam & reuerentiam seruare sciunt*. Atque ob hanc rationem plerasque Ecclesias potuisse auferre laicis communionem calicis, patet ex perpetua Ecclesiæ traditione, quæ ab initio ob periculum effusionis sanguinis, communionem domesticam non nisi sub vnica panis specie indulsit; solitarios, iter facientes, & sæpissimè moribundos non nisi sub illa specie Eucharistiç participes effecit.

D. Bonauentura.

Petrus de Tarentasia.

Secundam rationem allegat Rodulphus, ne simplices errarent, quod etiam allegauit S. Bonauentura, *ob periculum erroris*, prout ipsa experientia ante Concilium Constantiense docuit, quibusdam putantibus non esse totum Christum sub singulis speciebus, & pluribus Bohemis, ac alijs per ipsos deceptis statuentibus, communionem sub vnica specie esse contra Christi præceptum, vnde promotores Constantiensis Concilij anno 1415. petierunt ,, sessione 13. Quia in nonnul- ,, lis partibus mundi peruersus ,, mos pullulare incœpit, vt sa- ,, cerdotes, laicos sub vtraque ,, specie, panis videlicet & vini ,, communicare non cessent con- ,, tra Romanæ & vniuersalis Ec- ,, clesiæ consuetudinem appro- ,, batam, vnde scandala & hæ- ,, reses verisimiliter oriri suspi- ,, cantur: petimus nos promo- ,, tores & procuratores huius san- ,, ctæ Synodi in Spiritu sancto ,, legitimè congregatæ per ve- ,, stras reuerendissimas paterni- ,, tates prouideri salubriter Ec- ,, clesiæ Dei. Quod licuerit sub vnica specie communicare, neque id esset contra præceptum Christi, ostendit iam inde à temporibus Apostolorum ad illa vsque tempora in plerisque casibus Orientalis & Occidentalis Ecclesia: consuetudo communicandi laicos sub vnica specie iam 200. annis viguerat in Italia, Hispania, Gallia, Anglia, & Germania vniuersa, quarum nationes omnes aderant sacro Constantiensi Concilio, quod exorto errore de præcepto communicandi laicos sub duplici specie, statuit, *vt consuetudo ab Ecclesia, & sanctis Patribus rationabiliter introducta, & diutissimè obseruata, habenda sit pro lege, quam non licet reprobare aut sine Ecclesiæ authoritate pro libito mutare*. Inde Martinus Quintus in bulla de erroribus Wiclephi & Hus post Synodum Constantiensem edita, statuit, suspectos de eorum hæresi interrogandos: *Num credant totum*

Conc. Constant.

Martinus V.

tum Christum sub vnica specie contineri, & quod consuetudo communicandi personas laicales sub specie panis tantum ab Ecclesia vniuersali obseruata, & per sacrum Concilium Constantiense approbata, sit seruanda sic, quod non liceat eam reprobare, aut sine Ecclesiæ authoritate pro libito immutare.

Quid hic dicent nouatores nostri sæculi? forsan, quod Ecclesia consuetudinem pro lege habendam decernit, quæ ante non fuit? Fateor, id Ecclesiam statuisse: sed ideo non errauit: dum primitiui fideles cauti & prouidi cum magna reuerentia & summa charitate accedebant ad sacram communionem, indulsit illis Ecclesia Eucharistiam sub vtraque specie inter sacrorum solemnia. Dum frigescente post Gregorij tempora fidelium charitate sæpius sacrosanctum Christi sanguinem effundi animaduerterat, & ob hoc Orientalis Ecclesia corpus Christi sanguini intinctum laicis porrigebat, hæsit aliquanto tempore Occidentalis Ecclesia, nec communionem sub vtraque specie denegabat, licet paulatim communionem sub vnica panis specie plures regiones introducere permiserit. post tempora autem D.Thomæ,& Bonauenturæ, cum Occidens vniuersus communionem sub vnica panis specie pro laicis introduxisset, & exorti essent ad initium 15. sæculi, qui consuetudinem Ecclesiæ improbare ausi erant, & tamquam Christi sanguis non contineretur sub specie panis, vtriusque speciei communionem à Christo præceptam,credebant,hinc est, quod Ecclesia in sacro Constantiensi Concilio adunata communionem sub vnica specie seruandam esse decreuerit, & eos, qui eam reprobare, aut sine Ecclesię authoritate pro libito immutare auderent, tamquam Patrum traditioni aduersantes & rebelles filios à sese repulit.

Neque Ecclesia sic agendo improbauit communionem sub vtraque specie: enimuero eam Græcis etiam Catholicis in hunc vsque diem indulget Romæ in Ecclesia Græcorum, & indulsisset quoque Bohemis ac alijs nationibus, si quis inde fructus euenisset. Cum namque in Basileensi Concilio anno 1433. hæc difficultas cum Bohemis mota fuisset, Sigismundus ab Eugenio Pontifice Imperator coronatus concordiam partium firmauit, vt Bohemi pacem & vnitatem Ecclesiasticam amplecterentur, & illi interim sub duplici specie communicarent, sic tamen, vt sacerdotes eorum inter communicandum plebem publicè instruerent, de contento Christo sub singulis speciebus. Habes hæc apud Æneam Syluium de historia Bohemica, capite 52. qui id factum asserit anno 1436. quo Rochyzana Bohemorum seductor publicè pro-

fessus est Ecclesiæ vnionem, licet interius errorem suum retinuerit, vt constat ex eius disputatione anno 1465. habita cum Hilario Pragensi Decano, qui ei sæpius obiecit, quod non obseruauerit pactum, dum communicaret laicos sub duplici specie, quandoquidem illos non instruxerit de contento toto Christo sub singulis speciebus, sed potius in errore firmarit: vnde conquerenti Rokyzana ex parte Bohemorum, quod pacta cum Concilio Basileensi inita, postea disrupta essent, & dicenti, si Nicolaus Pontifex iuberet seruari conuenta, quod ipsum tota Bohemia veneraretur: respondit Æneas Syluius epistola 730. Cur violari fœdus con- ,, querimini, quod priores ru- ,, pistis, neque enim sufficit vo- ,, bis sub duplici specie commu- ,, nicare, nisi & sub vna sola ,, communicantes damnetis. Addit infra: sacerdotes Hussitas nihil fecisse ex illis, quæ ipsis commissa erant, ideoque priuilegium ipsis iure ademptum esse.

Æneas Syluius.

Et hæc omnino ratio fuit, ob quam sacrum Tridentinum Concilium, nihil indulgere voluit Germanis communionem sub duplici specie expetentibus: cum enim teste Cardinali Palauicino, libro 17. capite 4. orator Bauariæ inter tria à Synodo petita, vnum pro eiusdem Ducis ditionibus postulasset, Eucharistiæ sub duplici specie communionem, idque Cæsaris legati non pro Bohemia solum, sed etiam pro Hungaria, alijsque hæreditarijs Cæsaris ditionibus petijssent, & sanctus Carolus Boromęus ad legatos Pontificios scripsisset: *Vt omni charitatis largitate solatium impendendum Germaniæ prouincijs curaretur, gratificandumque quauis arbitraria indulgentia votis tam pij Cæsaris*. Consideratis tamen omnibus, res hæc procrastinata fuit: quinimo licet indubitatum esset, Ecclesiam honestis de causis pro locorum, temporumque conditionibus vsum calicis posse laicis concedere, proposita tamen quæstione, an Bohemis & cæteris Germanis calicis vsus esset concedendus, plerique Patres ob oculos posuere, qualiter olim minimè custoditæ sint conditiones, quas Concilium Basileense & Paulus Tertius posuerant, vnde 38. Patres vota rogati repulsam probarunt. Habes quorumdam verba apud Cardinalem Palauicinum libro 18. capite 4. qui consequenter enarrat, causam hanc ad Pontificium tribunal delatam fuisse, additque libro 18. capite 17. obinde Cæsarem litteris ad legatos suos datis anno 1562. significasse, *sibi curæ futurum id, quod suorum subditorum saluti conduceret, quod spectabat ad impetrandam Romæ calicis concessionem*. Verum morte Cæsaris subsecuta, nihil obtinuere Germani, & licet

cet orator Bauaricus apud Palauicinum libro 21. capite 2. à Pontifice obtinuisset, vt res illa ad Concilium remitteretur, Concilium tamen misso ad Ducem Bauaricum legato eum pondere rationis ab ista petitione auertit, sicque post discussam sæpius coram sacrosancto Tridentino Concilio hanc quęstionem, ob multas rationes consuetudo Ecclesiæ à Tridentino Concilio firmata remansit.

Verum quidem est, ad renouatas à Ferdinando Cæsare & Duce Bauariæ preces tandem concessum fuisse cum aliquibus limitationibus calicis vsum, sed quam paruo fructu, docet nos Cardinalis Palauicinus libro 24. historiæ Tridentini Concilij, capite 12. ,, vbi rem hanc enarrat: Pontifex, inquit, 14. Iulij in Senatu Cardinalibus exposuit, à Ferdinando Cæsare postulatum fuisse summopere vsum calicis pro Germania, suisque hæreditarijs ditionibus, idque ex iudicio Episcoporum Septem virum Ecclesiasticorum, & Catholicorum principium, eumdemque denuntiasse vbi hoc negaretur, breuì ab vniuersa Germania, non Catholicam modo, sed Christianam etiam fidem desertum iri. Complures Cardinales ac præsules secretò fuisse rogatos à se sententias, inde ipsorum consilio, tam etsi ab huiusmodi rebus nouis ipse abhorreret, traditam à se fuisse potestatem quibusdam Episcopis Germaniæ, per quam ritum illum permitterent, non tamen absolutè, sed in ijs locis vbi causas allatas veras agnoscerent, & quibusdam certis conditionibus à se præscriptis. Concessionem hanc exceptam fuisse Viennæ immensa lætitia, & Delphinum nuntium scribere, iam duas tertias hæreticorum partes ad frugem redactas. Ita Pontifex ad Cardinales. Sed breui compertum est, id esse instar breuissimi leuamenti, quod interdum ex nocentis poculi delectatione experitur ægrotus. Verumtamen hoc experimento opus erat ad euellendam ex animis Germanorum persuasionem, quod Synodi ac Pontificis difficultas in eo concedendo salutem nationis præpediret. Cætera tum ea in melius mutatio, tum etiam concessionis effectus amplius progressa non sunt: vnde sedente Gregorio XIII. ac postea Sixto V. obeuntibus nonnullis ex Episcopis, quibus impertita fuerat potestas, dubitatum fuit, an gradui illa intelligeretur tradita, adeoque perdurans in successoribus, an personis, adeoque cum ipsarum vita decedens: & hoc posterius pro vero habitum est, adeo-



DISSERTATIO III.

De Coniugio Sacerdotum.



LICET alia sit Orientalis Ecclesiæ, alia Occidentalis Ecclesiæ disciplina quoad continentiã Clericorum, non ea tamen est inter vtramque differentia, quam somniarunt hæretici, qui cum sacerdotum coniugia post Lutheri exemplum licita esse voluerint, in hoc cum Orientali Ecclesia contra Occidentalem sese sentire dixerunt. Non exponam quid Lutherus post ductam anno 1525. vxorem scripserit sequenti anno ad Cardinalem & Archiepiscopum Moguntinum, & quibus argumentis persuadere nisus sit, vt dimisso cœlibatu matrimonium iniret, qua de re legi potest Cochleus in actis & scriptis Lutheri ad annum 1526. Non repetam, quid Lutheri sequaces in confessione Augustana anno 1530. pro coniugio sacerdotum adduxerint, & quomodo ab ipsis Apostolorum temporibus, per vndecim sæcula sacerdotum coniugia licita fuisse putarint: *Donec in Germania ante quadringentos annos sacerdotes vi coacti sunt ad cœlibatum, qui quidem adeo aduersati sunt, vt Archiepiscopus Moguntinus publicaturus edictum Romani Pontificis ea de re, penè ab iratis sacerdotibus per tumultum oppressus sit.* Non hærebo in recensendis argumentis Germanorum, quibus anno 1563. à Romano Pontifice extorquere conati sunt dispensationem pro istius regionis sacerdotibus coniugatis, de quibus scriptor quidam, sub alterius nomine egit in fine historiæ, quam de sacro Tridentino Concilio edidit. Non permittam, quæ post alios scriptores ab Ecclesiæ com-

Confessio Augustana.

communione alienos, pro hoc errore congessit Guillelmus Beueregius in notis ad canonem 5. Apostolorum : enim vero, & huius & cæterorum hæreticorum argumenta suis locis expendam, & rem hanc ab origine sua repetendo, per cuncta æræ Christianæ sæcula ad præsens vsque tempus deducam, sit itaque

CAPVT PRIMVM.

De continentia clericorum vsque ad Concilium Nicænum in Orientali Ecclesia.

QVòd sacerdotes non solum in veteri lege vxores duxerint, sed & in lege noua à Christo Domino ex coniugatis electi fuerint, est commune aduersariorum fundamentum, quo continentiam clericorum euertendam ducunt. Quòd Petrus Apostolorum Princeps vxorem habuerit, negari non posse affirmant, cum Euangelium fidem faciat, socrum Petri ab infirmitate miraculosè sanatam fuisse: addunt testimonium Ignatij martyris, qui epistola ad Philadelphienses disertè scripsit: *Petri & Pauli, & aliorum Apostolorum, qui nuptijs operam dederunt*. Confirmant idipsum testimonio Clementis Alexandrini, qui libro 3. Stromatum Petro & Paulo adiungit Philippum: „ An etiam reprobant Apostolos? Petrus enim & Philippus filios procrearunt: Philippus autem filias quoque suas viris tradidit. Et Paulus quidē certè non veretur in quadam epistola suam appellare coniugem, quam non circumferebat, quod non magno ei esset opus ministerio, dicit itaque in quadam epistola: non habemus potestatem sororem, mulierem circumducendi, sicut & reliqui Apostoli. Repetit hæc Clementis verba Eusebius libro 3. historiæ, capite 30. sub hoc titulo: *De Apostolis, qui in coniugio vixerunt*. Et addit capite sequenti testimonium Polycratis Ephesinorum Episcopi, qui epistola ad Victorem Papam: „ Philippum intelligo, qui fuit vnus ex duodecim Apostolis, mortuusque est Hierapoli cum binis filiabus, quæ in virginitate consenuerunt. Altera quoque eius filia, quæ spiritualem quamdam vitam duxit, Ephesi sepulta est. De Philippo idem asserit Proculus in dialogo Caij apud eumdem Eusebium loco citato, & D. Ioannes Chrysostomus tomo 5. p. 147. edit. Sauil. quibus accedit D. Ambrosius in epistolam 2. ad Corinthios

Ignatius Mar.

Clemens Alexand.

Eusebius.

Polycrates.

Ambrosius. thios, capite 11. versu 2. *Omnes Apostoli*, inquiens, *exceptis Ioanne & Paulo, vxores habuerunt*. Et cum Ambrosio D. Basilius sermone de abdicatione siue renunciatione sæculi, vbi enumerans eos, qui matrimonio iuncti Basilius. Deo rectè seruierunt: *In nouo testamento*, inquit, *qualis Petrus fuit, vnàque cum eo reliqui etiam Apostoli*.

Verum quid hæremus in recensendis Patrum testimonijs, cum in re historica non omnes conueniant, & inter eos primus omnium Ignatius martyr non id scripsisse ostendatur, quod ex eo de Pauli matrimonio adfertur. Ignatium epistola ad Philadelphienses scripsisse, quod Petrus & Paulus cum alijs Apostolis nuptijs operam dederint, vrget ex editione Vsserij Beueregius, & pluribus contendit Iacobus Armachanus in prolegomenis ad Ignatium. At hæc verba: *Paulum & alios Apostolos* fuisse posterius adiecta, probat ad annum 57. Cæsar Baronius. Baronius: Qui enim antiquiores
,, vel Græcos, vel Latinos codi-
,, ces peruestigant, quorum alij
,, in Bibliotheca Vaticana, &
,, Sfortiana, alij alibi hic Romæ
,, sunt, addititium esse Pauli no-
,, men intelligent. At non tan-
,, tum nostrates codices vetu-
,, stiores ab omni impostura li-
,, beri id apertè demonstrant,
,, sed & peregrini, quos tamen
,, nulla prauitatis labes irrepsit,
,, vt ille veneranda antiquitate
,, nobilis, qui asseruatur in am-
,, plissima Bibliotheca inuictis-
,, simi Regis Pannoniarum Mat-
,, thiæ Coruini. Hæc Baronius, qui plura argumenta congerit pro cœlibatu Pauli, quem laudant Chrisostomus de virg. & Theodoretus in immutabili dialogo 1. 2. & 3. quin imo ipsis Apostolorum temporibus Ebionem Paulo improperasse ait Epiphanius hæresi 30. *Ante conuersionem ascendisse Hierosolymam, & per tempus illic mansisse, concupiuisseque filiam sacerdotis in vxorem accipere, & huius gratia proselytum & accessorium factum esse: deinde cum puellam assecutus non esset, ira concitatum esse, & contra circumcisionem scripsisse*. Epiphanius. Quidquid autem sit de hac historia, certum est, Paulum non duxisse vxorem, vt rectè testatur D. Ambrosius loco citato, neque huic aduersari existimem Diuum Ignatium martyrem, cuius epistola ad Philippenses in editione genuina ex Bibliotheca Florentina, ne verbum quidem habet de coniugio Pauli aut vllius alterius Apostoli.

Fateor quidem Clementem Alexandrinum ex epistola prima ad Corinthios capite 9. collegisse, Paulum habuisse vxorem, verum in Græco non habetur vxor, sed ἀδελφὴν γυναῖκα, *sororem mulierem*, prout & illum locum quoque exposuerunt Chrysostomus, Theodoretus, Oecumenius, Theophilactus, qui commentatur:

Theophilactus. *Diuites fœminæ comitabantur Apostolos, vt suppeditarent eis necessaria, omnem illis securitatem horum causa parantes, vt soli Euangelij prædicatione ipsi vacarent.* Et has fœminas vocat Paulus mulieres sorores, vt frustra sint, qui Clementem Alexandrinum verum attigisse existiment de Paulo, cuius sententia de Philippo Apostolo nequidem certa est, quamuis pro sese habeat etiam Polycratem Ephesinorum Episcopum apud Eusebium libro tertio, capite 31. ipse enim Eusebius subdit: Eusebius. *Lucas vero in actibus Apostolorum, Philippi filiarum meminit, quæ dono prophetiæ ornatæ apud Cæsaream Iudeæ tunc temporis cum patre degebant. Venimus, inquit, Cæsaream: & ingressi in domum Philippi Euangelistæ, qui erat vnus è septem, mansimus apud eum. Huic autem erant quatuor filiæ virgines prophetantes.* Accedit Isidorus Pelusiota libro 1. epistola 447. Isidorus Pelusiota *Qui non Apostolorum Philippum, sed vnum ex ijs, qui cum Stephano electi sunt, Cæsareæ fuisse asserit.* Vnde & Beueregius: Beueregius. *Philippum illum, qui quatuor habuisse filias, dicitur actuum 21. capite 9. non Apostolum sed Diaconum fuisse, probat Isidorus Pelusiota.*

Quinimo excepto Petro reliquos Apostolos fuisse cœlibes, testis est, qui vicinus Apostolorum temporibus floruit, Carthaginensis presbyter Tertullianus libro de monogamia capite 8. *Petrum*, inquit, *solum inuenio maritum per socrum: monogamum præsumo per Ecclesiam, quæ super illum ædificata, omnem gradum ordinis sui de monogamis erat collocatura. Cæteros autem cum maritos non inuenio, aut spadones intelligam necesse est, aut continentes.* Idem habet Diuus Hieronymus libro 1. aduersus Iouinianum: *Quoniam excepto Apostolo Patro non sit manifeste relatum de alijs Apostolis, quod vxores habuerint: & cum de vno scriptum sit, ac de cæteris tacitum, intelligere debemus, sine vxoribus eos fuisse, de quibus nihil tale Scriptura significat.* Hieronymus. Quin imo licet ex Clemente Alexndrino referat Eusebius libro 3. capite 30. Petrum vxorem suam ad finem vsque circumduxisse, & cum ad supplicium duceretur, hisce eam verbis ad fortiter sufferendum martyrium incitasse: *Mulier memento Domini.* Scribit tamen Hieronymus, etiamsi cæteri Apostoli reperirentur habuisse vxores sicut Petrus, non tamen inde colligi, non fuisse continentes: *Vxores*, inquit, *quas eo tempore acceperant, quo Euangelium nesciebant, qui assumpti postea in Apostolatum, relinquunt officium coniugale, nam cum Petrus ex persona Apostolorum, dicit ad Dominum: ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te.* Respondit ei Dominus: *Amen dico vobis, quoniam*

ti

nemo est, qui dimiserit domum, aut parentes, aut fratres, aut vxorem, aut filios propter regnum Dei, qui non recipiat multo plura in sæculo isto, & in sæculo futuro vitam æternam. Quibus innuit Hieronymus, non modo ex Petro, qui se omnia dimisisse fatetur, sed & ex Christo Domino, qui vxoris dimissionem laudat, apertè colligi Petrum post adeptum Apostolatum continenter vixisse.

Neque solum Petrum sed alios ipsius exemplum secutos fuisse, adeoque rectè scripsisse Tertullianum capite 3. supra, continentiam reperire in Apostolorum tam consilijs, quam exemplis. Et cum de exemplis Apostolorum sufficienter egerimus, de consilijs Apostolicis consequenter agendum esset, nisi illud: *Bonum esse homini mulierem non tangere.* (1. Ad Corint. 7. c.) Paulus in prima sua ad Corinthios epistola clarius laudasset, quam vt vlteriori expositione indigeat. Vnum inquiri posset, quid ergo intelligat per hæc verba primæ ad Timotheum 3. (1. Ad Timoth.) *Oportere Episcopum irreprehensibilem esse, vnius vxoris virum, suæ domui bene propositum, filios habentes subditos cum omni castitate.* Et infra: *Diaconi sint vnius vxoris viri: qui filijs suis benepræsint.* Quæ eadem repetit in epistola ad Titum, capite primo. Ibi enim fatetur Paulus, se illum reliquisse Cretæ, vt constitueret per ciuitates tales presbyteros, quales ipsi ordinauerat nimirum, *si quis sine crimine est, vnius vxoris vir, filios habens fideles.* (Ad Titũ capite 1.) Et Chrysostomus quidem homilia 10. in caput 3. primæ ad Timotheum, assumens hæc verba *vnius vxoris virum.* (Chrysostomus.) Dicit *Iudeis licitum fuisse etiam secundo matrimonio iungi, & duas itidem habere simul vxores.* Et ad hosce reijciendos dixisse Apostolum Episcopum esse debere vnius vxoris virum. Idem habet Theodoretus ad eumdem Apostoli locum:

,, Illud autem vnius vxoris vi- (Theodoretus.)
,, rum, mihi videntur quidam
,, rectè dixisse: olim enim con-
,, sueuerant, & Græci & Iudæi
,, cum duabus & tribus & pluri-
,, bus etiam vxoribus simul iun-
,, gi lege matrimonij. Dixerunt
,, ergo diuinum Apostolum di-
,, xisse eum, qui cum vna sola
,, vxore pudicè cohabitat, di-
,, gnum esse, qui ordinetur Epi-
,, scopus.

Et quidem hunc sensum recentiores Græci libenter amplexuri sunt, quod faueat presbyterorum & diaconorum suorum moribus, vtpote, qui matrimonio iuncti ad ordines promouentur, nec promoti ab vxoribus separantur. Latini vero alium hisce verbis sensum tribuunt, & per vnius vxoris virum intelligunt illum, qui vnicam tantum vxorem habuit, & ita suo tempore Ecclesiam intellexisse, testis est Tertullianus libro 1. ad vxorem, cap. 7. (Tertullianus.) *Quantum detrahant fidei, quantum obstrepant sanctitati nuptiæ se-*

secundæ, disciplina Ecclesiæ, & præscriptio Apostoli declarat, cum bigamos non sinit præsidere. Per præsidentes autem intelligit Tertullianus Episcopos, Presbyteros, & Diaconos, quos Ecclesia tunc eo nomine appellabat. Eumdem sensum tuetur D. Ambrosius in caput 3. 1. ad Timotheum, & pluribus propugnat D. Hieronymus libro primo aduersus Iouinianum, vbi probat Episcopum etiam ab vxore sese continere debere, vel post vxoris mortem debere esse viduum: *Non enim dicit, eligatur Episcopus, qui vnam ducat vxorem, & filios faciat, sed qui vnam habuerit vxorem, & filios in omni subditos disciplina .... vnius vxoris virum, qui vnam vxorem habuerit, non habeat.* Quem sensum eidem loco etiam tribuit sanctissimus ille Pontifex Augustino cœuus Innocentius primus epistola 2. ad Victricium Rothomagensem: *Vnius vxoris virum. Non permanentem in concupiscentia generandi dixit. Sed propter futuram continentiam.* Et hunc sensum eo libentius amplectuntur Latini, quo & moribus in Occidente receptis fauet, & Apostolico consilio consonet, & ab ipsis Grecis Patribus olim reiectus non fuerit.

Hieronymus.

Innocen. I.

Enimuero Theophilactus in caput 3. primæ ad Timotheum epistolæ ad hæc verba *vnius vxoris virum*: Certè, inquit, „ quidem nonnulli asserunt „ quod cœlibem innuit: & si „ hoc fieri nequit, habeat qui- „ dem vnicam vxorem, verum- „ tamen sic, quasi non habeat: „ hoc est cupiditatibus eius non „ subditus: porrò non vt legem „ sanciant, hoc dicit, quod om- „ nino oporteat Episcopum vxo- „ ratum esse, qui enim istuc sta- „ tuerit, cum alias dicat, volo „ vos omnes esse sicut meipsum? „ Verum quia tempus ista tum „ postulabat. Sumpsit verò hęc Theophilactus ex Chrysostomo, qui ad eumdem locum de vnius vxoris viro habet: *Quidam vero hoc ita intelligunt, vt scilicet ad Episcopatum is assumatur, qui vnius fuerit vxoris vir.* Nota to *fuerit*. Licet enim vxoratum ad ordinem promoueri potuisse, ipse admiserit, scribit tamen homilia 2. in Iob ad hæc verba *vnius vxoris virum: non quod id legis loco posuerit, sed quod errori ignoscebat.* Et suprà: *Non ea ratione quod id nunc in Ecclesia obseruetur. Oportet enim omni prorsus castitate sacerdotem ornatum esse.* Indultum fuisse pro tempore, admittit Chrysostomus; cum vero ratio indulti cessasset, etiam indultum cessasse asseuerabat, adeoque non maritos sed cœlibes ad ordines promouendos suo tempore fuisse. Hinc fatetur primo aduersus Iouinianum libro Diuus Hieronymus, loquens de Concilio Hierosolymitano, vbi præcepta fuit abstinentia ab Idololatria, fornicatione, sanguine, &

Theophilactus.

Chrysost.

D. Hieronymus. & suffocatis: *Quasi*, inquit, *paruulis atque infantibus, lac potum dant non solidum cibum, nec præcipiunt de continentia, nec de virginitate significant, nec ad ieiunia prouocant*. Ecclesia ex gentibus & carnali populo constituta erat in sua infantia, quam vbi D. Hieronymus animaduertebat, paucos habuisse cœlibes, qui ad sacros ordines promoueri poterant, maritos promoueri potuisse fatetur: *Eliguntur mariti in sacerdotium*, inquit, *non nego: quia non sunt tanti virgines, quanti sunt necessari sacerdotes: numquid quia in exercitu, fortissimus quisque eligendus est, idcirco non assumentur & infirmiores cum omnes fortes esse non possint? Si exercitus viribus tantum constaret, & non etiam numero militum, abijcerentur imbecilliores. Nunc & secundarum & tertiarum virium gradus assumitur, vt turba & numero exercitus compleatur*.

Aliud in notis ad canonem 33. Illiberitanum addit eruditus Mendoza: Quemadmodum ipso generis humani initio inter sorores & fratres coniugia contrahebantur, quia alij non erant, inter quos illa contrahi possent, quæ consuetudo diu permansit, quousque fœcunda iam ipsius generis humani propagatione illa interdicta est, sic & à principio nascentis Ecclesiæ & Religionis, quia alij ætate, virtute, & prudentia præditi non erant, qui tanto officio fungi possent, opus fuit ex maritis diaconos, sacerdotes, & Episcopos eligere. (Mendoza.) Hæc Mendoza, qui rectè animaduertit, plerosque Episcopos quorumdam non continentium experimento agnouisse, multa redundare incommoda, dum recenti carnis voluptate resoluti, marcidique toti ad tractandum, & consummandum immaculatum Christi corpus accederent, & in medio forsan sacrificio se occasio offerret cogitandi, quomodo vxoribus placere debuissent, & illo finito, sanctificatas prius manus Christi corpore, statim illas ad tractandam fœminarum turpitudinem turpius admouerent.

Atque hæc fuit ratio, quæ inter cæteros Pinytum Cretensis insulæ Episcopum permouit, ad maioris ordinis Clerum continentiæ lege obstringendum, cuius exemplum plerosque Episcopos imitatos fuisse, patet ex duobus canonibus, quorum primus editus est in Concilio Neocæsareensi, & sic statuit: *Presbyter si vxorem acceperit, ab ordine deponatur*. (Canon 1. Neocæsar.) Et secundus in Concilio Ancyrano, vbi: *Diaconi quicumque ordinantur, si in ipsa ordinatione protestati sunt, & dixerunt, velle se coniugio copulari, quia sic manere non possunt; hi, si postmodum vxores duxerint, in ministerio maneant, propterea quod eis Episcopus licentiam dederit, quicumque sanè tacuerint* (Canon 10. Ancyran.)

rint, & susceperint manus impositionem, professi continentiam, & postea nuptijs obligati sunt, à ministerio cessare debebant. Habita sunt hæc duo Concilia ante Synodum Nicænam anno 314. & ex eorum canonibus manifestum fit, noua coniugia non solum Episcopis, sed & presbyteris, ac diaconis apud Orientales ex antiqua traditione fuisse prohibita, hoc vnico casu excepto, quando quis protestabatur, se continentiam obseruare non posse, id quod locum non habebat in ijs, qui ad ordines aspirabant, vtpote quos vt incontinentes facilè reiecissent Episcopi, sed in ijs, qui ordinabantur inuiti, quos tunc etiam nolentes ordinari consueuisse ostendimus in scholijs ad 17. canonem Antiochenum. Cæterum vel ex vnico Concilij Ancyrani canone patet, illos, qui ordinabantur ad initium quarti sæculi, tacitè continentiam professos fuisse, id quod præcipuè decebat post redditam Ecclesiæ pacem, quando iam plures cœlibes erant, & ex continentibus eligi poterant, qui ad ordines promouerentur. Et hoc in causa esse existimem, quod Osius Cordubensis cum duobus alijs Syluestri Papæ legatis apud sacrum Nicænum Concilium institerint, vt, sicubi sacerdotes aut diaconi nondum continenter viuebant, continentiæ lege obstringerentur, qua de re agendum est capite subsequenti.

CAPVT SECVNDVM.

De historia Paphnutij, & an aliquid de maioris cleri continentia actum sit in sacro Nicæno Concilio?

QVæ in sacro Nicæno Concilio acta sunt de continentia clericorum exhibet Socrates libro primo historiæ, capite 11. occasione Paphnutij cuiusdam in superiori Thebaide vr-
Socrates. ,, bis Episcopi: Visum erat Epi-
,, scopis nouam legem in Eccle-
,, siam inducere, vt quicumque
,, in sacrum ordinem allecti es-
,, sent, id est Episcopi, presby-
,, teri & diaconi, ab vxorum,
,, quas cum laici essent, matri-
,, monij iure sibi sociauerant,
,, concubitu abstinerent: cum-
,, que hac re in medium propo-
,, sita, singulorum sententiæ ro-
,, garentur, surgens in medio
,, Episcoporum Paphnutius, ve-
,, hementer vociferatus est, non
,, esse imponendum clericis & sa-
,, cerdotibus graue hoc iugum:
,, honorabiles nuptias & torum
,, immaculatum esse dicens; ne

ex

„ ex nimia seueritate damnum
„ potius inferrent Ecclesiæ. Ne-
„ que enim omnes ferre posse
„ tam districtæ continentiæ di-
„ sciplinam: ac forsitan inde
„ eunturum esse, vt cuiusque
„ vxoris castitas minimè custodi-
„ retur. Castitatem autem vo-
„ cabat congressum viri cum
„ vxore legitima satis esse, vt
„ qui in clerum fuissent adscri-
„ pti, iuxta veterem Ecclesiæ
„ traditionem iam non amplius
„ vxores ducerent: non tamen
„ quemquam se iungendum esse
„ ab ea, quam ante hac, tunc
„ cumesset laicus, legitimè du-
„ xisset. Atque hæc dixit, ipse
„ non modo coniugij, sed mu-
„ lieris congressus penitus ex-
„ pers, quippe qui à puero in
„ monasterio educatus fuisset,
„ & ob singularem castimoniam
„ ab omnibus celebratus. Cæ-
„ terum vniuersus sacerdotum
„ cœtus, Paphnutij sermonibus
„ assensus est. Proinde omissa
„ eius rei disceptatione, singu-
„ lorum arbitrio permiserunt,
„ vt ab vxorum consuetudine
„ abstinerent, si vellent. Hæc
Socrates ex versione Valesij, quæ
eadem paucis additis referuntur à
Sozomeno libro primo capite 23.
Zosomenus. „ Cæterum Synodus, eorum,
„ qui in Ecclesijs versantur,
„ mores corrigere studens leges
„ quasdam constituit, quæ vul-
„ go canones appellantur. Cum-
„ que hac de re inter se delibera-
„ rent, alijs quidem placebat le-
„ gem ferri, vt Episcopi & pre-
„ sbyteri, diaconi item ac sub-
„ diaconi, non cubarent cum
„ vxoribus, quas, priusquam
„ sacrarentur, duxissent. Ve-
„ rum Paphnutius confessor sur-
„ gens contradixit, nuptiasque
„ honorabiles vocans, & con-
„ gressum viri cum vxore sua
„ castitatem esse dicens, consi-
„ lium dedit Synodo, ne huius-
„ modi legem ferret. Rem enim
„ esse toleratu difficilem: ac for-
„ tasse occasionem incontinen-
„ tiæ tum ipsis tum vxoribus ip-
„ sorum inde subministrandam.
„ Porrò autem veterem Ecclesiæ
„ traditionem hanc esse, vt qui
„ cœlibes ad sacrum ordinem
„ promoti essent, vxorem post
„ hac non ducerent: coniugati
„ vero à suis vxoribus minimè
„ separarentur. Et hæc quidem
„ suasit Paphnutius, tam etsi
„ expers coniugij. Synodus ve-
„ ro consilium eius probauit,
„ nec vllam ea de re legem tu-
„ lit: sed in cuiusque arbitrio,
„ non autem ex necessitate id
„ esse voluit. Hæc Paphnutij
historia, quam non modo incon-
tinentes clerici tempore Gregorij
septimi pro sese adferebant, sed
& Lutherus sæpius, ac post Lu-
therum Caluinus eorumque se-
quaces vrgere non desinunt.

Hisce vt quidam responderent, non defuere inter Catholicos, qui hanc Paphnutij historiam vt suppostitiam reijciunt, inter quos reperiuntur Eminentissimi Cardi-

na-

nales Bellarminus libro 1. de clericis, capite 20. Baronius tomo 1. ad annum 58. ac tomo 3. ad annum 325. & Arcudius libro 7. de sacramentis capite 38. neque desunt argumenta, quæ pro sua sententia adferunt. Vt enim ait

Arcudius ,, Arcudius: Rem adeo celebrem ac memorabilem, qui ,, Concilio interfuere eiusque ,, acta scripsere, profectò litteris ,, mandare non neglexissent: at ,, Eusebius Cæsareensis vnus ex ,, Episcopis Concilij euius etiam ,, historiam narrat, nihil omninò tale tradit, imo contrarium ,, scribit. Sed neque Theodoretus vel alius quispiam fide di- ,, gnor. Quin potius S. Epiphanius & Theodoretus Paphnutij eum meminerint, de eo tamen nihil eiusmodi referunt. Addit Arcudius canone 3. Nicæno interdictum fuisse, ne quisquam ex clero sub introductam haberet mulierem, nisi fortè matrem vel sororem, vel amittam, vel eas tantum personas, quæ omni suspicione carent. Ex quibus verbis ante Arcudium Baronius locis supracitatis colligit, nequaquam sacerdotibus à Nicæno Concilio indultum fuisse, vt vxoribus suis commiscerentur, adeoque nullius fidei esse historiam à Socrate & Sozomeno de Paphanutio posteritati traditam:

Verum vt rectè ad canonem 3. Christianus Lupus, male Paphnutij intercessio à quibusdam abijcitur vt suppositítia, cum talem esse, nec probetur ex Eusebij silentio, qui plura ad sacrum Nicænum Concilium spectantia omisit, nec ostendatur ex canone 3. ipsius Concilij, quod per sub introductam mulierem intellexit mulieres extraneas, neque matrimonij vinculo, neque proximo consanguinitatis gradu clericis coniunctas. ἀπηγόρευσε καθόλου ἡ μεγάλη σύνοδος· μήτε ἐπισκόπῳ, μήτε πρεσβυτέρῳ, μήτε διακόνῳ μήτε ὅλως τινὶ τῶν ἐν τῷ κλήρῳ, ἐξεῖναι συνείσακτον ἔχειν· πλὴν εἰ μὴ ἄρα μητέρα, ἢ ἀδελφὴν, ἢ θείαν, ἢ ἃ μόνα πρόσωπα πᾶσαν ὑποψίαν διαπέφευγε. Canon 3. Nicen. Canonis verba sunt ex versione Dionysij exigui: ,, Interdixit per omnia magna ,, Synodus, non Episcopo, non ,, presbytero, non diacono, nec ,, alicui omnino, qui in clero ,, est, licere subintroductam habere mulierem: nisi forte aut ,, matrem, aut sororem, aut ,, amittam, vel eas tantum personas, quæ suspicionem effugiunt. Græcus textus supra συνείσακτον γυναῖκα, sub introductam mulierem, in alijs codicibus legitur: ἐπείσακτον γυναῖκα. Extraneam mulierem, & sic legit Ioannes Antiochenus in sua collectione titulo 28. ac ita canonem illum interpretati sunt Ruffinus, Fulgentius Ferrandus, Martinus Bracearensis, & Isidorus mercator, quin imo Concilium Turonense 2. & Toletanum 4. canone 42. vbi: *Cum clericis extraneæ fœminæ nullatenus habitent*, *id-*

enim

enim & constitutio antiquorum Patrum decreuit. Per *constitutionem enim antiquorum Patrum* intelligit omnino Patrum Nicęnorum, qui siue vetuerint clericis extranearum, siue subintroductarum mulierum cohabitationem, certum est, locutos fuisse de mulieribus illis, quas post Epiphanium Diuus Hieronymus ad Oceanum de vita clericorum vocat ἀγαπητὰς aut dilectas, vt enim ait disertis verbis: *Quod si post monita nostra aliquis clericus Agapetas amplius quæsierit amare, quam Christum, secundum synodalem regulam conueniatur, & præcepta Patrum in Nicæa definita ei legantur*.

D. Hieronymus.

Similem vero Agapetam tempore Nicæni Concilij habebat Leontius presbyter, de quo D. Athanasius epistola ad solitariam vitam agentes: *Leontius ille castratus, quem ne sub laici quidem specie ad communionem admitti oportuit, eo quod se ipsum abscidit, vt liberè cum Eustolia dormiret, reuera quidem muliere, sed quam ille virginem prædicaret*. Et apologia de fuga sua: *Leontius enim accusatus de commercio cuiusdam iuuenculæ mulieris, iussusque pro inde ab Eustatio, vt ab eius contubernio abstineret, se ipsum castrandum dedit, quo liberè eius commercio vti posset*. Leontius ille, cuius hic mentionem facit D. Athanasius erat presbyter Antiochenus, Eustathius vero eius Patriarcha, & Episcopus videns maximum scandalum ex Eustoliæ contubernio exortum esse, rem ad Concilium Nicænum detulit, quod occasione huius Leontij canonem tertium constituit, & clericis cohabitationem cum similibus mulieribus penitus interdixit: vnde D. Basilius epistola ad

D. Athanasius.

,, Gregorium presbyterum: Nec
,, primi nec soli, Gregori, sta-
,, tuimus, ne mulieres cum viris
,, cohabitarent. Sed lege cano-
,, nem, qui à sanctis Patribus
,, nostris Niceæ editus est, qui
,, apertè prohibet, ne sint subin-
,, troductæ .... tanto ma-
,, gis ergo oportebat te nostræ
,, postulationi facile acquiescere,
,, quod dicis te ab omni corpo-
,, rali perturbatione liberum:
,, neque enim credo eum, qui
,, 70. annos natus est, cum mu-
,, liere ex cupiditate habitare:
,, nec tamquam propter turpem
,, aliquam actionem, quæ facta
,, fuerit, statuimus ea, quæ sta-
,, tuimus, sed quia ab Apostolo
,, docti sumus, fratri non esse
,, ponendum offendiculum, vel
,, scandalum. Ea de causa de-
,, creuimus, sanctorum Patrum
,, constitutionem sequentes vt à
,, muliere separeris.

D. Basilius.

Et vel ex his patet, sacrum Nicænum Concilium canone 3. nequaquam vetuisse carnale clericorum cum proprijs vxoribus commercium, neque de vxoribus clericorum fuisse locutum: agit enim Concilium non solum de clero

maioris ordinis, sed inferioris, cui nusquam perpetuæ continentiæ lex imposita fuit, multo minus interdicta cum vxoribus cohabitatio, de qua etiam agit canon Nicænus, & quam ipsis diaconis, sacerdotibus, & Episcopis licitam fuisse, docet canon sextus Apostolis tributus: *Episcopus aut presbyter vxorem propriam nequaquam sub obtentu Religionis abijciat, si vero reiecerit, excommunicetur: sed si perseuerauerit, deijciatur*. Ex hoc quoque canone constat de primitiuæ Ecclesiæ consuetudine, quam ad instantiam Paphnutij confessoris intactam reliquit sacrum Nicænum Concilium, quod ideo vxorum cohabitationem non interdixit, quia sacrum matrimonij vinculum tollebat omne prauæ conuersationis offendiculum, ideo vero consanguineorum permisit contubernium, quia vt recte Honorius & Theodosius in rescripto ad Palladium: *In his nihil sæui criminis existimari fœdus naturale permittit*. Vnde & Iustinianus Imperator nouella constitit, de sanctissimis Episcopis: Presbyteris & Diaconis & subdiaconis, & omnibus in clero conscriptis non habentibus vxores, secundum sacros canones interdicimus etiam nos, secundum sanctarum regularum virtutem, mulierem aliquam in propria domo super inductam habere. Tamen citra matrem, aut sororem, aut filiam, & alias personas, quæ omnem suspicionem effugiunt. Quæ verba nulla expositione indigent.

Canon 6. Apost.

Rescriptum Honorij, & Theod.

Iustinianus.

CAPVT TERTIVM.

De coniugio & continentia clericorum orientalium post Nicænum Concilium

LIcet indubitatum sit, sacrum Nicænum Concilium nihil canone 3. de continentia Clericorum statuisse, & communis iam peritorum sit opinio, omissum fuisse hac de re decretum ob intercessionem Paphnutij, cuius historiam Ferdinandus Mendoza in commentario de Concilio Illiberitano, Parisiensis Archiepiscopus de Marca in opere de imperij & sacerdotij concordia, Christianus Lupus tomo 1. & 3. de Concilijs nobiscum putant esse veram, & nullatenus ad apocrypha abijciendam: existimat tamen Lupus tomo 3. dissertatione proemiali de Latini Cleri continentia, duos Patriarchas, Alexandrum Alexandriæ, & Eustathium Antiochiæ rationibus legatorum Apostolicæ sedis, quibus continentiæ le-

legem conabantur persuadere, fuisse promotos, & à Concilio domum reduces legem suis in diœcesibus clero imposuisse, & hoc esse, quod lucidè testatur Hieronymus, dum scribit in libro aduersus Vigilantium: *Quid facient Orientis Ecclesiæ, quid Ægypti & Sedis Apostolicæ, quæ aut virgines clericos accipiunt, aut continentes, aut si vxores habuerint, mariti esse desistunt.*

D. Hieronymus.

Verum circa hæc verba D. Hieronymi occurrit, aliud esse legem continentiæ Clero impositam, aliud clerum continentiam obseruare. Prius non dicit de orientalibus hoc loco Hieronymus, neque vt diceret, ratio vrgebat: secundum asserit D. Hieronymus, & vt assereret, faciebat impietas Vigilantij, qua promouendi ad ordines cogebantur antea vxorem ducere. Id quod nequidem ipsi orientales faciebant, qui cum nulla continentiæ lege adstringerentur, tamen vel cœlibes promoueri solebant, vel si vxores duxissent, à carnali copula post ordinationem abstinebant. Docuit id pro Ægypto ipse Paphnutius suo exemplo, licet enim legem continentiæ non probabat, *ipse tamen non modo coniugij sed & omnis muliebris congressus omnino expers erat*. Docuit id Diuus Athanasius, totque alij Ecclesiæ Alexandrinæ, & totius Ægypti clerici, vt patres monasteriorum, qui sunt in Thebanorum prouincia, deposuerint apud Cyrillum Alexandriæ Patriarcham: *Quidam, qui vxores recenter duxerunt, & in ipsis veluti thalamis adhuc constituti sunt, aliquos sanctissimos Episcopos arripiunt, & nullo de eis vtique renunciante ordinantur clerici seu presbyteri*. Continentia adeo obseruari cœperat, vt qui ex coniugatis ordinari cupiebant, Episcopos circumscribere deberent, vtpote qui non facile tales promouissent, de quibus hic præcipuè conqueruntur Patres Thebani, quod iuuenes mariti incontinentiæ nimium dediti absque examine promouerentur, & de illo scribit Cyrillus Patriarcha Alexandrinus in epistola ad Lybiæ & Pentapolitanæ

Monachi Thebaides.

,, prouinciæ Episcopos: Quo-
,, niam ad ædificationem popu-
,, lorum omnia à nobis facienda
,, sunt, hæc vestra obseruet pie-
,, tas. Si est quidam ordinandus
,, clericus, de vita eius inquirat,
,, & an vxorem habeat, an non,
,, & quonam modo duxit, &
,, abstinuit. Ita & nostram con-
,, scientiam puram conseruabi-
,, mus, & inculpatum sacrum,
,, ac venerabile mysterium.

Iuuenes nimirum mariti scandalizabant præ sua lasciuia populum Ægyptiacum, hinc mandat Cyrillus, inquiri, an ordinanandi vxorem habeant, & quonam modo eam duxerint: *Quoniam*, inquit, *ad ædificationem populorum omnia facienda sunt*.

Cyrillus Alex.

Quod Ægyptius, hoc idem testatur Palestina, vnde fides primum

mum eluxit: habuisse namque clericos continentes, non solum probari potest exemplo variorum Episcoporum, presbyterorum, & diaconorum, qui cœlibem ibi vitam duxerunt, sed & testimonio Eusebij Cæsareensis in Palestina Episcopi, qui non modo Pyniti Gnossiorum Episcopi sententiam laudat, sed & libro primo demonstr. Euangel. capite 9. docet: Eusebius. *Quod eos, qui sacrati sint, atque in Dei ministerio cultuque occupati, continere deinceps seipsos à commercio vxoris deceat.* Et post Eusebium Cyrilli Hierosolymitani Cyril. Hierosol. cathechesi 12. *Si enim, qui apud Iesum fungitur sacerdotio, abstinet à muliere:* Quin imo & ex diœcesi orientali Chrysostomus, qui insinuare videtur, id ex necessitate incumbere, ita enim scribit homilia 2. de D. Chrysostomus. patientia Iob: *Dixit vnius vxoris virum, non ea ratione, vt id nunc in Ecclesia obseruetur, oportet enim omni prorsus castitate sacerdotem ornatum esse.* Et D. Epiphanius Salaminensis in Cypro Episcopus in expositione Epiphanius. Catholicæ fidei, capite 21. *Sacerdotium ex virginum ordine præcipuè constat, aut si minus ex virginibus, certè ex monachis, aut si minus ex monachorum ordine, ex his creari sacerdotes solent, qui à suis se vxoribus continent, aut secundum vnas nuptias in viduitate versantur.*

Viuebat D. Epiphanius ijs temporibus, quibus Ecclesia per totum imperium diffusa non solùm clerum copiosum, sed & plures monachos numerabant, qui cœlibem vitam amplexi consilium sequebantur Apostoli, & vt melius Deo vacarent, etiam à nuptijs aut matrimonio abstinendum ducebant: hoc autem, quia plures seruabant in oriente Episcopi, factum est, vt non nisi continentes clericos aut monachos ad sacros aut maiores ordines promouerent. Id quomodo introductum sit in Salaminensem apud Cyprum Ecclesiam, colligi potest ex ijs, quæ Ioannes monachus dicitur scripsisse in vita Epiphanij, qui cum vidisset lepram in fronte alicuius diaconi, quod altari ministrabat postquam ea nocte eum vxore dormierat, accersito clero, palam admonuit, vt haberent vxores tamquam non habentes: *Et ex hoc,* inquit author vitæ, *non amplius ordinabat Epiphanius eos, qui haberent vxorem, sed viros sanctos, qui vitam exercebant monasticam, & viduos viros probatos.* Et consonat Diuus Epiphanius heresi 59. numero 4. ἀλλὰ καὶ τὸν ἔτι βιοῦντα καὶ τεκνογονοῦντα, μιᾶς γυναικὸς ὄντα ἄνδρα, οὐ δέχεται, ἀλλὰ τὸν ἀπὸ μιᾶς ἐγκρατευσάμενον, ἢ χηρεύσαντα, διάκονόν τε καὶ πρεσβύτερον, καὶ ἐπίσκοπον καὶ ὑποδιάκονον, μάλιστα ὅπου ἀκριβεῖς κανόνες οἱ ἐκκλησιαστικοί. Ibid. *Quin eum insuper, qui adhuc in matrimonio degit, ac liberis dat operam, tam etsi vnius sit vxoris vir, nequaquam*

ta-

tamen ad diaconi, presbyteri, Episcopi, aut hypodiaconi ordinem admittit. Sed eum dumtaxat, qui ab vnius vxoris consuetudine sese continuerit, aut ea sit orbatus, quod in illis locis præcipuè fit, vbi Ecclesiastici canones accuratè seruantur. Quosnam canones ibi intelligat Ephiphanius, planè ignoratur, forsan de canonibus latinæ Ecclesiæ loquitur, ex quibus Leo Magnus epistola 84. ad Anastasium Thessalonicensem in Græcia Metropolitam: Nam cum extra clericorum ordinem constitutis, nuptiarum societati & procreationi filiorum studere sit liberum: ad exhibendam tamen perfectæ continentiæ puritatem, nec subdiaconibus quidem connubium carnale conceditur: vt & qui habent, sint tamquam non habentes, & qui non habent, permaneant singulares. Quod si in ordine, qui quartus à capite est, dignum est custodiri: quanto magis in primo, aut secundo, vel tertio seruandum est, ne aut leuitico ministerio, aut presbyterali honore, aut Episcopali excellentia quisquam idoneus existimetur, qui se à voluptate vxoria necdum frænasse detegitur. Et in Græcia ita omnino obseruatum fuisse, testis est Socrates libro 5. historiæ, capite 22. Aliam quoque consuetudinem in Thessalia esse cognoui. Clericus ibi promotus, si post clericatum dormierit cum vxore, quam ante clericatum legitimè matrimonio sibi copulauerat, abdicatur: cum in oriente cuncti sua sponte, etiam Episcopi ab vxoribus abstineant, nulla tamen lege aut necessitate constricti id faciant. Multi enim illorum, Episcopatus etiam sui tempore liberos ex legitimo coniugio susceperunt. Huius porro in Thessalia consuetudinis author fuit Heliodorus, Tricæ, quæ eius regionis vrbs est, Episcopus ..... eadem consuetudo Thessalonicæ, & in Macedonia atque Achaia obseruatur.

Leo Magnus.

Socrates.

Scribit Socrates, Episcopos nulla lege aut necessitate constrictos in cæteris orientalibus Ecclesijs continentiam obseruasse: & sunt, qui confirmant testimonio D: Basilij ex epistola ad Amphilochium canon 19. vbi: ἀνδρῶν δὲ ὁμολογίας οὐκ ἔγνωμεν, πλὴν εἰ μή τινες ἑαυτοὺς τῷ τάγματι τῶν μοναζόντων ἐγκατερίθμησαν· οἱ κατὰ τὸ σιωπώμενον, δοκοῦσι παραδεδέχθαι τὴν ἀγαμίαν πλὴν καὶ ἐπ' ἐκείνων· ἐκεῖνο, ἡγοῦμαι, προηγεῖσθαι προσήκειν, ἐρωτᾶσθαι αὐτούς, καὶ λαμβάνεσθαι τὴν παρ' αὐτῶν ὁμολογίαν ἐναργῆ. *Virorum autem professiones non nouimus, præterquam si qui se ipsos monachorum ordini adiudicarint: qui tacitè videntur cœlibatum admittere, sed in illis quoque illud existimo præcedere oportere, vt ipsi interrogentur,*

Basilius.

& auidens ipsorum accipiatur professio. Verum miror, viros eruditos hæc Basilij verba protulisse, ad probandum, neminem ex clero continentiæ lege sese obstrixisse, cum hic de cœlibatus professione loquatur Diuus Basilius, & certum sit apud Græcos, continentiæ lege etiam sese obstrixisse eos, qui aut cœlibes, aut vidui ad sacros ordines promouebantur: Non solum autem, inquit Zonaras in canonem 19. D. Basilij, in monachis tacita contingit professio, verum in diaconis quoque & hypodiaconis. Nisi enim denuntient prius atque testentur, qui ordinandi sunt, se virginitatem seruare, haud posse, & antequam ordinentur, vxores ducant, postquam sacro ordini adscripti sunt, nuptias ipsis inire haud licet. Neque contrarium à D. Basilio assertum esse existimem, quasi laudato supra canone censuisset, clericis etiam post sacrorum ordinum susceptionem licitum fuisse matrimonium inire, quod ipsis canonibus Ancyrano Neocæsareensi plane prohibitum erat. Dicit quidem Zonaras, eos, qui antea matrimonio iuncti fuerant, quam ordines susceperant, continentiæ legem obseruare non debuisse: sed neque id in Episcopis locum habebat, vt astruit Socrates, illos enim continentiæ lege obstrictos fuisse, docet exemplo suo Gregorius Nazianzenus pater sancti

Zonaras.

Gregorij Theologi, qui post susceptum Episcopatum castè omnino cum Nonna vxore sua vixit, & Synesius à Ptolemaensibus ad Episcopatum acceptandum rogatus, vt eum euitaret, respondit epistola 105. ἐμοὶ τοιγαροῦν, ὅ, τε νόμος ἥ, τε ἱερὰ Θεοφίλου χεὶρ, γυναῖκα ἐπιδέδωκε· προαγορεύω τοίνυν ἅπασι καὶ μαρτύρομαι, ὡς ἐγὼ ταύτης οὔτε ἀλλοτριώσομαι καθάπαξ, οὔτε ὡς μοιχὸς αὐτῇ λάθρα συνέσομαι· τὸ μὲν γὰρ ἥκιστα εὐσεβές, τὸ δὲ ἥκιστα νόμιμον. *Mihi igitur & Deus ipse, & lex, & sacra Theophili manus vxorem dedit, quare hoc omnibus prædico, ac testor, neque me ab ea prorsus seiungi velle, neque adulteri instar cum ea clanculum consuescere. Alterum enim nequaquam pium est, alterum illicitum*. Et Ioannes Antiochenus in suo Nomocanone titulo 27. *Episcopum nullam penitus vxorem habere aut cum ipsa habitare permittimus. Si verò hoc non obseruasse compertus fuerit, Episcopatu deijciatur*. Et post Ioannem Antiochenum Patres Trullani, qui anno Domini 692. statuerunt canone duodecimo. *Porro hoc quoque ad nostram cognitionem peruenit, quod in Africa & Lybia & alijs locis, quidam ex ijs, qui illic sunt religiosissimi præsules, cum proprijs vxoribus, etiam postquam ad eos processit ordinatio, vnà habitare non recusant, ex eo populis offendiculum & scandalum afferentes ...... nobis visum est, vt nihil eius-*

Synesius.

Ioannes Antioch. in nomocanone.

Canon 12. Trull.

eiusmodi deinceps vllo modo fiat. Agunt Orientales de Lybia & partibus Africæ, quod in Palestina, Syria, Thracia, & Græcia Episcopi non solum ab vxorum commercio, sed & ab earum contubernio iam dudum abstinuissent: & vt imposterum abstine-

Balzamon. rent, *iubent omnino Antistites, postquam sunt ordinati, à proprijs vxoribus secedere*, vt in scholijs ad hunc finem notat Theodorus Balzamon schismaticus Patriarcha Antiochenus, quo cùm sentiunt cæteri canonum interpretes Græci, ex quorum sententia in hunc vsque diem Orientalis Ecclesiæ Episcopi ab vxorum contubernio & commercio sunt longè alieni, vtpote qui omnes assumuntur ex monachis ordinis sancti Basilij, id quod Thomas Smith natione Anglus in epistola sua de Ecclesiæ Græcæ statu ho-

Smith. dierno negare non potuit, cum testetur pag. mihi 71. *Diu est, ex quo nemo ad dignitatem Episcopalem euehatur, nisi qui cœlibem vitam professus, regulas sancti Basilij voto obligatus sequitur.*

Aliud vidimus de presbyteris, diaconis, & subdiaconis, qui apud Græcos etiamnum non separantur à suis vxoribus, quas ante ordinationem duxerant. Vnde & Concilium Trullanum canone

Canon 13. Trull. ,, 13. Nos antiquum canonem ,, Apostolicæ perfectionis ordinisque seruantes, hominum, ,, qui sunt in sacris legitima con- ,, iugia, deinceps quoque firma ,, & stabilia esse volumus, ne- ,, quaquam eorum cum vxori- ,, bus coniunctionem dissoluen- ,, tes, vel eos mutua tempore ,, conuenienti consuetudine, ,, priuantes. Quamobrem si quis ,, dignus inuentus fuerit, qui ,, hypodiaconus, vel presbyter ,, ordinetur, is ad talem gradum ,, assumi nequaquam prohibea- ,, tur, si cum legitima vxore ,, cohabitet. Sed neque ordina- ,, tionis tempore ab eo postule- ,, tur, vt profiteatur se legitima ,, cum vxore consuetudine ab- ,, stenturum. Plura addunt, quę Romanæ Ecclesiæ, totique Occidenti iniuriosa sunt, vt cleri ad sacros ordines promoti cum vxoribus contubernium astruant, quin etiam carnale commercium Apostolicæ perfectionis esse confirment, quibus Ioannes Zonaras, & Theodorus Balzamon ex canonibus Chartaginensibus modum ponunt, vt ab vxoribus abstinere debeant, cum per vices sacrificare oporteat: id tamen sine fundamento cum patribus Trullanis inuenerunt, vt fusius capite sequenti, vbi Latinæ Ecclesiæ consuetudinem sanctissimis legibus firmatam esse, monstrabimus, neque matrimonij vsum pro clericis esse Apostolicæ perfectionis, sed vt rectè D. Epiphanius hæresi 59.

Non illud ex canonis authoritate fieri, sed propter hominum ignauiam, quæ certis temporibus negligenter agere, ac conniuere solet Epiphanius.

let ob nimiam populi multitudinem, cum ſcilicet, qui ad eas ſe functiones applicent, non facilè reperiuntur. Et hæc omnino fuit ratio, quæ primitiuam Eccleſiam ad clericis hac in re indulgendum promouit,

Id autem cum laudato canone Trullano confirmatum ſit pro orientalibus, licet non ex Apoſtollca perfectione, ſed ex inueterata conſuetudine ortum duxerit, huc vſque tamen obſeruatur à Græcis, qui adeo hac in re à Latinis differunt, vt Photius autor ſchiſmatis hinc occaſionem ſumpſerit nos calumniandi: *Quod abominemur nuptias, quia præsbyteros ſortiri coniuges prohibemur*. Contra quæ ſcribit Ratramnus Corbeienſis monachus in edito per Lucam D'Acherium contra Græcorum errores opuſculo: *Continentiam, quia noſtri ſacerdotes ſeruare de more maiorum non omittunt, infamantur nuptias damnare*. Et cum poſt Photium Nicetas Pectoratus auſus fuiſſet objicere in libello contra Latinos edito: *Quis eſt ille, qui tradidit vobis prohiberi, & abſcindere nuptias ſacerdotum?* Egit contra eum Humbertus Syluæ Candidæ Epiſcopus oſtendens, Latinos non permittere, vt aliquis coniugatus ad ſacros ordines promoueatur, niſi conſentiente vxore, & hoc non eſſe quoad vinculum diſſoluere nuptias, cum vxor conſentiens aliud matrimonium inire non valeat, quamdiu maritus illius viuat, quinimo Latinos non damnaſſe nuptias in Orientalibus, vel ex eo patet, quod à tempore Photiani ſchiſmatis ſemper ſuſcepti fuerint cum ſua quoad clericorum coniugium diſciplina, vnde & Innocentius Tertius Archierontino Archiepiſcopo quærenti, an filius ſacerdotis Græci ad Epiſcopatum Anglorienſem promoueri poſſet, reſpondet: Nos igitur attendentes, quod Orientalis Eccleſia votum continentiæ non admiſit: quoniam Orientales in minoribus ordinibus contrahunt & in ſuperioribus vtuntur matrimonio iam contracto: mandamus, quatenus, niſi pro eo, quod Græci huiuſmodi inter Latinos conuerſantur, regionis conſuetudo repugnet, & ſi aliud canonicum non obſiſtat, ad confirmationem & conſecrationem ſine dubitatione procedas. Et poſt Innocentium Tertium Clemens VII. audiens, Græcos à quibuſdã prohiberi matrimonio vti, bulla anno 1521. Romæ edita prohibuit, ne Græcis eorum ritibus & ordinationibus moleſtia creetur, & Clemens VIII. conſtit. 34. iuſſit, vt Græcus presbyter miſſæ ſacrificium oblaturus, tantum per ſeptem aut tres dies ab vxore ceſſet, id quod ipſi Græci ſchiſmatici cum Balzamone, Zonara alijſque libentiſſimè admittunt.

Photius. Ratramus. Nicetas Pectorat. Innocentius III.

CA-

CAPVT QVARTVM.

De Clericorum cœlibatu, & continentia lege apud Latinos à S. Petro vsque ad tempora Leonis Magni.

Latinorum Episcopos primis sæculis etiam filijs procreandis operam dedisse, indicare videtur Henricus Spelmannus natione Anglus tomo 1. Conciliorum Angliæ ad annum 314. vbi refert, Godvvinum ex Baleo adducere canonem Concilij Arelatensis primi, quem Restitutus Londinensis Episcopus ex Concilio redux secum detulisset: *Si diaconi in ordinatione sua protestentur, se vxores ducturos, vt liceat illis id ipsum facere, atque simul ministerio permanere.* Subdit Spelmannus, ego locum non reperi, sed in eamdem sum sententiam sic idem Baleus in app. 2. ad „ cent. 1. capite 39. Restitutus „ Britannus Londinensis Archie- „ piscopus vxoratus, & Hilario „ Pictauensi pariter coniugato „ notus, Arelatensem in Gallijs „ Synodum adijt religionis gra- „ tia anno 350. in qua liberis „ diaconorum coniugijs, etiam „ post susceptos, vt nunc erant, „ ordines, cum cæteris & ipse „ consensit, eaque statutis legi- „ bus pacificauit. Verum miror, virum eruditum has nugas in scholia sua intulisse, & cum Baleum totius commenti authorem fateatur, non agnouisse ipsius errores, quos paucis verbis continet. Dicit Concilium Arelatense anno 350. celebratum, cum certum sit, habitum fuisse anno 314. Dicit Restitutum Hilario Pictauensi notum fuisse, sed nouo errore, qui priori innititur, Restitutus enim initio quarti sæculi, Hilarius circa medium eiusdem sæculi viguit. Dicit insuper tam Restitutum, quam Hilarium fuisse vxoratos, & quamuis de Hilarij coniugio constet, & de Restituti matrimonio nihil apud veteres reperiam, demus tamen vtrumque Episcopum vxores habuisse, sed num inde colligitur, post ordinationem cum vxoribus carnale commercium habuisse? De sancto Hilario Pictauensi Episcopo scribit Fortunatus eius presbyter: Coniugem habens & „ filium, ita plenitudine Domi- „ ni venerabiles animos Eccle- „ siasticæ regulæ tradidit infor- „ mandos, vt adhuc in laicali „ proposito constitutus diuino „ nutu Pontificis gratiam possi- „ deret: ita seipsum propria di- „ sciplina coercebat intentus, „ quasi futuram speciem iudi- „ cans, vt irreprehensibilis in-

Spelmannus.

Baleus.

Fortunatus.

,, templo Christi præpararetur ,, sacerdos. Hæc de Hilario adhuc laico cum scribat Fortunatus, quis non videt, Hilarium matrimonio iunctum fuisse ante Episcopatum, & tunc filiam genuisse, quam dum vnicam habuit, gignendis filijs operam non dedisse in Episcopatu, vtpote qui se ipsum propria disciplina coercebat adhuc laicus, vt irreprehensibilis fieret in templo Christi sacerdos aut Episcopus. Fuit Beatus Hilarius, sicut & perantiquus Tertullianus, ante ordinis susceptionem matrimonio iunctus, sed post ordinationem continens, vnde Tertullianus ad vxorem duos libros conscripsit, quibus etiam illam, si post mortem suam superuiueret, ad continentiam in finem vsque seruandam incitaret.

Nec mirari debemus, initio Ecclesiæ coniugatos ad sacros ordines fuisse promotos, vt enim rectè aduersus Iouinianum scribit Hieronymus: *Eliguntur mariti in sacerdotium, non nego: quia non sunt tanti virgines, quanti necessarij sunt sacerdotes: numquid quia in exercitu fortissimus quisque eligendus est, idcirco non assumentur & infirmiores, cum omnes fortes esse non possint? Si exercitus viribus tantum constaret, & non etiam numero militum, adijcerentur imbecilliores. Nunc & secundarum, & tertiarum virium gradus assumitur, vt turba & numero exercitus compleatur.* Aliam similitudinem adducit eruditus Mendoza in notis ad 33. canonem Illibetanum: *Quemadmodum*, inquit, *ipso humani generis initio inter sorores & fratres coniugia contrahebantur, quia alij non erant, inter quos illa contrahi possent, quæ consuetudo diu permansit, quousque fœcunda iam ipsius humani generis propagatione, illa interdicta est, sic & à principio nascentis Ecclesiæ & religionis, qua alij ætate, virtute & prudentia præditi non erant, qui tanto officio fungi possent, opus fuit ex maritis diaconos, sacerdotes & Episcopos eligere; quorum vxores, quamuis nullo sacro munere fungi possent, episcopissas, præsbyterissas, diaconissas, & subdiaconissas vocatas, quod his sacerdotibus nuptæ essent, didicimus. Maritos autem iam electos à suscipiendis liberis temperantiæ lege, & præclara Apostolorum imitatione, & traditione semper abstinuisse in Ecclesia occidentali Hieronymi, Epiphanij, & aliorum authoritate non ambigo.*

Hieronymus.

Mendoza.

Vt autem Mendozæ sententiam vlterius confirmem, omnium primo de Sedis Apostolicæ instituto agendum duco: Romæ enim Apostolorum Principes Petrum & Paulum non solum fidem prædicasse, sed & ritus ac disciplinam fidelibus tradidisse, constans est antiquorum sententia, de qua dubitari nulla ratione potest. Paulum autem continentiæ amatorem,

rem, qui tot argumentis virgines Corinthianas ad castitatem seruandam adhortatus est, sacerdotes & sacri altaris ministros ad continentiam obseruandam inflammasse, vel ex eo colligitur, quod sacerdotes pro virginibus sanctos & mundos esse non solum decebat, sed & proprio exemplo docebat. Et hinc Occidentales existimem trahere clericalis sanctimoniæ originem, & pro fundamento habere, si non canonem, saltem exemplum & consilium Apostolicum, quod consuetudine firmatum adeo castè obseruatum fuit à Romana & Latina Ecclesia, vt ipsis persecutionum temporibus, Episcopi, sacerdotes, & diaconi non nisi cum magno fidelium scandalo aut vxores duxissent, aut cum ductis ante ordinis susceptionem vxoribus carnale commercium habuissent. Vnum primis sæculis reperio Donatum Carthaginensem presbyterum, de quo D. Cyprianus epistola 40: quod *vterum vxoris calce percusserit*, & *abortione properante in parricidium partus* expressus sit. Verum multa ibidem de Donato scelera narrat Cyprianus, quæ non constat tempore sacerdotij facta. Deinde etiamsi tunc facta esse admittamus, sceleratum sacerdotem fuisse constat. Et Concilium Carthaginense 2. anno 390. sub Genethlio Carthaginensi Episcopo canone 2. testatur Apostolos continentiam docuisse, eamque antiquitus fuisse seruatam: cum verò Africa circa annum 120. fidem & ritus à Romana Ecclesia recepit, ab illa quoque de clericorum continentia edoctam fuisse oportuit, vt etiamsi in catalogis Romanorum Pontificum, quos in antiquitate illustrata edidimus, nihil reperiatur de clericorum continentia, Romanam tamen Ecclesiam primis sæculis illam seruasse oportuerit. Habemus post sæculi 3. medium factum Pyniti Gnossiorum apud Cretenses Episcopi, quem suo tempore non solum continentes promouisse ad sacros ordines, sed & ordinandos continentiæ lege obstrinxisse, testis est Eusebius Cæsareensis in Palestina Episcopus libro 4. capite 23. Cumque Creta fuerit Patriarchatus Romani prouincia, quis dubitat, quin hanc legem à Romana Ecclesia acceperit, & Sedis Apostolicæ authoritati innixus suo etiam clero imposuerit? Sane cum Dionysius Episcopus Corinthiorum Pynitum monuisset, *ne graue onus castitatis fratrum ceruicibus tamquam necessarium imponat*; non acquieuit teste Eusebio Pynitus, sed ipsum potius Dionysium cum tota Græcia ad legem continentiæ amplectendam adhortatus est, pro ratione addens illa, quæ Romanam Ecclesiam promouisse existimem, ad continentiæ legem occidentali clero imponendam. Neque solos Cretenses, sed Hispaniam Patriarchatus Romani diœcesim Ecclesiasticam ipsis per- Apud Eusеb.

ſecutionum temporibus hanc legem acceptaſſe, patet ex canone 33. Illiberitani Concilij, quod circa initium quarti ſæculi ſtatuit:

Concil. Illiberit. „ placuit in totum prohiberi Epiſcopis, presbyteris, diaconibus, & ſubdiaconibus poſitis in miniſterio, abſtinere ſe à coniugibus ſuis, & non generare filios: quicumque vero fecerit, ab honore clericatus exterminetur. Adſuit huic Concilio Hoſius Cordubenſis Epiſcopus, qui cum à Syluestro Papa tamquam Sedis Apoſtolicæ legatus ad Nicænum Concilium mitteretur, ibidem de lege continentiæ clericis orientalibus imponenda egiſſe creditur, licet Paphnutij interceſſione Concilium ab hac lege abſtinuerit relinquendo ſuam vnicuique Eccleſiæ conſuetudinem.

Abſoluto ſacro Nicæno Concilio occidentalem Eccleſiam in obſeruanda continentiæ lege perrexiſſe, patet ex D. Hieronymo, qui ſub Damaſo Papa Romam venit, ibidemque aliquo tempore commoratus fuit, & epiſtola

Hieronymus. 50. teſtatum reliquit: *Apoſtoli vel virgines, vel poſt nuptias continentes: Epiſcopi presbyteri, diaconi, aut virgines eliguntur, aut vidui, aut certe poſt ſacerdotium in æternum pudici*. Et Iouiniano, qui ex Monacho Clericus Romæ effutire auſus erat, virginitatem non eſſe præferendam matrimonio, reſpondet Diuus Hieronymus libris duobus, quorum primo inter alia: *Sed & ipſa Epiſcopalis electio mecum facit. Non enim dicit: eligatur Epiſcopus, qui vnam ducat vxorem, & filios faciat, ſed qui vnam habuerit vxorem, & filios in omni ſubditos diſciplina. Certe confiteris non poſſe eſſe Epiſcopum, qui in Epiſcopatu filios faciat. Alioqui, ſi deprehenſus fuerit, non quaſi vir tenebitur, ſed quaſi adulter damnabitur. Aut permitte ſacerdotibus exercere opera nuptiarum, vt idem ſint virgines, quod mariti: aut ſi ſacerdotibus non licet vxores tangere in eo ſancti ſunt, quia imitantur pudicitiam virginalem*. Iouinianus licet caſtitatem nullius meriti præ matrimonio duceret, & quoſdam virgines aut viduas Romanas hæreſis ſuæ veneno infectas ad ineundum matrimonium incitaſſet, Epiſcopos tamen & ſacerdotes attingere auſus non fuerat, vt pote quos continentiæ lege obſtrictos eſſe agnoſcebat. Habemus de hac Iouiniani hæreſi epiſtolam Siricij Papæ, quam ad Mediolanenſem Eccleſiam ſcripſit, vbi ſummus Eccleſiæ Pontifex fatetur, facto presbyterio conſtitiſſe, Iouiniani Doctrinam Chriſtianæ legi eſſe contrariam, habemus quoque ad Siricij epiſtolam reſponſum Diui Ambroſij & Coepiſcoporum, qui in Synodo Mediolanenſi ſecundùm iudicium Siricij tam Iouinianum, quam aſſeclas, & ſequaces eius damnarunt.

Hieronymo autem æqualis D. Ambrosius in prima ad Timotheum capite primo ostensurus, etiam diaconos continenter viuere debere, leuitas & sacerdotes in veteri lege plures fuisse, & certo tantum tempore seruire debuisse, sic tamen vt purificari deberent per aliquot dies, antequam offerebant, in lege noua autem tot non reperiri leuitas in vnaquaque Ecclesia, & sæpius ministrare debere. *Nunc autem*, inquit Ambrosius, *septem diaconos esse oportet, & aliquantos presbyteros, vt bini sint per Ecclesias: & vnus in ciuitate Episcopus: ac per hoc omnes à conuentu fœminæ abstinere debere, quia necesse est eos quotidie præsto esse in Ecclesia, nec habere dilationem vt post conuentum legitimè purificentur sicut veteres*. Adiungit Diuus Ambrosius libro 1. de officijs, capite 50. *Inoffensum autem exhibendum, & immaculatum ministerium, nec vllo coniugali cœtu violandum cognoscitis, qui integro corpore incorrupto pudore, alieni etiam ab ipso consortio coniugali, sacri ministerij gratiam recepistis? Quod eo non præterij, quia in plerisque abditioribus locis, cum ministerium gererent, vel etiam sacerdotium, filios susceperunt: & id tamquam vsu veteri defendunt*.

Ambrosius.

Quæ hic D. Ambrosius arguit in quibusdam sacerdotibus & leuitis sui temporis, respiciunt omnino sequaces Vigilantij natione Galli Barcionensis in Hispania Ecclesiæ presbyteri, de quo Diuus Hieronymus in opere aduersus illum edito: *Proh nephas, Episcopus sui sceleris dicitur habere consortes, si tamen Episcopi nominandi sunt, qui non ordinant diaconos, nisi prius vxores duxerint: nulli cœlibi credentes pudicitiam, imo ostendentes, quam sanctè viuant, qui male de omnibus suspicantur. Et nisi pregnantes vxores viderint clericorum, infantesque de vulnis matrum vagientes, Christi sacramenta non tribuunt*. Et tales omnino Episcopos extitisse in Hispania, facilè colligi potest ex relatione Himerij Tarraconensis Episcopi, quam de varijs clericorum excessibus ad Damasum miserat, & cui post Damasi obitum successor eius Syricius epistola prima capite octauo hisce verbis respondet:

Hieronymus.

„ Veniamus nunc ad sacratissimos ordines clericorum, quos in venerandæ religionis iniuriam, ita per vestras prouincias calcatos, atque confusos, charitate tua insinuante reperimus, vt Hieremiæ nobis dicendum sit voce: *Quis dabit capiti meo aquam &c.* Plurimos enim sacerdotes Christi atque leuitas, post longa consecrationis suæ tempora, tam de coniugibus proprijs, quam etiam de turpi coitu sobolem didicimus procreasse, & crimen suum hac præscriptione defendere, quia in veteri

Syricius.

,, teri testamento sacerdotibus ac ,, ministris generandi facultas ,, legitur attributa. En omninò illi, quos detestatur supra Diuus Ambrosius, & contra quos, cum Syricius ostendisset, etiam in veteri lege sacerdotes & leuitas abstinere debuisse, dum offerendum erat: *Harum sanctionum*, inquit, *sacerdotes omnes atque leuitæ insolubili lege constringimur, vt à die ordinationis nostræ, sobrietati ac pudicitiæ, & corda nostra mancipemus & corpora*. Cumque pœnitentes clericos in suo ordine ministrare indulsisset, pertinaces vero & veteri lege sese defendentes Apostolicæ Sedis authoritate deiectos esse, ab omni Ecclesiastico ordine decla-,, rasset, finit: Et quia exempla præsentia cauere nos permonent in futurum, si quilibet Episcopus, presbyter atque diaconus (quod non optamus) deinceps fuerit talis inuentus, iam nunc sibi omnem per nos indulgentiæ aditum intelligat obseratum: quia ferro necesse est excidantur vulnera, quæ fomentorum non senserint medicinam.

Syricius epist. ad Hincmarium.

Tanti Pontificis decretum ab Hispanis debita cum reuerentia fuisse receptum, patet ex Concilio Toletano primo, quod tempore Anastasij Papæ habitum fuit anno 400. & canone primo statuit: ,, Placuit vt diacones, si vel integri, vel casti sint, & continentis vitæ, etiamsi vxores ,, habeant in ministerio constituantur: ita tamen, vt si qui etiam ante interdictum, quod per Lusitanos Episcopos constitutum est, incontinenter cum vxoribus suis vixerint, presbyterij honore non cumulentur: si quis vero ex presbyteris ante interdictum filios susceperit, de presbyterio ad Episcopatum non permittatur. Loco *Lusitanos Episcopos*, legitur in alio codice *priores ante nos Episcopos*, & vt verum fatear, puto interdictum, cuius hic facta est mentio, esse interdictum à Syricio Papa transmissum, quod Episcopi Hispani promulgarant, & in hoc Toletano Concilio adeò venerati sunt, vt clericos, qui incontinenter vixerant ante interdictum, in suo tantum ordine ministrare permiserint, prout Syricius Papa etiam constituerat.

Canon I. Tolet.

Cod. MS. apud Labbeum.

Cum Hispania Syricij decretum suscepit Concilium Taurinense, quod anno 379. canone 8. statuit: *Hi autem, qui contra interdictum sunt ordinati, vel in ministerio filios genuerunt, ne ad maiores gradus ordinum permittantur, Synodi decreuit authoritas*. Et ad quæstionem Victricij Rothomagensis in Gallia Episcopi reposuit Innocentius primus, capite 9. *Præterea quod dignum & pudicum & honestum est, tenere Ecclesia omninò debet, vt sacerdotes & leuitæ cum vxoribus suis non coeant, quia ministerij quotidiani necessitatibus occu-*

Canon 8. Taurin.

Innocen. I. epist. ad Victricium.

cupantur. Et roganti Exuperio Tolosano Episcopo respondit idẽ Pontifex Innocentius, capite 1. ,, Proposuisti, quid de his obseruari debeat, quos in diaconij ministerio aut in officio presbyterij positos incontinentes esse, aut fuisse, generati filij prodiderunt. De his & diuinarum legum manifesta est disciplina, & beatæ recordationis viri Syricij Episcopi monita euidentia commearunt. Et infra: Si ad aliquos forma illa Ecclesiasticæ vitæ pariter & disciplinæ, quæ ab Episcopo Syricio ad prouincias commeauit, non probabitur peruenisse, his ignorationis venia remittetur, ita vt de cætero penitus incipiant abstinere. Et ita gradus suos, in quibus inuenti fuerint, sic retenent, vt eis non liceat ad potiora conscendere.. Quibus in beneficio esse debet, quod hunc ipsum locum, quem retinent non amittunt. Si qui autem sciſſe formam viuendi missam à Syricio detegentur, neque statim cupiditates libidinis abieciſſe, illi sunt modis omnibus submouendi. Et post hoc missum ab Innocentio responsum, Syricij Papæ interdictum etiam in Gallijs fuisse receptum, patet ex Concilio Arausicano primo, quod anno 441. statuit canone 22. *Deinceps non ordinentur diacones coniugati, nisi qui prius conuersionis proposito professi fuerint castitatem*. Ex Concilio Arelatensi secundo an. 452. quod canone 2. decernit: *Assumi aliquem ad sacerdotium non posse in coniugij vinculo constitutum, nisi fuerit præmissa conuersio*. Et vt alia omittam ex Concilio Agathensi anno 506. quod habet canone 9. *Placuit etiam, vt si diacones aut presbyteri coniugati ad thorum vxorum suarum redire voluerint, Papæ Innocentij ordinatio, & Syricij Episcopi authoritas, quæ est his canonibus inserta, conseruetur*. Quibus ex verbis patet verum esse, quod testatus est Innocentius primus Syricij decretum non ad vnicam Hispaniæ regionem, sed ad prouincias commeasse, etiam ad Gallias ibique vsu fuisse receptum.

Canon. 22. Arausic.

Canon. 2. Conc. Arelat.

Canon 9. Agat.

Inter prouincias illas etiam numerari debere Africam, docet Syricius ipse in sua, quam ad Africæ Episcopos transmisit epistola, ibi enim inter nouem capita, quæ ab omnibus Catholicis Episcopis custodienda sunt, reperitur ordine nonum: Præterea, ,, quod dignum, & pudicum, & honestum est, suademus, vt sacerdotes & leuitæ cum vxoribus suis non coeant, quia in ministerio diuino quotidianis necessitatibus occupantur. Cumque id ex Scriptura & vlteriori ratione confirmasset, addit: *Qua de re hortor, moneo, rogo, tollatur hoc opprobrium, quod potest iure etiam gentilitas accusare*.

Syricius epist. 4.

ſare. Quæ non merum conſilium, ſed & præceptum ſonant, ad quod obſeruandum adeo hortatur Africanos, vt cum hanc epiſtolam 8. idus Ianuarij anno 386. datam recepiſſent, concilio habito idem communi conſenſu ſtatuerint, & anno 390. renouandum duxerint in ſecundo Concilio Carthaginenſi ſub Genethlio canone ſecundo

Canon 2. Concil. Carthaginenſis 2.

„ hiſce verbis: Cum in præterito Concilio de continentiæ, „ & caſtitatis moderamine tractaretur, gradus iſti tres, qui „ conſtrictione quadam caſtitati per conſecrationes annexi „ ſunt, Epiſcopus inquam, presbyter, diaconus tractatu pleniore, vt pudicitiam cuſtodiant, doceantur. Genethlius „ Epiſcopus dixit: vt ſuperius „ dictum eſt, decet ſacroſanctos „ Antiſtites, & Dei ſacerdotes, „ nec non & leuitas, vel qui ſacramentis diuinis inſeruiunt, „ continentes eſſe in omnibus: „ quo poſſint ſimpliciter, quod „ à Deo poſtulant impetrare: vt „ quod Apoſtoli docuerunt, & „ ipſa ſeruauit antiquitas, nos „ quoque cuſtodiamus, ab vniuerſis Epiſcopis dictum eſt, „ omnibus placet, vt Epiſcopi, „ presbyteri & diaconi, vel qui „ ſacramenta contrectant pudicitiæ cuſtodes, etiam ab vxoribus ſe abſtineant: vt in omnibus, & ab omnibus, pudicitia cuſtodiatur, qui altari de„ ſeruiunt. Non potuit manifeſtius Syricij interdictum probare Africana Eccleſia, quam hoc canone ſtatuendo, Epiſcopos, presbyteros, & diaconos ab vxoribus continere debere. Erat Africana Eccleſia Patriarchali Romanæ ſubdita, ideoque eius diſciplina amplexa fuit, teſtante Diuuo Auguſtino Hipponenſi in Africa Epiſcopo libro 2. de adulterinis coniugijs, capite vltimo, quod ijs, qui dimiſſis vxoribus alias ducere volebant, quia ſibi impoſſibilem eſſe continentiam allegabant, propoſuerit clericorum continentiam: *Solemus*, inquit, *eis proponere etiam continentiam clericorum, qui plerumque ad eamdem ſarcinam ſubeundam capiuntur inuiti, eamque ſuſceptam vſque ad debitum finem Domino adiuuante perducunt*. Et ſi quidam hoc non obſeruent, de ijs ſtatuit Eccleſia Africana in Concilio Carthaginen„ ſi 5. canone 3. Præterea cum „ de quorumdam clericorum, „ quamuis erga vxores proprias „ incontinentia referretur, placuit Epiſcopos, & presbyteros, & diaconos, ſecundum „ priora ſtatuta, etiam ab vxoribus continere: quod niſi fecerint, ab Eccleſiaſtico remo„ ueantur officio: Quo nihil clarius deſiderari poteſt.

Auguſtinus.

Canon 3. Carthaginenſis 5.

Verum priuſquam hoc caput finiam, notandum in tertio canone Concilij Carthaginenſis quinti loco *priora ſtatuta*, haberi apud Dionyſium exiguum & Creſconium, *propria ſtatuta*: & ſic

&

etiam legi in codice vulgo Africano, quem cum in græcum transtulerint Orientales, verterunt κατὰ τοὺς ἰδίους ὅρους *iuxta proprios terminos*. Vnde & Ioannes Zonaras, & Theodorus Balzamon, aliique Græci schismatici in grauem errorem inducti sunt, putantes Africanos statuisse, *vt à proprijs vxoribus omnino abstineant præsbyteri, diaconi, & subdiaconi tempore suæ vicis, scilicet quando tractant sacra*. Ita Balzamon ad canonem 28. Concilij, quod alij vocant Africanum, alij Carthaginense: & longe ante Balzamonem Patres Orientales, canone 13. Trullano, qui hinc Græcorum clericorum incontinentiam canonibus firmatam probant, quod &: Qui Carthagine conuenerunt, ministrorum grauitatis honestatisque curam gerentes, dixerunt, vt subdiaconi, qui sacra mysteria contrectant, & diaconi & præsbyteri κατὰ τοὺς ἰδίους ὅρους proprijs terminis à consortibus abstineant. Error planè notatu dignus, vtpote de quo Patres Carthaginensis Concilij nequidem somniarint, qui plenam ab vxoribus continentiam Episcopis, presbyteris, & diaconis iuxta priora statuta imposuerant. Continentiæ legem ab Apostolis quidem ortum ducere affirmabant, sed eam Africani à Romana Ecclesia tempore Syricij receperant, & quia Patriarchatus Romani erant, disciplinam illam statutis suis confirmarant, & ex hisce abundè patet, toto occidente receptam fuisse continentiæ legem, quam non Italia tantum sed & Hispania, & Gallia & Africa, & ipsa diœcesis Illyricana amplexæ fuerunt. Cum enim supra capite 3. ostenderimus ex Socrate historico, in Thessalia hanc consuetudinem fuisse, vt *clericus ibi promotus, si post clericatum dormierit cum vxore, quam ante clericatum legitimo matrimonio sibi copulauerat, abdicetur*. Mirari non debemus, inter ipsos Græcos idem seruatum fuisse in Macedonia & Achaia, cum tota Illyriciana diœcesis Patriarchatus Romani fuerit, & ad illam sicut ad alias occidentales Ecclesias Syricij decreta commearint. Id verò, qua veneratione receperint totius Illyrici Episcopi, vel ex vnica Anastasij Thessalonicensis Metropolitani epistola apparet, qui de ipsorum diaconorum continentia Leonem primum consuluerat, de qua quia multa notatu digna occurrunt capite sequenti agemus.

Canon 28. Concil. vulgò Africani.

Balsamon.

Canon 3. Trull.

Socrates.

CAPVT QVINTVM.

De Subdiaconis à tempore, quo continentia lege obstringi cœperunt, vsque ad Gregorium Magnum.

DE Subdiaconorum continentia egit inter alios eruditus Morinus, qui de sacris ordinationibus parte 3. dissertatione 12. capite 5. numero 2. docet :
Morinus. ,, Primis sæculis ad hanc digni-
,, tatem & coniuges eligebantur,
,, & virginibus electis vxores du-
,, cere fas erat. Deinde paula-
,, tim mos inualuit, vt ijs sicut
,, in diaconis coniugia prohibe-
,, rentur, nec coniuges elige-
,, rentur, nisi ab vxoribus con-
,, tinentiam pollicerentur. Va-
,, ria fuit prouinciarum praxis,
,, hæ citius, hæ tardius hanc
,, consuetudinem amplexæ. Et rectè quidem hoc vltimum addit Morinus, nam Ecclesiam Romanam, quam Apostolorum principes Petrus & Paulus suo sanguine consecrarunt, ab initio continentiam obseruasse, & ad Pauli consilium diaconos ab vxoribus Romæ abstinuisse, longe verissimum puto : cum namque fides ex vrbe Romana ad Africam peruenerit circa 20. secundi sæculi annum, Patres Africani disciplinam suæ Ecclesiæ ad normam Romanæ restaurantes, statuerunt canone 2. in Concilio Carthaginensi secundo iuxta correctionem
,, Lucæ Holstenij : Genethlius Canon 3. Carthag.
,, Episcopus dixit, vt superius
,, dictum est, decet sacrosanctos
,, antistites & Dei sacerdotes,
,, necnon & Leuitas, vel qui sa-
,, cramentis diuinis inseruiunt,
,, continentes esse in omnibus,
,, quo possint simpliciter, quod
,, à Deo postulant impetrare : vt
,, quod Apostoli docuerunt, &
,, ipsa seruauit antiquitas, nos
,, quoque custodiamus. Ab vni-
,, versis Episcopis dictum est :
,, omnibus placet, vt Episcopi,
,, Presbyteri, & Diaconi, vel
,, qui sacramenta contrectant,
,, pudicitiæ custodes, etiam ab
,, vxoribus se abstineant, vt in
,, omnibus & ab omnibus pudi-
,, citia custodiatur, qui altari
,, deseruiunt. Vbi notanda sunt, *vt quod Apostoli docuerunt, & ipsa seruauit antiquitas*, illis enim verbis innuunt, supradictos Clericos ex doctrina Apostolica in Romana Ecclesia, vbi Paulus docuit, & vnde Africa disciplinam cum fide accepit, obseruata, continentes fuisse.

Scio quidem obijci posse, tres tantum gradus à Patribus enumerari, Episcoporum, Presbyterorum, & Diaconorum, vnde Christia-

stia-

ſtianus Lupus concludit diſſertatione prima de Latini Cleri continentia, capite 3. licet Subdiaconos ad plenam continentiam ſemper compulerit Romana Eccleſia, Africanam tamen eos non obligaſſe, ſtatuente etiam Synodo Carthaginenſi quinta, canone 3.

Canon 3. Concilij Carthag. 5.

,, Placuit Epiſcopos & Presby-
,, teros, Diaconos, ſecundum
,, priora ſtatuta etiam ab vxori-
,, bus continere .... cæ-
,, teros autem Clericos ad hoc
,, non cogi, ſed ſecundum vni-
,, uſcuiuſque Eccleſiæ conſuetu-
,, dinem obſeruari. Verum iam dudum mentem noſtram expoſuimus de hiſce canonibus in ſcholio ad canonem 3. Concilij Carthaginenſis quinti, in opuſculo, quod de Eccleſia Africana edidimus. Notanda enim ſunt verba ex 2. canone Concilij Carthaginenſis ſecundi: *Vel qui ſacramentis diuinis inſeruiunt*. Et infra: *Vel qui ſacramenta contrectant*. Quibus vltra Diaconos etiam intelligi Subdiaconos, vel ex eo colligitur, quod Subdiaconi ſacramentis diuinis ad altare inſeruiebant, calicem & patenam contrectabant. Vnde & canon Concilij Carthaginenſis apud Diony-
,, ſium Exiguum: Cum de quo-
,, rumdam clericorum, quamuis
,, lectorum erga vxores conti-
,, nentia referretur, placuit, quod
,, & in diuerſis Concilijs firma-
,, tum eſt, vt ſubdiaconi, qui
,, ſacra myſteria contrectant, &
,, diaconi, & presbyteri, ſed
,, & Epiſcopi ſecundum propria
,, (lege priora) ſtatuta etiam ab
,, vxoribus ſe contineant. Vides Subdiaconos intelligi, per eos, *qui ſacra myſteria contrectant*; & ſecundum priora ſtatuta etiam illos in Africa ad continentiam fuiſſe obligatos: cæterum cum canon ille referatur in codice canonum, quo vtebatur Africana Eccleſia, teſte Dionyſio Exiguo, qui tempore Iuſtiniani Imperatoris floruit, & poſt eum hunc eumdem canonem ita retulerit Creſconius Epiſcopus titulo 109. in ſua collectione, quam pro Africana compoſuit, quis dubitare potuerit, quin Subdiaconi etiam continentiæ lege obſtricti fuerint tam in Africana, quam in Romana Eccleſia.

Tuetur Chriſtianus Lupus Romanorum & plurium in vicinis Eccleſijs Subdiaconorum caſtitatem eſſe ſancti Petri inſtitutum, dudum poſt ſancti Syluestri tempora extenſum ad Afros, Hiſpanos, Gallos, Siculos, Calabros, alioſque Latinos. Verum cum aliud de Africa oſtenderimus, videamus iam de Hiſpanis, qui in Concilio Illiberitano anno 303. ſtatuerunt canone 33. *Placuit in totum prohibere Epiſcopis, Presbyteris, Diaconibus, ac Subdiaconibus poſitis in miniſterio, abſtinere ſe à coniugibus ſuis, & non generare filios*. Habitum fuit hoc Concilium ante Syluestri Pontificatum ſub Marcellino Papa, cuius legatos huic Concilio ad- Canon 33. Illiberit.

fuiſſe, refert Concilium Sueſſionenſe ſecundum, actione quinta; Conc. Sueſſion. 2. actione 5. *Concilium Illiberitanum, quod actum eſt tempore Conſtantini cum miſſis Apoſtolicæ Sedis*. Vt veriſimile fiat, ſi ante hæc tempora aliquot clerici incontinentes eſſent in Hiſpania, id correctum fuerit ad inſtantiam legatorum Sedis Apoſtolicæ, qui à totius Hiſpaniæ Epiſcopis hunc canonem obtinuerunt, quo & ipſi ſubdiaconi continentiæ lege obſtringuntur. Non inquiram hic, an Subdiaconi Hiſpani legem hanc ſemper obſeruarint, cum conſtet ex reſcripto Syricij Papæ ad Himerium Tarraconenſem, ipſos Syricius. Presbyteros & Diaconos: *Poſt longa conſecrationis ſuæ tempora, tam de coniugibus proprijs, quam etiam de turpi coitu ſobolem procreaſſe*. Virus hoc per Hiſpaniam ſparſerat Vigilantius Eccleſiæ Barcionenſis clericus, contra quem Patres Hiſpani poſt Syricij decretum ſtatuerunt in primo Toletano Concilio canonem primum, quo præcipitur Diaconis & Presbyteris, vt ab vxoribus ſuis abſtineant, nulla mentione facta Subdiaconorum, quorum tamen meminit canone 4. Concil. Tolet. 1. *Subdiaconus autem defuncta vxore, ſi aliam duxerit, ab officio, in quo ordinatus fuerat, remoueatur*. Quo loquendi modo licet Concilium indicet, Subdiaconos tunc fuiſſe, qui vxores habebant, id tamen potius ex corruptela, quam regula proueniſſe oſtendat, vnde &

Concilium Toletanum ſecundum anno 531. ſtatuit canone 3. *Vt nullus clericorum à gradu Subdiaconatus, & ſupra, in conſortij familiaritate habeat mulierem*. Ibid. 2. can. 8. Et Concilium Oſcenſe ſub Reccardo Rege anno 598. canone 2. *Sollicitum etiam pro hac re vnumquemque noſtrum eſſe conuenit, vt curioſa indagine perquiramus, ſi Presbyteris & Diaconibus atque ſubdiaconibus & Clericis pudica & caſta ſit vita*. Conc. Oſcenſe can. 2. Et Concilium Toletanū 8. anno 643. actione 6. *Sextæ diſcuſſionis obiectu quorumdam male ſibi conſciorum patuit denotatum elogium.* Conc. Tolet. 8. act. 6. *Nam relatum eſt nobis, quoſdam Subdiaconos, poſtquam ad ſacri huius ordinis peruenerint gradum, non ſolum carnis immunditia ſordidari, cum ſcriptum ſit: mundamini, qui fertis vaſa Domini: ſed etiam, quod dictu quoque nefas eſt, nouis vxoribus copulari*. De quibus ſtatuit Concilium, quod omni penitus ſorde mulierum ac familiaritate remota Subdiacones inpoſterum ordinentur, vt ſi reliqua Hiſpaniæ Concilia continentiam illorum ob inueteratam conſuetudinem reſtaurare non potuerit, poſt hoc ſaltem Concilium in Hiſpania reſtaurata ſit, ſtatuente Synodo Toletana nona, canone 10. quoſlibet ab Epiſcopo vſque ad ſubdiaconum filios procreantes canonica cenſura ſubijciendos eſſe, proles autem parentum hæreditate excludendas.

Quo-

Quoad Galliam ſententia eſt Petri de Marca Pariſienſis Archiepiſcopi libro 2. de concordia ſacerdotij & Imperij, capite 17. Syricij & Innocentij decretis nouam legem pro Gallia natam, qua ſacerdotibus & diaconis vxorum vſum ita interdixerunt, vt contumaces à communione abſtinerent: Quam legem, inquit, Eccleſia Gallicana non ſtatim admiſit in eo capite, quo à communione pelluntur, ſed rem totam initio ita temperauit, vt officio ſuſpenſis communione conceſſa, ad altiora gradus aſcendendi ſpes adimeretur. Quod probatur canone 11. Concilij Turonenſis, habiti anno 461. Licet è Patribus noſtris è commiſſa authoritate id fuerit conſtitutum, vt quicumque ſacerdotes vel leuita filiorum procreationi operam dare fuiſſet conuictus à communione Dominica abſtineret, nos tamen huic diſtinctioni moderamen adhibentes, & iuſta conſtitutione mollientes, id decreuimus, vt ſacerdos vel leuita coniugali concupiſcentia inherens, vel à filiorum procreatione non deſinens ad altiorem gradum non aſcendat, neque ſacrificia Deo offerre, vel plebi miniſtrare præſumat. Et ex illo canone colligit Morinus de ordinat. parte 3. exercit. 12. cap. 5. cum diaconorum tantum & ſacerdotum mentionem faciat, Gallicanam Eccleſiam, quoad ſubdiaconos conſuetudini antiquæ inhæſiſſe, id eſt, ſubdiaconos continentiæ lege non obſtrixiſſe.

De Marca.

Conc. 1. Turonēſe canone 11.

Verum ſicut iam ante diximus de Africa, ita & dicendum videtur de Gallia, cum vtraque fidem, ritus, & diſciplinam ab Eccleſia Romana mutuarit. Quid ante Diocletianum Gallia obſeruauerit circa continentiam clericorum, haud conſtat, quandoquidem nulla hac de re extent antiquitatis monumenta. Celebratum anno 314. Arelatenſe Concilium primū nullam planè mentionem facit in ſuis canonibus de continentia Clericorum, quidquid contra omnium M. SS. fidem contrarium cenſeat Spelmannus, quod forſan clerici caſtè pièque vixerint, ſic vt vita ipſorum emendatorio canone non indiguerit. Verum vbi Vigilantius natione Gallus regionem illam hæreſeos ſuæ veneno corruperat, vnà cum errore incontinentiæ malum clerum inuaſit, nec ſubdiaconos tantum ſed & diaconos ac presbyteros adeo incontinentes effecit, vt rogatus à Victricio Rotomagenſi, & Exuperio Toloſano Innocentius primus, presbyteros & diaconos continenter viuere debere reſponderit, nulla planè mentione facta ſubdiaconorum, quod ipſos presbyteros, & diaconos difficilius à ſuis vxoribus dimouendos cognoſceret, prout & cognouit Concilium Turonenſe canone ſuperius relato.

Cæ-

Cæterum viuebat tempore illius Turonensis Concilij S. Lupus Tricassinus Episcopus, qui vnà cum Euphronio Augustodunensi in editis à Iacobo Sirmundo litteris scribit ad Talasium Andegauensem Episcopum: *Generationem vero filiorum ab his, quos coniugatos assumimus, melius esset, si fieri possit, arceri: quos melius est non assumi, quam debis postea sub diuersa sensuum varietate certari: cum melius sit omnes disceptationum causas excludi, vt qui non vult in Clericatu generari, non constituat in altario coniugatos. Hæc pro consuetudine Ecclesiarum nostrarum, quarum vna est regula, paginæ huius sermone texuimus. Si quid verò pro bonore Domini potest districtionis accersere, & si imitari non possumus pro Domini bonore laudabimus. Nam iam Ecclesiæ obsequijs aggregatos, ad secundas nuptias transire non patimur, quos, postquam assumpti fuerint, etiam à primis penitus arcemus, exorcistas dumtaxat & subdiaconos*. Extat integra epistola tomo primo Conciliorum Galliæ, & tomo 4. Conciliorum Labbei, & ex illa colligit varia Paschalius Quesnel in notis ad secundam Leonis primi epistolam; deducit etiam aliqua Christianus Lupus dissertatione prima proœmiali de latini Cleri continentia, capite tertio in hoc conuenientes, quod putent, Tricassinam & Augustodunensem Ecclesiam subdiaconis permisisse vsum nuptiarum, quos ante ordinationem contraxerant. Quid autem sit de hac opinione, certum existimo, quod neque Tricassina, neque Augustodunensis Ecclesia illo tempore coniugatos ad subdiaconatum promouerit: cum enim Lupus Tricassinus & Euphronius Augustodunensis dixissent, coniugatos melius arceri: *Vt, qui non vult in clericatu generari, non constituat in altario coniugatos*, immediatè subdunt, *hæc pro consuetudine Ecclesiarum nostrarum, quarum vna est regula*. Consueuerant ergo in duabus illis Ecclesijs coniugati arceri: & hoc est, quod optant sancti illi Episcopi vbique seruari, etiam in Andegauensi Ecclesia pro ratione addentes, quod illis melius esset, non assumere, *quam de his postea sub diuersa sensuum varietate certari*. Quibus verbis indicant, non defuisse tunc temporis in Gallia Episcopos, qui certabant pro subdiaconorum continentia.

Lupus Tricassinus.

Non ignoro quidem, Concilium Agathense anno 506. canone 9. & Aruernense anno 533. canone 13. nulla mentione subdiaconorum facta continentiæ legem pro presbyteris & diaconis confirmasse, & consequenter plerosque Episcopos Gallos illam non imposuisse subdiaconis suis, verum Concilium Veneticum anno 465. cui Perpetuus Turonensis, alijque Galliæ Episcopi interfue-

fuerunt, statuit canone vndecimo. Concil. Veneticum canone 11. ,, Presbyteri diaconi, atque subdiaconi, vel deinceps, quibus ducendi vxores licentia non est, alienarum nuptiarum euitent conuiuia, nec ijs cœtibus admisceantur, vbi amatoria cantantur & turpia, aut obsccœni motus corporum choris, & saltibus efferuntur, ne auditus & obtutus sacris mysterijs deputatus, turpium spectaculorum atque verborum contagio polluatur. Quæ eadem repetit Concilium Agathense anno 506. can. 39. vnde quęri potest, quomodo copula carnalis permissa fuerit diaconis, qui ab alienarum nuptiarum conuiuijs arcebantur? Rectius itaque Concilium Aurelianense 3. quod anno 538. celebratum est, statuit Conc. Aurel. 3. canone 2. ,, canone 2. Vt nullus clericorum à subdiacono & supra, qui vxores in proposito suo accipere inhibentur, propriæ si fortè iam habeat, misceatur vxori, quod si fecerit laica communione contentus, iuxta priorum canonum statuta ab officio deponatur. Priorum canonum statuta laudat canon Aurelianensis, quæ dum pœnam pro diaconis & sacerdotibus incontinentibus statuerant, eamdem etiam ad subdiaconos extendendam ducebat: Romanam namque disciplinam sibi pro norma præponentes Patres Gallicani, viderunt, quam turpe & indecens esset, illos, qui carnali desiderio tenebantur, post copulam cum vxoribus sacris altaribus minstrare, ideoque non solum continentiam subdiaconis imponunt, sed & pœnam contra præuaricantes statuunt, non sic tamen, quin magnæ obinde subdiaconorum quærelæ apud Aurelianensem Synodum interpositæ fuerint, vnde & illa anno 541. canone 17. legem continentiæ iterum pro solis sacerdotibus & diaconis renouauit.

Quinta Aurelianensis Synodus anno 549. quædam statuit, vnde dubium exurgit, num rursus subdiaconos continentię lege obstringere voluerit: *Si quis clericus*, Conc. 5. Aurel. canone 4. inquit canon. 4. *post acceptam benedictionem cuiuslibet loci vel ordinis, ad coniugalem thorum iam sibi illicitum denuo redire præsumpserit, vsque in diem vitæ ab honore accepti ordinis, &c, sicut habent antiquorum Patrum canones, ab officio deponatur, ei tantummodo communione concessa*. Sic de clericis Synodus Aurelianensis non exprimens, quosnam intelligat. Breuiarium tamen istius in Concilio Aruernensi eodem anno 549. habet: *Ministri* Aruern. Conc. *altaris, si ad coniugalem thorum denuo iam sibi illicitum redire præsumpserint, vsque in vltimum vitæ deponantur, communione tantum concessa*. Vnde colligi videtur, canonem quartum Aurelianensis quinti per clericos intellexisse sacerdotes, diaconos & subdiaconos, qui in sacris ordinibus

bus

bus constituti proximè altari ministrabant. Enim vero legem continentiæ iterum subdiaconis in Gallia impositam fuisse, docet Synodus Turonensis secunda anno 567. quæ canonem 19. incipit ab hisce verbis: *Archipresbyteri, & diaconi, & subdiaconi, non quidem omnes, sed plures in hac suspicione tenentur à populo, quod cum coniugibus suis maneant*. Statuit pro ijs, vt segregatim solitarij in cella iaceant, orent, & dormiant: *Nam*, inquit, *si inuentus fuerit presbyter cum sua presbytera, aut diaconus cum sua diaconissa, aut subdiaconus cum sua subdiaconissa annum integrum excommunicatus habeatur, & depositus ab omni officio clericali inter laicos se obseruare cognoscat*. Et post hoc Concilium, Antisiodorense anno 578. canone 21. *Non licet presbytero post acceptam benedictionem in vno lecto cum presbytera sua dormire, nec in peccato carnali misceri, nec diacono nec subdiacono*. Cui non repugnat Concilium Lugdunense 3. quod anno 583. statuit canone primo: *Placuit etiam, vt si quicumque vxoribus iuncti ad diaconatus aut presbyteratus ordinem quoquo modo peruenerint, non solum lecto, sed etiam frequentatione quotidiana debeant de vxoribus suis sequestrari*. Licet enim ibi nulla mentio fiat subdiaconorum, ad summum inde sequeretur, subdiaconis licuisse vxores suas in eadem domo habere vt sorores. Verum sufficiant de Gallia.

Synodus Turonen. 2. can. 19.

Conc. Antisiod. can. 21.

Syn Lugdun. 3.

De Illyrico Patriarchatus Romani diœcesi Ecclesiastica quæri potest, num etiam subdiaconi Græci ab vxoribus abstinerent. Leo Magnus epistola 82. ad Anastasium Thessalonicensem scribit: ,, cum extra clericorum ordinem ,, constitutis, nuptiarum societati & procreationi filiorum ,, studere, sit liberum arbitrium, ,, ad exibendam tamen perfectæ ,, continentiæ puritatem, nec ,, subdiaconis quidem connubium carnale conceditur: vt, ,, & qui habent, sint tamquam ,, non habentes, & qui non habent permaneant singulares. ,, Quod si in hoc ordine, qui ,, quartus à capite est, dignum ,, est custodiri: quanto magis in ,, primo aut secundo vel tertio ,, seruandum est. Notat ad illam epistolam, quam refert ordine 12. Pasquasius Quesnel. hanc disciplinam non leues pati difficultates, additque pro continentiæ præcepto adferri subdiaconorum exemplum, ex quo argumentum à minori ad maius elicitur pro asserenda lege continentiæ superioribus gradibus indicta, cum tamen Gregorij magni tempore, qui centum & quinquaginta annis post Leonem viuebat, nondum lex illa plenè obtinuisset. Verum mitius de hoc Leonis primi responso sentit Morinus: *Videtur potius*, inquit, *sanctus Leo con-*

Leo M. epist. 8.

Morinus.

consuetudinem approbare, quam decreto aliquo instituere. Interrogatus sanctissimus ille Pontifex de continentia sacerdotum & diaconorum, respondet secundum Romanæ Ecclesię consuetudinem, quæ ab initio ipsis subdiaconis continentiam imposuerat, vnde & colligit, sacerdotes & diaconos ad continentiam teneri.

Nec dicam hic, subdiaconos in Græcia continenter vixisse, vt enim supra indicauimus, Sicilia, quæ tamquam pars magnæ Græciæ habebatur, sub ipsius Gregorij Magni Pontificatu subdiaconos suos primum continentiæ lege obstrictos habuit. Gregorius Magnus libro 1. registr. epist. 42.

D.Greg.

,, Ante triennium, inquit, subdiaconi omnium Ecclesiarum ,, Siciliæ prohibiti fuerant, vt ,, more Romanæ Ecclesiæ nullatenus suis vxoribus miscerentur, quod mihi durum atque ,, incompetens videtur, vt qui ,, vsum eiusdem continentię non ,, inuenit, neque castitatem ante promisit, compellatur à ,, sua vxore separari. Quo loquendi modo D. Gregorius indicat, ante triennium legem continentiæ subdiaconis Siculis primum fuisse impositam, quod idem scribit libro 3. epistola 34. ad Leonem Episcopum Catanensem: Multorum relatione ,, comperimus, hanc apud vos ,, olim consuetudinem tenuisse, ,, vt subdiaconi suis licite misceerentur coniugibus. Quod ,, ne denuo quisquam præsumeret, à seruo Dei nostræ Sedis ,, diacono, ex authoritate nostri decessoris est isto modo ,, prohibitum, vt qui iam vxoribus fuerant copulati, vnum ,, ex duobus eligerent, id est, ,, aut à suis vxoribus abstinerent, ,, aut certè nulla ratione ministrare præsumerent. Decessor, cuius meminit Gregorius, est Pelagius primus, post quem hoc renouasse ipsum Gregorium, patet ex ijs, quæ in epistola subsequuntur: De cætero vero tua fraternitas sit omnino sollicita, vt ,, quos ad hoc iam officium contigerit promoueri, hoc quam ,, maximè diligenter inspiciat, ,, ne si vxores habent, miscendi ,, se cum eis licentia potiantur, ,, sed ad similitudinem Sedis Apostolicæ eos cuncta obseruare ,, constituat.

Quod de Siculis, hoc etiam de Calabris suo tempore statuit Gregorius Magnus, qui libro tertio epist. 5. scribit ad Bonifacium Calabrensem Episcopum: *Subdiaconis tuis hoc, quod de siculis statuimus, decernimus obseruari, nec illam definitionem nostram cuiuspiam sinas contumacia aut temeritate corrumpi*. Idem interrogatus ab Augustino monacho respondit de Anglia: *Si qui vero sunt clerici extra sacros ordines constituti, qui si continere non possunt, sortiri vxores debeant*. Per clericos extra sacros ordines constitutos intelligit S.

Gregorius Ostiarios, Exorcistas, Lectores & Acolytos, per maioris ordinis Clerum, qui & sacer dicitur, intelligit omnes à Subdiaconis vsque ad presbyteros inclusiue, vt laudata supra responsione Subdiaconi continentiæ lege obstricti declarentur, & consequenter etiam diaconi & presbyteri, de quibus licet nullum dubium post tempora Gregorij moueri possit, quia tamen lutherani obijciunt, continentiam ante pauca sæcula, primum sacerdotibus Germanis fuisse impositam, finiamus hanc dissertationem cum disquisitione de continentia Germanici Cleri, de qua huc vsque non egimus.

CAPVT SEXTVM.

De continentia Cleri Germani à tempore Gregorij Magni.

Extat apud Centuriatores Magdeburgenses centuria 9. historia, quam sanctus Vdalricus Augustanus Episcopus ad Nicolaum Primum retulisset hisce fermè verbis: Beatus Gregorius suo quodam decreto vxores sacerdotibus ademit. Deinde cum paulo post iussisset ex piscina sua pisces aliquot capi, piscatores infantium suffocatorum capita ad sex millia piscium loco extraxerunt, quam cædem infantium cum intelligeret sanctus Pontifex ex occultis fornicationibus, vel adulterijs sacerdotum natam, continuò reuocauit decretum, & peccatum suum dignis pœnitentiæ fructibus purgauit. Verum mirari satis non possum, quam futilibus argumentis, & fabulosis historijs errorem suum tueri conentur hæretici. Epistola adfertur tamquam sancti Vdelrici Episcopi ad Nicolaum Papam, cum Nicolaus primus 57. annis mortuus fuerit antequam Vdalricus creatus sit Episcopus. Obijt Nicolaus I. an. 867. Vdalricus creatus est Episcopus Augustanus anno 924. post quæ tempora Nicolaus II. Pontificatum adeptus est anno 1059. vt si epistola ab Vdalrico Episcopo scripta dicatur ad vnum ex his duobus Pontificibus, scriptam fuisse oportuerit, vel ad Pontificem, qui dudum obierat, vel ad Papam, qui nondum viuebat. Nec minus fabulosum est, quod epistola illa narrat de Gregorio Magno, cuius decreti vel historiolæ nulla mentio fit, neque in eius operibus, neque in eiusdem Pontificis vita à Ioanne Diacono conscripta. Quin potius D. Gregorij ætatem legem continentiæ à Clero in sacris constituto obser-

Centuriatores Magdeburg.

ſeruatam fuiſſe conſtat, ex tot Concilijs & canonibus ſupra relatis: quin etiam ex ipſis ſubdiaconis, qui continenter viuebant exceptis Siculis, quos Pelagius ipſius Gregorij anteceſſor ad continentiam obſeruandam adegit. Scio quidem, D. Gregorium ad querelas ſubdiaconorum Pelagij decretum mitigaſſe, ſed & ex hoc fabulam ortum ducere exiſtimo, vtpote in qua refertur Pontifex reuocaſſe decretum, id quod reſpicit iam dicta, cui impoſtor rationem addidit tam ineptam & commentitiam, vt nonniſi oculis quis indigeat, vt errorem refellat. Dicitur Pontifex iuſſiſſe, ex piſcina ſua piſces aliquot capi, & piſcatores infantium ſuffocatorum capita ad ſex millia piſcium loco extraxiſſe. At quæſo vbinam erat illa piſcina? Si piſcina illa Pontificia erat, vt indicat fabulator: eam Romæ fuiſſe oportuit. Et cum non Romanis, ſed ſubdiaconis Siculis noua continentiæ lex impoſita fuerit, Siculorum ſubdiaconorum infantes occiſos fuiſſe oportuit, occiſorumque capita ad ſexcenta millia Romam delata, & in piſcinam Pontificiam nemine conſcio coniecta, vt piſcatores illa omnia vnico, ſi velis, iactu retis extraherent. Hac fabula, qua vti & alijs, miſeri nouatores populos ſuos ſeducunt.

Gregorius Magnus ſolis ſubdiaconis Magnæ Græciæ partem inhabitantibus legem continentiæ impoſuit, cæteris ſubdiaconis, vti & omnibus ſacerdotibus ac diaconis occidentalibus impoſitam ante ſua tempora continentiæ legem confirmauit. Confirmarunt & Diui Gregorij ſucceſſores, qui tranſgreſſores quoque puniendos duxerunt, vt conſtat ex epiſtola Martini Papæ primi, ad ſanctum Amandum Traiectenſem Epiſcopum, quæ extat ad finem Concilij Lateranenſis anno 649. Romæ habiti. Creatus fuit Amandus ſub Dagoberto Rege Traiectenſis Epiſcopus, & in eius vita habet Harigerus Abbas Lobienſis: quod per triennium vicos & caſtra circumiens verbum vitę annunciarit, ſed nihil profecerit: *Quin potius ſacerdotes & diaconos inſultare ſibi perpendens, dimiſſis eis ad alia ſe loca tranſmiſit.* Harigerus. Rationem inſultationis ſacerdotum & diaconorum expoſuerat ipſe Amandus in epiſtola ad Martinum primum, qui in ſua reſponſoria ſcribit: *Suggeſtum eſt namque nobis, eo quod presbyteri, ſeu diaconi, alijque ſacerdotalis officij, poſt ſuas ordinationes in lapſu coinquinantur: & propterea nimio mœrore fraternitatem tuam adſtringi, velleque paſtorale obſequium pro eorum inobedientia deponere, & vacationem ab Epiſcopatus laboribus eligere, & in ſilentio atque otio vitam degere.* Martinus I. Conatur id ipſum Pontifex diſſuadere, & addit: *Qui ſemel poſt ſuam ordinationem in lapſum ceciderit, deinceps iam depoſitus erit, nullumque*

que gradum sacerdotij poterit adipisci.

Deprauatam sub Regibus Merouingijs Ecclesiæ disciplinam restaurare conatus est Zacharias Papa, qui anno 741. pontificatum inijt, & Bonifacium ea de re ad Galliam Germaniamque direxerat: habebat tunc Germania non diaconos tantum sed & sacerdotes ac Episcopos, de quibus Zacharias ad cunctum Galliæ Clerum: *Habuistis peccatis facientibus nunc vsque falsos & erroneos sacerdotes.* Et addit: *Si mundos & castos ab omni fornicatione & homicidio liberos habueritis sacerdotes, vt sacri præcipiunt canones, & nostra vice prædicat præfatus Bonifacius frater noster, & ei in manibus obedientes extiteritis, nulla gens ante vestrum conspectum poterit stare.* Et id omninò agnouit in primo Germanico Concilio, quod sub Carolo Manno Duce Francorum, anno 742. habitum fuit Ratisbonæ vel Augustæ Vindelicorum, vbi præfatur de Bonifacio, Burchardo, alijsque Episcopis ibidem præsentibus: Vt mihi consilium dedissent quomodo lex Dei, & Ecclesiastica religio recuperetur, quæ in diebus præteritorum principum dissipata corruit: & qualiter populus Christianus ad salutem peruenire possit, & per falsos sacerdotes deceptus non pereat. Rara & pauca admodum habemus Germaniæ Concilia, ante hoc sub Carolomanno habitum; quod & ideo primum Germanicum vocatur: cæterum agnouit ex Bonifacij, Burchardi aliorumque instructionibus, omnia mala prouenisse ex dissoluta clericorum vita, ideoque ne populus Christianus periret, probat canonem primum, quo Concilium illud statuit: *Falsos vero presbyteros, vel fornicatores diaconos & clericos de pecunijs Ecclesiarum abstulimus, & degradauimus, & ad pœnitentiam coegimus.*

Zacharias. Carolomannus. Canon 1. Concil. German. 1.

Præter censuras & pœnam, alio freno ad cohibendam dissoluti Cleri lasciuiam vsus erat sanctus Rigobertus Remensis Episcopus, de quo Flodoardus in historia Remensis Ecclesiæ libro 2. capite 11. *Canonicam clericis religionem restituit, ac sufficientia victualia constituit, & prædia quædam illis contulit, necnon ærarium commune vsibus eorum instituit.* Etiam in Ecclesia Remensi fuisse commune dormitorium ac refectorium, testis est Stephanus Episcopus Tornacensis epistola 160. ad Decanum Remensem: *Ex reliquijs regularium institutionum, duo sibi loca detinuerant, cœnaculum refectionis, & domum somni, in altero castigatam sequentes abstinentiam, in altero candidatam continentiam obseruantes.* Loquitur de Remensis Ecclesiæ canonicis, quia iam dudum ad communem in claustro vitam coacti fuerant, quod idem Synodo Vernensi proba-

Flodoardus. Syn. Vernensis.

ba-

batum est anno 755. vt hoc modo Cleri continentia restauraretur. Habet enim canone 11. *De illis hominibus, qui dicunt, quod se propter Deum tonsurassent, & modo res eorum vel pecunias habent, & nec sub manu Episcopi sunt, nec in monasterio regulariter viuunt, placuit, vt in monasterio sint sub ordine regulari, aut sub manu Episcopi sub ordine canonico. Et si aliter fecerint, & correpti ab Episcopo suo se emendare noluerint, excommunicentur.* Iubet Clerum viuere sub manu Episcopi, vtique in claustro ad communem sub Episcopi oculis vitam cogens clericos, quam viuendi rationem etiam probauit Carolus Magnus, de quo ad annum 802. Chronicon vetus Moissiacensis cœnobij editum per Du Chesne tomo 3. Scriptorum Franciæ, quod in Synodo Aquensi: Iussio generaliter super omnes Episcopos, Abbates, Presbyteros, Diaconos, seu vniuersos Cleros facta sit ...... vt Canonici iuxta canones viuerent, & quidquid in Clero aut in populo de culpis, aut de negligentijs apparuerit, iuxta canonum authoritatem emendarent. Habemus iam ex veteri codice Longo bardico capitularia Caroli Magni anni 802. per Balusium edita, & capite 22. ,, Canonici autem pleniter vitam ,, obseruent canonicam, & in ,, domo Episcopali, vel etiam ,, in monasterio cum omni diligentia secundum canonicam disciplinam erudiantur. Nequaquam foris vagari sinantur, sed sub omni custodia viuant. Quibus supponit, canonicos iam in claustro vixisse sub custodia, quale claustrum Lugduni ædificatum fuisse istis temporibus, docet in relatione ad Carolum Magnum Ledrardus Lugdunensis Episcopus: *Claustrum quoque clericorum construxi, in quo omnes nunc sub vno conclaui manere noscuntur.* Simile claustrum in Metensi Ecclesia ædificari iussit Chrodogangus, & similia tunc plerisque in locis constructa fuisse, ostendunt vestigia eorum etiamnum extantia. Et hoc modo seruata à clericis continentia Ecclesiam pristino suo splendori restitutam fuisse, pluribus conatur ostendere Christianus Lupus in erudita sua de Latini Cleri continentia dissertatione proemiali, capite 5. qui nonnulla addit, capite sexto de incontinentiæ malo per omnem Europam resuscitato.

Chron. Moissiac. — Capitula Caroli M. — Ledradus Lugdun.

Enimuero, inquit vir eruditus, post ademptum Carolino sanguini Occidentali Imperium Romana Ecclesia à Stephano Septimo, ac Sergio Tertio intrusis Pontificibus passa est barbarum, ac sempiterno silentio dignum in Formosi Pontificis defuncti personam & acta scandalum, atque ita percusso pastore dispersæ sunt oues, vnaque cuncta Latinæ Ecclesiæ disci-

pli-

plina. Ad primum Stephani Septimi Pontificatus annum deplorat Baronius infelicissima Ecclesiæ Romanæ tempora, atque omnium luctuosissima: & ad annum 900. qui est quartus Stephani Septimi sæculum, subsecutum asserit, quod sui asperitate ac boni sterilitate ferreum, malique exundantis deformitate plumbeum, atque inopia scriptorum appellari consueuit obscurum. Vt autem omittam cætera sanguineis lacrymis deploranda mala, vnum de incontinentia clericorum protulisse suffecerit ex Ioanne Monacho in vita sancti Petri Damiani:

Ioannes Monachus.

,, Canonici relictis olim cunctis
,, canonicis institutis, & à communis vitæ ordine prorsus recesserant, & in singulis laribus
,, vnà cum mulieribus seculariter degebant. Fœditas eatenus se impudenter effuderat,
,, vt nuptiæ presbyterorum nihil
,, discrepare viderentur ab ambitione secularium.

Non occultæ dumtaxat fornicationes, sed & publicæ sub matrimonij titulo erant sæculo 10. & 11. per occidentalem Ecclesiam notæ, vnde ad KumbertumTaurinensem Episcopum scribit libro 4. epist. 4. Diuus Petrus Damianus:

Petrus Damia.

Permittis vt Ecclesiæ tuæ clerici, cuiuscumque sint ordinis, velut iure matrimonij confœderentur vxoribus. Etiam de Gallicano præsbytero scribit opusculo 18. capite 6. *Confœderat sibi quasi tabularum lege prostibulum, amicorum atque confinium congregat nuptiali more conuentum*. Et Iuo Carnotensis epistola ad Gualonem Parisiensem Episcopum:

Iuo Carnotensis.

De canonico Ecclesiæ vestræ, qui contra prohibitionem vestram matrimoniales tabulas sibi composuit. Neque presbyteros tantum, sed & inter Episcopos fuisse tanto malo obnoxios, indicat Gregorius septimus libro 1. epistola 10. ad Vdonem Treuirensem de Episcopo Tullensi, vtpote qui accusatus erat, quod

Gregorius VII.

cum muliere quadam in publica fornicatione iaceret, de qua filium genuisset, quamque rumor esset sacramento & desponsatione laicorum more sibi copulasse. Quin imo libro 1. epistola 77. ad Beatricem & eius filiam Mathildem testatur idem Pontifex, inter omnes Teutonicæ terræ Episcopos multos *carnali scelere* fuisse fœdatos, quin etiam eo vsque malum peruenisse deplorat Iuo Carnotensis, vt ad Daimbertum Senonensem suum Metropolitam expostulare coactus fuerit de quodam istius Ecclesiæ Prælato:

Iuo Carnotensis.

Quod publicè sibi duo scorta copulauerat, & tertiam pellicem, cui tabulas matrimoniales facere, iam sibi præparabat. Tanto Ecclesiæ scandalo occurrisse reperio summum Ecclesiæ Pontificem Benedictum octauum, qui in Synodo Ticinensi circa primordia vndecimi sæculi præfatur, tantum malum ex transgressione canonum Ecclesiam inuasisse:

Benedictus VIII

Quamdiu, inquit,

pro-

propitio Deo Patrum nostrorum regulis & Synodalibus obediuimus informatis: florente Ecclesia floruimus, in vita propositi non deuiauimus. Sed dum Deo irato à magistrorum via recessimus discipuli facti erroris, pecualiter errauimus. Addit deplorandum ex incontinentia clericorum Ecclesiæ statum: *Ipsi quoque clerici cum sint ab omni muliere legibus exclusi, ex liberis mulieribus filios procreant ..... ampla itaque prædia ampla patrimonia, & quæcumque bona possunt, de bonis Ecclesiæ, neque enim aliunde habent, infames patres, infamibus filijs acquirunt.* Et hoc modo Ecclesiam, olim ditissimam, deplorat in curia & malignitate præsidentium, ac incorrecto ausu clericorum pauperrimam suis temporibus esse effectam. Plura adiungit sanctus ille Pontifex, quibus probat, clericos vsque ad subdiaconos iam dudum continentiæ lege fuisse obstrictos; idque vt nouo decreto confirmaret, statuit canone primo: *Nullus presbyter, nullus diaconus, nullus subdiaconus, nullus in clero vxorem aut concubinam admittat ...... quod si fecerit secundum Ecclesiasticam regulam deponatur. Sed neque secundum humanas leges ex longo factas & receptas vllius administrationis locum in plebe habeat.* Et canone secundo statuit, Episcopum nequidem cum aliqua fœmina habitare posse, quæ cum alijs de

Canon. 1. Synodi Tycinensis.

clericorum pueris misit ad Henricum secundum Imperatorem, cuius lege firmari rogauit, & omninò obtinuit. Enimuerò postquam Imperator gratias Pontifici egisset, quod *à clericorum incontinentia, vnde omne malum velut ab Aquilone super terram emersit, correctionis vigilanter fecisset principium.* Edicit: *Nullus in omni gradu Ecclesiæ, vxorem vel concubinam habere præsumat, nec in vna domo cum muliere audeat habitare. Quod si fecerit, seruata Iustiniani Augusti æquitate, curiæ ciuitatis tradatur, cuius est clericus. Iure etenim manebit miser in curia, quem Ecclesiæ regula depositum eiecit ab Ecclesia.* Et hoc decretum in Concilijs fuisse firmatum, patet ex Concilio Bituricensi anno 1031. quod statuit canone quinto: *Vt presbyteri, & diacones, & subdiaconi, sicut lex canonum præcipit, neque vxores, neque concubinas habeant.* Et canone quinto: *Vt qui subdiaconus ordinatur, promittat se vxorem vel concubinam non habiturum.*

Henricus II. Imp.

Concil. Bituricense.

Benedicti octaui zelum adiuuare cœpit sanctus Petrus Damiani sæculo vndecimo diuinitus ad disciplinæ Ecclesiasticæ restaurationem datus, libro primo, namque epistola prima hortatur Gregorium sextum, qui anno 1044. Pontificatum inierat, vt præsidente eius prudentia *Ecclesiastica refloreat disciplina.* Epistola tertia

D. Petrus Damiani.

tia scribit ad Clementem secundum, qui nonnisi aliquot mensibus sedit, & cum malis quibusdam Episcopis mitius egerat: *Sperabamus, quod tu es redempturus Israel*. Ad Damasum secundum Pontificem, quia tantum 22. diebus sedit, nulla extat epistola Petri Damiani, qui tamen ad Damasi successorem Leonem nonum vnà cum epistola transmisit librum Gomorrhianum inter eius opuscula ordine septimum, quo quidem quatuor genera peccatorum contra naturam suo tempore latè serpentia arguit, Pontificis tamen animum ad cohibendam clericorum lasciuiam incitauit, vnde & cum Concilio Remensi anno 1049. statuisse refert magnum Belgij chronicon folio

Conc. Remense; apud M. Belgij Chronicon.

113. *Presbyteri vxorati persuasione sancti Vgonis à Catholicorum congregatione, & Ecclesijs eliminati sunt*. Et cum Concilio Moguntino eodem anno 1049. id, quod refert Adamus Bremen-

Adamus Brem.

sis libro 3. capite 31. *Nefanda sacerdotum coniugia holographya Synodi manu perpetuò damnata sunt*. Et in Concilio Romano anno 1051 id quod refert sanctus

D.Petrus Damia.

Petrus Damiani opusculo 18. *In plenaria planè Synodo sanctæ memoriæ LeoPapa constituit, vt quæcumque damnabiles fœminæ intra Romana mœnia reperirentur presbyteris prostitutæ, ex tunc & deinceps Lateranensi Palatio adiudicarentur ancillæ*. Sub Victore secundo Leonis noni successore Concilium Tolosanum anno

Conc. Tolosanum.

„ 1056. Placuit quoque presbyteros, diaconos, & reliquos clericos, qui Ecclesiasticos tenuerint honores, abstinere omnimodis ab vxoribus, vel reliquis mulieribus. Quod si non fecerint honore simul & officio priuentur, & à proprijs Episcopis excommunicentur. Et ipsius Victoris secundi successor Stephanus nonus, de quo Petrus Damiani opuscu-

D.Petrus Damiani.

„ lo 18. Papa Stephanus, qui zeli Phinees emulabatur ardorem, omnes clericos Romæ, qui post interdictum Papę Leonis incontinentes extiterant, de conuentu Clericorum, & choro Ecclesiæ præcepit exire.

Sub hoc eodem Stephano nono Petrus Damiani S. R. E. Cardinalis & Episcopus Ostiensis creatus, non remisit, sed auxit pro restituenda Ecclesiæ disciplina zelum, vnde & permotus Nicolaus secundus Stephanum in Pontificatu subsecutus anno Domini 1059. in Synodo Romana statuit.

Nicol.II. in Syno. Romana.

„ Quicumque sacerdotum, Diaconorum, & subdiaconorum post constitutum Beatæ memoriæ prędecessoris nostri sanctissimi Leonis Papæ de castitate clericorum, concubinam palam duxit, vel ductam non reliquit, ex parte omnipotentis Dei authoritate beatorum Apostolorum Petri & Pauli, præcipimus & omnino contradici-

,, dicimus, vt missam non cantent, neque Euangelium pronuntient, neque epistolam ad missam legant. Addit plura, in ea, quam hac de re scripsit ad Galliæ antistites epistola, neque his contentus, ipsum Petrum Damiani Mediolanum misit, vt geminas hæreses symoniacam vnam, Nicolaitarum seu libidinosorum clericorum alteram, quibus Ecclesia illa infecta erat, debellaret. Quid ibi tunc peregerit, narrat Ioannes Monachus in eius vita, capite 16. & ipse Petrus Damiani opusculo 5. vbi omnia tunc Mediolani acta describit: opusculum æterna memoria dignum, quo tanti pro clericorum continentia defensoris zelus demonstratur, & victoria de incontinente Clero egregiè describitur. Habet libro 5. epistola 16. *Mediolanensis ciuitas in seditionem versa repentinum nostrum minabatur interitum.* Idque fusius narrat laudato quinto opusculo, addens, qualiter tumultuantis Cleri insaniam rationibus, & Diui Ambrosij Mediolanensis Episcopi ac Syricij Papæ statutis conuicerit, seditionem sedarit, & Archiepiscopum, ac Clerum ad anathematizandam Nicolaitarum hæresim compulerit.

D. Petrus Damian.

Putat Christianus Lupus Petrum Damiani ab Alexandro secundo Mediolanum ablegatum fuisse, sed humani quid passus esse, videtur vir eruditus: tam enim Ioannes Monachus in vita, quam ipse Petrus Damiani opusculo 5. expresse fatentur, legationem hanc impositam fuisse à Nicolao secundo. Potuit hoc putasse Christianus Lupus ex constitutione, quam legati Sedis Apostolicæ anno 1067. ab Alexandro Papa secundo transmissi Mediolanensibus obseruandum præscripserunt, vbi reuera continetur canon à Christiano Lupo laudatus: *Presbyter, Diaconus, ac Subdiaconus fœminam ad fornicandum palam retinens, donec in culpa manserit, nec officium faciat, nec Ecclesiæ beneficium habeat.* Verum hunc canonem cum multis alijs huc spectantibus non proposuit Mediolanensibus Petrus Damiani tamquam Alexandri secundi legatus, sed duo alij legati Mainardus Syluæ candidæ Episcopus, & Ioannes Cardinalis, quorum legatio distincta est ab illa, quam suscepit sub Nicolao secundo sanctus Petrus Damiani, cum author scribat in vita Alexandri secundi: *Hæresim Nicolaitarum, qui Clericorum incontinentium coniugia pertinaciter defendebant per Damianum confutauit, & eradicauit.*

Canon ab Alexandro II. transmissus.

Auctor vitæ Alex. II.

Inscripserat vir sanctus quintum opusculum *de actis Mediolanensibus* Hildebrando tunc S. R. E. Card. Archidiacono, qui Pontificatum adeptus est, anno 1073. & Gregorius septimus vocatus. Vix autem Pontifex creatus fuit, quin primo suo Concilio Romano statuit id, quod Lam-

bertus Schafnaburgensis tradit ad annum 1074. Hildebrandus Papa cum Episcopis Italiæ iam frequentibus Synodis decreuerat, vt secundum instituta antiquorum canonum presbyteri vxores non habeant; habentes aut dimittant, aut deponantur, nec quisquam omnino ad sacerdotium admittatur, qui non in perpetuum continentiam, vitamque cœlibem profiteatur. Hoc decreto per totam Italiam promulgato, crebras epistolas ad Episcopos Galliarum transmittebat, præcipiens, vt ipsi quoque in suis Ecclesijs similiter facerent, atque à contubernio sacerdotum omnes omnino fœminas perpetuo anathemate resecarent. Marianus Scotus eodẽ an. 1074. testatur, Gregorium Papam interdixisse non solis presbyteris, sed etiam *Diaconibus, omnibusque clericis vxores habere, & omnino cum fœminis habitare, nisi cũ eis, quas regula vel Nicena Synodus concessit*. Et addit non in Galliam solum, vbi regnabat tunc Philippus primus Galliæ Rex, sed & in Germaniam, vbi imperabat Henricus quartus, legatos cum decreto Synodico transmissos: *Vnde & de prædicta Synodo legati Papæ missi ad Henricum Regem Romanorum, id est duo Episcopi, cum Regina eiusdem Regis matre, & vniuersali Synodo, coram Rege, communi omnium Episcoporum interdictu, fœminas separarunt à clericis, & maximè à presbyteris*. Quodnam hoc fuerit habitum coram Imperatore Concilium, fateor me ignorare: duo in Germania habita fuisse, testis est Lambertus Schafnaburgensis, quorum vnum asserit celebratum in Erfordiamensi Octobri anno 1074. secundum Moguntinæ anno 1075. vtrumque sub Sigifrido Moguntino Archiepiscopo. In priori asserit actum fuisse à Sigifrido, vt clerici *relegata omni tergiuersatione impresentiarum aut coniugium abiurarent, aut sacri altaris ministerio se abdicarent*. Clericos vero egressos tamquam ad consultandum, consilium iniisse, vt ad Synodum non redirent, quin imo nonnullos confusis vocibus calamitasse: *Melius sibi videri vt in Synodum regressi ipsum Episcopum, priusquam execrabilem aduersus eos sententiam promulgaret, cathedra Episcopali deturbarent, & merita morte mulctarent*. Nec felicius successit, dum clericos ad continentiam adstringere voluit in Synodo Moguntina: *Hoc enim cum facere vellet*, (inquit Lambertus Schafnaburgensis, qui tunc viuebat) *exurgentes, qui vndique assidebant, clerici, ita eum verbis confundebant, ita manibus & totius corporis gestu, in eum debacchabantur, vt se vita comite è Synodo discessurum desperaret*. Et hoc est, quod Lutherani in confessione sua Augustana de Archie-

Lamb. Schafnaburg.

Marianus Scotus.

Lambertus Schafnaburg.

chiepiſcopo Moguntino obijciunt: factum ſcilicet egregium, quo concubinarij clerici, ne à ſcortis ſuis ſepararentur, in Sigifridi Moguntini necem coniuraſſe viſi ſunt. Et hoc cum æterno potius ſilentio prætereundúm eſſet, à nouatoribus adducitur in exemplum: nempe hoc ſibi proprium habet prurigo tuendi nouitatem, vt cum vera argumenta non reperiat, deuia & erronea arripiat, quin & inſtar naufragium patientis nihil decernens ad illud manum extendat, quod iuxta ſe in mari fluctuat.

Fuerint itaque ante quingentos & plures annos clerici incontinentes, & pro illis, quas duxerant vxores, tamquam pro aris & focis decretantes: an ideo dignum, quod nouatores ſequantur exemplum? Sigebertus Monachus Gemblacenſis refert ad annum 1074. Gregorium ſeptimum: Vxoratos ſacerdotes à diuino officio remouiſſe, & laicis miſſam eorum audire interdixiſſe nouo exemplo, & vt multis viſum eſt, inconſiderato præiudicio contra patrum ſententiam. Idque etiam hiſtorijs ſuis inſeruerint Matthæus Pariſienſis, & magnum Belgij Chronicon: Sed num ideo verum, & à nobis admittendum, qui ſcimus Gregorium ſeptimum non contra, ſed iuxta ſanctorum Patrum ſententiam ſacerdotibus, & diaconis connubium interdixiſſe. Id clamat perpetua Romanæ Eccleſiæ ſententia, quæ ab Apoſtolorum Principe cœpit, à Marcellino Papa confirmata fuit, à Syricio Pontifice roborata per prouincias commeauit, & numquam niſi cum ſcelere in toto Occidente temerari potuit: hoc docent nos tot Conciliorum nationalium & prouincialium decreta, vt in luce meridiana erret, qui veritatem iſtam non conſpiciat. Addidit Gregorius ſeptimus miſſas vxoratorum ſacerdotum audiendas non eſſe, quia pertinaces in errore pro excommunicatis habuit, non ſacrificium illorum inualiditatis accuſauit. Et licet damnabilis ſacerdotum quorumdam audacia decreti iſtius executores Epiſcopos laſſauerit, & Gregorium ſeptimum ad diſſimulandum pro aliquo tempore compulerit, obtinuit tamen antiquitas, exploſa eſt execranda nouitas, quæ vt ſæpius reuixit, ſemper Apoſtolico mucrone amputata fuit, vti patet ex Vrbani ſecundi, Paſchalis ſecundi, Calixti ſecundi, Honorij ſecundi, Innocentij ſecundi, Eugenij tertij decretis, varijſque ipſorum temporibus in Occidente celebratis Concilijs, quorum decreta firmauit Alexander tertius anno 1179. in Concilio Lateranenſi tertio generali, quod cum alia id ſtatuerunt ad confuſionem nouatorum Concilia, quorum agmen tam feliciter clauſit Tridentinum, vt poſt illud nullo alio decreto Synodico pro continentia clericorum huc vſque indiguerit Eccleſia.

Sigebertus.



DISSERTATIO IV.

De Missa priuata.



QVOD Augustiniani Wittebergenses huic quæstioni initium dederint, constat ex operibus Lutheri, quod vero ortam ex nouitatis prurigine missæ priuatæ abrogationem Lutherus statim amplexus sit, narrat Cochleus ad annum 1521. Lutherus namque è suo vbi latebat, eremo:
,, Alium scripsit librum de ab-
,, roganda missa priuata ad fra-
,, tres suos Augustinenses Cœno-
,, bij Wittebergensis, in cuius
,, præfatione, vt fratres illos in
,, audacia sua confortaret, qui
,, primi omnium missas abroga-
,, uerant, iubet eos fortes contra
,, conscientiæ accusationem per-
,, sistere. Aliter rem hanc excepit Dux Saxoniæ, qui, vbi audierat multa Wittebergæ in dies nouari, & fieri mutationes in ritibus Ecclesiasticis, altè conquestus est. Quod Augustiniani diebus aliquot intermisissent vsitatos ritus missarum. Vnde Martinus Lutherus ex Patmo sua domum
,, reuersus: Quam, inquit Co-
,, chleus ad annum 1522. pu-
,, blicè per editum librum col-
,, laudasset antea fratres suos
,, propter abrogatam missam:
,, attamen cum non fuisset fa-
,, ctum iussu & auspicio suo, do-
,, mum reuersus eam rem publi-
,, cè pro concione ad populum
,, reprobauit, Dominica prima
,, Quadragesimæ. Omnes, in-
,, quit, errauerunt, quicumque
,, cooperati sunt, & consense-
,, runt ad abrogandam missam,
,, non quod bonum non fuerit,
,, sed quod non ordinatè factum
,, est. At dicis, inquit, iustum
,, id esse ex Scriptura? Fateor &
,, ego, sed vbi manet ordo, quia
,, ex temeritate factum est, abs-

Cochleus de Actis Lutheri.

que

,, que omni ordine, cum scandalo proximi? Et nisi adeo mala res esset missa, vellem eam restituere.

Ex vltimis Lutheri verbis patet, missam priuatam in suo monasterio abrogatam mansisse vsque ad suum reditum Wittebergam, & quamuis improbarit modum scandalosum, rem tamen ipsam non improbasse: Indeque factum esse, quod agere perrexit contra ritum missæ in Ecclesia tunc celebrari solitæ. Refert Cochleus, Lutherum contra Angliæ Regem euomuisse hæc verba: Missam atque extorsimus, & triumphamus aduersus assertorem sacramentorum. Triumphata verò missa, puto nos totum Papatum triumphare, nam super missam ceu rupem, nititur totus Papatus, cum suis monasterijs, Episcopatibus, collegijs, altaribus, ministris, & doctrinis: atque adeo cum toto ventre suo, quæ omnia ruere necesse est, ruente missa eorum sacrilega & abominanda. Quibus verbis Lutherus non modo missam priuatam, sed & totum missæ sacrificium impetuit. Omitto, quæ Lutherus anno 1534. edidit lingua teutonica in libro, quem de angulari missa inscripsit, vbi post præfationem addit disputationem cum diabolo, in qua fingit se à diabolo conuictum, quod quindecim annis missam celebrando idolatriam commiserit. Omitto

Lutherus apud Cochleum.

post hunc librum alium emisisse de missa angulari. Hoc vnum cęteris superaddo, Lutherum eodem anno in epistola, qua negat se consentire Zuinglianis, contra missam adhuc peius debacchatum fuisse: Opto, inquit, & admodum libenter videre atque audire velim, vt hæc duo verba, *Missa* & *Sacramentum*, apud omnes tantum ab inuicem distare intelligerentur, quantum distant tenebræ & lux: imo quantum diabolus & Deus. Quandoquidem missa nihil aliud est, quam peruersa deordinatio ac nundinatio sacramenti etiamsi deuotissimè celebretur. Et infra: Det Deus omnibus bonis Christianis tale cor vt quando audiunt hanc vocem, missa, exterreantur, & cruce muniant sese tamquam contra diaboli abominationem.

Lutherus

Habes hæc apud Cochleum anno 1534. qui edito ad Ionam Lutheri sectatorem contra illam epistolam opusculo, hæc inter alia reponit: Si aboletur missa, vti Lutherus optat, quomodo possemus vel habere vel sumere venerabile sacramentum? Extra missam enim non potest confici, quandoquidem conficere est missam celebrare: de quo ait Christus ad Apostolos: *Hoc facite in meam commemorationem*. Quod si hoc negatis, dicite quæso, quomodo sine consecratione

Cochleus

„ ex pane & vino fiat corpus & „ ſanguis Chriſti? Et vbi Chriſtus & cuinā mandauerit Chriſtus ex pane & vino carnem „ & ſanguinem ſuum conficere? „ Item in qua rogo Scriptura „ prohibita eſt hæc vox. Sic argumentatur contra Lutherum eruditus Cochleus, cui addi poteſt, vocem hanc *Miſſam* in Eccleſia non eſſe rem nouam, ſed antiquam de illa haberi Patrum traditionem, quin imo in Africana Eccleſia, quæ ſeptingentis annis iam inde à temporibus Apoſtolorum vſque ad octauum ſæculum floruerat, ſacrificium Chriſtianorum non alio nomine fuiſſe nuncupatum, vt patet ex canone 2. Concilij Carthaginenſis ſecundi, quod habitum eſt anno 397. ex D. Auguſtino ſermone 91. de tempore, ex Victore demum Vitenſi libro ſecundo perſecutionis Wandalicæ, quorum teſtimonia attulimus in opuſculo de Africana Eccleſia diſſertatione 2. capite 6. numero 5.

At quid opus eſt, pro quæſtione de nomine ad traditionem primitiuæ Eccleſiæ recurrere, vbi Lutherus rem ipſam negare auſus non fuit, & ſicubi negare viſus eſt, errorem ſuum pluſquam ſemel erubuerit: cur enim alias miſſam à fratribus ſui ordinis in monaſterio Wittebergenſi abrogatam, vt rem inordinatam habuiſſet, niſi vt iuſtam ea de re Ducis Saxoniæ indignationem à ſeſe auerteret? Cur alias Carolſtadium doctrinam ſuam de miſſa improbantem ex ciuitate Orlamundæ Wittembergam reuocari ſtuduiſſet, niſi populum iſtius ciuitatis ad prædicationes Carolſtadij errores ſuos facilè agniturum crediidiſſet? Cur alias Lutheri ſectatores in confeſſione Auguſtana anno 1530. profeſſi fuiſſent, ſe miſſam retinere cum omnibus ceremonijs, excepto quod lingua Germanica quædam cantent, & quod priuatas dumtaxat miſſas abrogarint, niſi quod vellent Carolo quinto Imperatori, & toti Germaniæ manifeſtum reddere, traditionem Eccleſiæ de miſſæ ſacrificio clariorem eſſe, quam vt negari poſſit: *Seruatur apud nos* inquiunt, *vna communis miſſa ſingulis ferijs*. De priuata autem fatentur, apud ſuos deſijſſe, quod veteres ante Gregorium non faciant mentionem miſſæ priuatæ, de communi verò plurimum loquantur: qua ratione innuunt, non reijciendа eſſe Patrum ſtatuta & antiquum Eccleſiæ ritum, prout in hac quæſtione ſeſe reijcere proteſtatus erat Lutherus. Cæterum cum in confeſſione Auguſtana fundamentum Lutheranorum de abroganda miſſa priuata expreſſum ſit, illud ipſum caducum eſſe & infirmum, hac diſſertatione monſtrabimus, ac primo quidem ex vſu Eccleſiæ Græcæ iam inde ab Apoſtolis ad hæc vſque tempora: ſecundo ex traditione Eccleſiæ Latinæ à Petro Apoſtolo vſque poſt tempora Gregorij Ma-

Magni; omittendo testimonia post octauum sæculum, à quo missas priuatas apud Latinos in vsu fuisse clarius constat, quam vt vlla probatione indigeat.

CAPVT PRIMVM.

De Missis priuatis in Ecclesia Græca.

IAM dudum notaui in illo opere, quod de sacro Antiocheno Concilio edidi, olim in Basilicis vnicum fuisse altare, quod Tyrius orator apud Eusebium libro 10. *vnigenam aram vocauit*, & magnus Ecclesiæ Doctor Augustinus sermone 46. nuncupauit: *Mensam Christi in medio positam*. Græcos hanc mensam in medio bematis collocasse, patet ex eorum Basilicis, quorum vnam nuper delineari curauit Dominus De Cange in Constantinopoli Christiana, aliam Beueregius in notis ad pandecta canonum, tres Leo Allatius libro de templis Græcorum, inter quas licet duæ sint templorum recentiorum, vnicum tamen altare in ijs conspicitur: alias demum tres Iacobus Goar in Euchologio Græcorum, quarum duæ vnicum habent altare, tertia vero duo altaria habet, & de illa notat idem Goar: E. Quod mirum est in Ecclesia Græca secundum altare delineatum indicat. Et proinde Ecclesiam, quæ non merè & integrè est Græcis iuris, arguit, sed huiusscemodi in quam Græci pariter ac Latini illud sibi comparatum habeant, vnde & in ijs missas, officia, laudesque diuinas, ritibus proprijs seruatis vtrique, alternis horis peragunt, ita tamen vt qua die sacerdos latinus celebrauit, deinde sacrum facere detrectet: non quidem in latini ritus contemptum vel odium, vt quidam temerario suspicantur, sed ne eadem die, intra templi eiusdem septa sacrificium iterare, quod nefas videtur, Græcus præsumat.

Orator Tyrius. Augustinus. Iacobus Goar.

Mirum videbitur Antiquitatis Ecclesiasticæ ignoro hæc viri eruditi adnotatio de vnico sacrificio diebus singulis super vnico altari in Ecclesia Græca celebrari consueto: at in scholio ad canonem secundum Antiochenum, capite 4. hanc veritatem comprobauimus authoritate Diui Athanasij apol. 2. ad Constantium, vbi narrat se ideo in Basilica nondum consecrata celebrare debuisse, quod aliæ Ecclesiæ paruæ essent & paucæ, & tanta multitudo fidelium, vt nulla alia quam Basilica non dedicata potuisset continere populum: ex quo collegimus tempore Diui Athanasij vnicum dum-

dumtaxat in singulis Ecclesijs sacrificium Alexandriæ offerri consueuisse, id quod confirmat Leo Magnus epistola 81. ad Dioscorum Patriarcham Alexandrinum, dum statuit: *Vt cum solemnior festiuitas conuentum populi numerosioris indixerit, & ad eam tanta fidelium multitudo conuenerit, quam recipere Basilica vna non possit, sacrificij oblatio indubitanter iteretur*. An Alexandrina Ecclesia ad hoc Leonis Papæ mandatum ritum suum pro aliquo saltem tempore mutarit, & cum Romana Ecclesia ob numerosioris populi concursum vno die in eadem Basilica iterarit sacrificium, non adeo constat, nisi quod Græcos in hunc vsque diem tenaciores antiquæ istius disciplinæ obseruatores habeamus ex Goar loco supracitato.

Leo I.

Addi his potest, hanc missam, quam Græci in solemnioribus festis & cæteris diebus, quibus Synaxim celebrabant, ab ipsis vocari liturgiam, quam antiquissimam habemus à Iacobo primo Hierosolymorum Episcopo, & Christi Domini Apostolo, vt putatur, editam. Colligitur autem ex ista liturgia, celebrari debuisse à sacerdote, cui ministrant Diaconi, & respondet populus, cantoribus etiam psallentibus dum sacerdos communicat, & Clero, ac populo Eucharistiam tribuit. Habemus præter illam Diui Iacobi liturgiam antiquis Patribus probatam, aliam liturgiam sancti Euangelistæ Marci ex veteri codice erutam studio Cardinalis Sirleti, & in illa etiam Diaconi prohibentur ministrare, & populus respondere, & panem distribuere Clero ac calicem dare. Hæc autem liturgia licet interpolata & aucta sit, vt obseruat Labbeus, ne tamen quisquam existimet, ritus in ea contentos ab Apostolorum instituto esse longè diuersos, habemus constitutiones Apostolorum Clementi Romano adscriptas, quarum compilator floruit tertio Ecclesiæ sæculo, & libro 2. capite 57. refert: *Diaconos oblationi Eucharistiæ operam dare ministrantes corpori Domini cum timore*, oblatione autem facta, statuitur, *vt quisque ordo seorsum corpus Domini, & pretiosum sanguinem sumat*. Et Iustinus martyr, qui secundo Christi sæculo viguit, apologia pro Christianis supponit, Pontificem aut sacerdotem celebrare, populum respondere, diaconos ministrare, omnesque præsentes communicare, & diaconis Eucharistiam dari ad absentes perferendam: & anno 325. sacrosanctum Nicænum Concilium canone 18. corrigens diaconorum præsumptionem, qui in liturgia presbyteris gratiam sacræ communionis porrigere, & ante Episcopos sacra oblata contingere audebant, statuit: *Vt per ordinem post presbyteros gratiam sacræ communionis accipiant aut Episcopo eis aut presbytero porrigente*. Quo statuto supponit, sacer-

Author Confit. Apost.

Canon 18. Nicen.

cerdotes, & diaconos, adeoque omnem inferiorem Clerum & populum tempore sacrificij communicasse de manibus celebrantis & ministrantium; id quod etiam clarissimè innuunt, Diuus Basilius Cæsareæ Cappadociæ Exarchus, & sanctus Ioannes Chrysostomus Episcopus Constantinopolitanus in missis aut liturgijs, quas etiamnum legunt Græci in oriente, in quibus Pontifice celebrante diaconi & sacerdotes supponuntur ministrare, Populus autem & Clerus respondere, & tum vt habet Diuus Basilius, *omnes communicent*, vel vt habet Sanctus Ioannes Chrysostomus de celebrante. *Deinde sumit corpus Dominicum si solus fuerit: quando vero plures fuerint, primus inter eos accepta communione, porrigit reliquis deosculantibus manus eius, & genam, & ipse similiter ab aliquo eorum suscipit Eucharistiam. Et hoc modo pariter inclinantes sancto Altari, susceptam Domini carnem manducant: similiter & calicem mutuò inter se porrigunt, vt sanguinem Domini bibant. Vbi vero sacerdotes, vt dictum est perfecerint, iubet Archidiaconus, vt diaconi accedant, & accedentes suscipiunt, vt fecerunt sacerdotes.* Cumque hæc præscripserit Diuus Chrysostomus in liturgia, prout edita est à Claudio De Sainctes Theologo Parisiensi, addit, mysteria ferri ad locum, vbi debet populus communicare. Cuius duplicis communionis Cleri, & populi etiam meminit Iacobus Goar in notis ad missam Ioannis Chrysostomi numero 179. vbi, ait laicis extra cancellos, ordine sacro promotis, in sanctuario communionem porrigi: enimuero, vt notat idem Goar numero 170. *Diacono ministranti, alijsque sacerdotibus celebrantibus præcipuus sacerdos, vel Pontifex, in manu sacram Eucharistiam antiquo ritu tradit.* Ex quibus verbis etiam colligitur verum esse, quod cum Ioanne Morino, & Eminentissimo Cardinali Bona notaui in scholio ad canonem secundum Antiochenum, capite 6. numero 10. missam apud Græcos celebrari consueuisse ministrantibus diaconis, & concelebrantibus sacerdotibus, cunctisque communionem participantibus.

[Margin: Basilius. — D. Chrysostomus. — Goar.]

Hisce autem suppositis, vrgere possent hæretici Misoliturgi, nullam aliam apud Græcos missam in vsu fuisse, quam solemnem. Cum enim apud eos in Basilicis vnicum dumtaxat altare haberetur, in quo vnam singulis diebus missam celebrare poterant, eaque missa præscribatur à Pontifice aut sacerdote, concelebrantibus alijs sacerdotibus, ministrantibus diaconis, respondente Clero & populo, psallentibus cantoribus, & communicantibus omnibus peragenda, videri possent ex iusta ratione missas priuatas abrogasse relicta publica, quam solam apud Ecclesiam Græcam in vsu fuisse,

colligi videtur ex dictis: vnde & in sua confessione Augustana Constantinopolim transmissa, ponunt missas priuatas inter abusus Romanæ Ecclesiæ. Verùm errant Lutherani, & licet laudatum sacrificium semel per diem in Ecclesia celebrari solitum, rectè solemne & publicum vocarint, aliter tamen sacrificium apud Græcos non raro celebratum fuit, quod merito priuatum dici potuit. Enimuero priuatum dici potest ratione assistentium, ratione communicantium, ratione temporis, & ratione loci, vt post Eminentissimum Cardinalem Bellarminum obseruauit Cardinalis Bona libro primo rerum liturgicarum, cap. 14.

Ratione assistentium missa vocari potest priuata, si nimirum pauci adsint, & nullus alius sacerdos concelebrat, qua de re vrgeri posset factum Christi, Lucæ 24. & factum Apostolorum frangentium circa domos panem, Actorum 2. capite. Sed omissis sacræ Scripturæ locis, de Luciano martyre Nicomediensi refert Photius in excerptis Philostorgij, libro 2. capite 14. in proprium pectus cubantem tremendum ita sacrificium peregisse, ipsumque

Philostorgius. ,, participasse: Et vt alij incontaminato sacrificio participarent mandasse: peractum vero hoc sanctum ministerium in carcere circumstante eum in orbem sacro cœtu tamquam iam morientem Ecclesiæ speciem ita simul & munimentum eo præbente, ne ea quæ à pijs peragebantur, viderentur. Notat Godofredus ad hunc locum Philostorgij à se editi, eamdem historiam tacito Philostorgij nomine exscriptam à Nicephoro libro 8. capite 31. ex qua historia dum multa educi posse fatetur, illud in primis colligitur, missam priuatam à Luciano coram paucis captiuis in carcere celebratam fuisse. Aliud nobis testimonium suppeditant acta sancti Clementis Ancyrani apud Bollandum 23. Ianuarij, qui fertur celebrasse in carcere sacrificium coram paucis Christianis ibidem repertis. Aliud refert Theodoretus Cyrensis Episcopus in Philottho c. 20. de sancto Mari Abbate cellula incluso: *Cum autem longo tempore desiderasset videre offerri spirituale, & mysticum sacrificium, rogauit vt diuini doni illic fieret oblatio. Ego vero lubenter parui, & iussi sacra vasa afferri (pagus enim haud longe aberat) & pro altari vsus diaconorum manibus, mysticum diuinum & salutare obtuli sacrificium.* Theod. Aliud testimonium habet Leontius Neapolis Cypriorum insulæ Episcopus, & contemporaneus sancti Ioannis Eleemosynarij in vita eiusdem, capite 12. vbi de hoc sancto Patriarcha Alexandrino refert. *Et facit missas in oratorio suo, nullum habens nisi ministrum suum.* Leontius Cyprius. Quòd si hoc non sufficiat, accedat testimonium san-

sancti Ioannis Damasceni in historia de Barlaam & Iosaphat scribentis, B. Barlaam presbyterum fuisse, & in sua cellula solo Iosaphat præsente sacrificium missæ offerre solitum fuisse.

Ratione communicantium missam vocant aliqui priuatam, quando solus sacerdos communicat, vel vnus aut alter adstantium aut ministrantium: & sic missas priuatas olim in vsu fuisse per Orientem, ex ijs locis constat, vbi quotidie sacrificium offerebatur, rarò tamen aderat aliquis, qui participabat: enimuero cum singulis diebus in oriente sacrificium offeretur, scribit tamen de pane in sacrificio oblato Diuus Ambrosius, vel quicumque author est libri quinti de sacramentis, capite 4. *Si quotidianus est panis, cur post annum illum sumis, quemadmodum Græci in oriente facere consueuerunt?* Et post Ambrosium D. Ioannes Chrysostomus Episcopus Constantinopolitanus homilia 3. in epistola ad Ephesios: *Frustra est quotidianum sacrificium, frustra adstamus altari, nemo est, qui participet.* Et dum Antiochiæ homilias habebat, quęrit à populo Antiocheno homilia 61. *Dic mihi quæso, post annum communionem sumens &c.* Similem obiectionem à Chrysostomo factam refert Anastasius Sinaita, quæstione septima sub hoc titulo: *Sitne melius communicare assiduè, an interiecto aliquo spatio?* Et sermone de sacra Synaxi edito per Henricum Canisium tomo 3. antiquarum lectionum sufficienter indicat, suo tempore non omnes communicasse, qui sacrificio aderant, sed plures abstinuisse. Libro secundo iuris Græcoromani statuitur in tomo vnionis inter Constantinum Porphyrogenitum, & eius socerum Romanum, quod ,, certum pœnitentium genus ter ,, in anno diuinorum mysteriorum fruitione donabitur. Semel in salutari Dei & Saluatoris nostri resurrectione, secundo in illibatæ Dominæ nostræ Deiparæ dormitione, & tertio in Christi natalitijs diebus, eo quod ieiunium & consequens ex eo profectus præcesserit. Notat autem Iacobus Goar in Euchologio, *quod id cuncti deinceps mysteriorum participes obseruarint*, vt mirum non sit, si in liturgia D. Ioannis Chrysostomi à Claudio de Sainctes Theologo Parisiensi edita, (qua Græci etiamnum vtuntur) additum sit de celebrante: *Deinde sumit corpus Dominicum, si solus sit.* Enimuero cum mos communicandi populum sacrificio pręsentem à tempore Diui Ioannis Chrysostomi cessarit, sic vt non esset quandoque, qui communicaret, potuit sæpe contingere, solum sacerdotem de sacrificio participare, id quod licet apud nos non efficeret missam priuatam, apud aduersarios tamen misoliturgos illam priuatam efficit,

Marginal notes: Ambrosius. — Chrysostomus. — Anastasius Sinaita. — Ius Græcorum. — Goar.

adeo vt hæc sit missa, de qua potissimum altercantur, & quam teste Bellarmino nullo modo admittunt.

Ratione loci missa priuata vocari potest, si non ad summum altare intra sacrum bema, ad quod apud Græcos tantum vnicum singulis diebus sacrificium offerri consueuit, sed ad aliud altare extra sacrum bema, siue id sit in locis sacris Ecclesiæ adiunctis, siue in oratorijs priuatis ab Ecclesia separatis, siue in domibus particularibus. Et quidem de celebrato sacrificio in domibus priuatis nulla potest esse difficultas, si aspiciamus tria priora sæcula, quibus Ecclesia sub persecutorum tyrannide ingemuit: ab initio enim Apostolos fregisse panem circa domos, testis est sanctus Lucas actorum capite 2. & Apostolorum discipulos ac sequaces etiam apud priuatos sacrificia celebrare debuisse, coegit temporum iniquitas; quin imo sacerdotes carceres penetrasse, & ibi sine altari offerre coactos fuisse, ostendemus postea. Ne autem subsecuta Ecclesiæ pace, quisquam existimet, post ædificatas Ecclesias in illis solum ad summum altare intra sacrum bema missarum solemnia fuisse peracta, testis est Eusebius Cæsariensis libro 4. de vita Constantini, capite 17. hunc Imperatorem post datam Ecclesiæ pacem *In palatio quamdam velut Ecclesiam Dei constituisse*. Eusebius. Quin imo motorium templum habuisse, cum in castra proficisceretur, testis est Sozomenus libro primo capite 8. qui ait, hunc morem imitatas fuisse Romanorum legiones, verba ex versione Valesij sunt: In palatio Ecclesiam ædificauit: & quoties ad bellum proficisceretur, tabernaculum ad Ecclesiæ similitudinem fabricatum circumferre consueuerat: ita vt nequidem in solitudine constitutus tam ipse, quam exercitus eius sacra æde careret, in qua Deum laudare, ac preces fundere, & sacra mysteria persoluere possent. Sequebantur enim sacerdotes & diaconi tabernaculo assidentes, qui iuxta Ecclesiæ ritum eiusmodi officia obirent. atque ex eo tempore Romanorum legiones, quæ nunc numeri vocantur, singulæ proprium sibi tabernaculum facere cœperunt, & sacerdotes & diaconos proprios ac peculiares habere. Zosomenus. Vti autem Palatini in castris Imperatorem suum imitati fuerint circa motorium templum, ita & videntur imitati circa altare & oratorium domesticum, adeo vt excesserint, & vsui obstiterit sacrum Leodicenum Concilium canone 58. statuens: *Quod non oportet in domibus fieri oblationes ab Episcopis, aut presbyteris*. Canon 58. Laodic. To *Episcopis*, insinuat nequidem indulgente Episcopo licuisse in priuatis domibus sacrificium offerre: attamen quoad hoc canonem Laodicenum non fuisse

fuisse vsu receptum patet ex Diuo Gregorio Nazianzeno in Encomio sororis suæ Gorgoniæ, cui domesticum altare fuisse testatur, & ex eiusdem oratione 19. in laudem Patris, vbi eum ægrum in cubiculo suo sacrum peregisse fatetur, vnde dicit de illo: *Sine sacrario in sacrario, sine altari sacrificus sacerdos à mysterijs procul remotus*. Erat eius Pater Nazianzenus Episcopus, hinc potestatem habuit celebrandi in propria domo: Gorgonia autem erat Episcopi soror, hinc priuilegium obtinuit altaris domestici, & quod vsque ad sextum sæculum vbique per Orientem, obtinuit etiam in Ægypto & Alexandriæ, vbi Ioannes Eleemosynarius teste Leontio in vita, cum populum de Ecclesia egredi videret, quo tempore sacra celebrabat, conuersus ad illum dixit: *Ego filij propter vos ad Ecclesiam descendo, nam mihi ipse in Episcopio missas facere poteram*.

Leontius in vita Ioannis Eleemosynarij.

Obijci potest id quod Archimandritæ diœceseos Constantinopolitanæ, Antiochenæ, ac Hierosolymitanæ conqueruntur de Seuero Antiocheno, Anthimo Trapezuntino, Petro Apameensi Episcopo & asseclis in libellis Agapeto Pontifici exhibitis, ac anno 536. in Constantinopolitana Synodo sub Menna Patriarcha relectis: *In multas domos eorum, qui excellentia sunt, intrant ac indecentia faciunt: in ipsis proprijs domibus & suburbijs altaria & baptisteria erigunt in oppositum veri altaris, & sancti fontis &c.* Verum respondeo, Hæc dicta esse de hæreticis & eorum sectatoribus, de quibus etiam ad Iustinianum Imperatorem retulerunt Archimandritæ vrbis Con-

Concil. Constantinop. sub Menna.

„ stantinopolitanæ: Demum
„ irruerunt in hanc regiam ciui-
„ tatem, & altaria prophana
„ & baptisteria aliena in oppo-
„ situm veri altaris, & sancti
„ fontis in multis & claris locis
„ ipsius ciuitatis, & in subur-
„ bijs, & in proprijs domibus
„ fixerunt, & iniqua in ipsis fa-
„ cere non cessant, alios in do-
„ mibus corrumpendo &c. Ex quibus verbis patet, Archimandritas Catholicos non egisse contra Episcopos, quod in domibus priuatis altaria erexissent, sed quod in oratorijs domesticis fideles peruertissent celebrando conuenticula contra religionem orthodoxam. Huic autem malo vt occurreret Iustinianus Imperator, Anthimum de ciuitate regia eiecit, prohibuitque *eum aliquibus communicare, neque eos imbuere in perditionem interdictorum dogmatum*. Et apud Leunclauium in collectione constitut. Ecclesiasticarum libro 3. statuit idem
„ Imperator: In domo priuata
„ sacrum ministerium non fiat,
„ nec quid aliud, quod ad sta-
„ tum sacerdotalem spectat: ni-
„ si rogatus antea locorum Epi-
„ scopus, degentibus in ea re-
„ gione clericis permisserit, vt

Ius Græcoman.

hoc

,, hoc faciant. Et hoc decretum confirmarunt plusquam ducenti Orientales Episcopi canone 31. Trullano: *Clericos, qui in oratorijs, quæ sunt intra domos, sacra faciunt, vel baptizant, hoc illius loci Episcopi sententia facere debere decernimus.* Ad quem canonem Theodorus Balsamon schismaticus Patriarcha Antiochenus: *Lege quartam nouellam Imperatoris Leonis sapientis, quę sic habet post proœmium: statuimus ergo non solum vniuscuiusque Catholicæ sacerdotes, sed etiam sacerdotes vniuscuiusque domus, habere potestatem in omnibus domibus celebrandi, & mysteria peragendi, quoscumque adsciscere voluerit, qui vnicuique domui præest.* Ex qua nouella luce clariùs patet, tempore Leonis sapientis ante septem sæcula missas in priuatis oratorijs & domibus per orientem passim viguisse, adeoque priuatas apud Græcos in vsu fuisse, si locum respiciamus, quamuis apud eos missæ priuatæ non à solo presbytero, sed vnà cum diacono celebrari debuerint, ita statuente quadam Synodo in Nomocanone Græco per D. Cotelerium edito: *Sacerdos liturgiam non celebret absque diacono aut lectore; qui vero id fecerit, pœnitentiam agat duobus annis, & ducenties inclinet se.*

Canon 31. Trull.

Balsamon.

Nomocanon Græcus c. 83.

Ratione temporis demum missam aliqui volunt dici priuatam si in profestis aut ferijs celebretur, quæ tamen non ita ab aduersarijs oppugnatur. Erat olim varia in oriente consuetudo de sacrificij tempore: Constantinopoli, vt audiuimus ex sancto Ioanne Chrysostomo, singulis diebus offerebant sacerdotes, vel vt ait sermone aduersus eos, qui Pascha ieiunant: *Non idem sunt Pascha & quadragesima: si quidem quadragesima semel in anno fit, pascha vero ter in hebdomada, nonnumquam etiam quater, vel quotiescumque volumus. Est enim pascha non ieiunium, sed oblatio & sacrificium, quod in singulis fit collectis.* In Ponto quater celebratum fuisse per septimanam, testis est Diuus Basilius epistola 289. ad Cæsariam Patritiam: *Quater nos singulis septimanis communicamus, Dominico die, feria quarta, in parasceue, & sabbatho. Sed & per dies etiam alios, si martyris alicuius memoria celebretur.* Idem ferè testatur Diuus Epiphanius Cypri Episcopus: *Sacri conuentus & sinaxes ab Apostolis instituti sunt bis diebus; quarta sextaque feria, & Dominica,* Et Infrà: *Quibusdam in locis sacri conuentus & synaxes etiam sabbathis indicuntur.* Iustinus martyr in Apologia pro Christianis tantum diei Dominicæ meminit, quem diem solis vocat, quo solemnis conuentus fieri solebat, vtique in Palestina, vbi natus erat. Idem de Ægypto, & Alexandria testatur Diuus Basilius supra: *Quod illic*

Chrysostom.

Basilius:

Epiphanius.

D. Basilius.

lic semel, vtique in septimana die Dominico, sacerdos sacrificium peragat, ac distribuat. Eumdem morem fuisse apud monachos in desertis habitantes, testis est Ammonius monachus de Monasterio montis Sinai, vbi

Ammonius Monach.

,, monachi, vespere sabbatho il-
,, lucescente Dominica in Do-
,, minicum (Ecclesiam dicimus)
,, eundi cogebantur, ac simul
,, nocturnas persoluentes preces,
,, mane perceptis intemeratis ac
,, viuificis Christi mysterijs in
,, suum cuiusque locum denuo
,, reuertebantur. Et de Iosepho Anachoreta seu monacho monasterij in Raithu idem Ammonius: *Nulla me Dominica dies praeterijt, quin Christi mysteria cum omnibus vobis perceperim.* Vnde colligitur monachos Dominico die sacrificio interesse consueuisse, & de illo participasse, id quod ego putem demum pro laicis per orientem inualuisse, vt nimirum diebus Dominicis, & festis Ecclesiam frequentarint, vbi intra sacrum Bema ad suum altare missa celebrari consueuit: reliquis diebus non ita ad Ecclesiam venerint, vbi tunc in oratorijs Ecclesiæ adiunctis, quæ apud Græcos paraclesia vocantur, missæ celebratæ fuerint. Habemus de paraclesijs testimonium Leonis Allatij epistola ad Ioannem Morinum de recentiorum Græcorum

Leo Allatius.

,, templis, vbi: Ex paraclesijs
,, quædam muro Ecclesiæ sed
,, non certo in loco, quando pro
,, libitu conditoris, & ratione
,, locorum exstruuntur, adhæ-
,, rent, quædam longè absunt,
,, & per monasterij insulas ple-
,, raque sunt dispersa. In ijs,
,, quæ Ecclesiæ affiguntur, per
,, Ecclesiam quandoque, ali-
,, quando in paraclesij muris ex-
,, tra Ecclesiam aditus est. Vbi
,, paraclesia per se stant, por-
,, tam peculiarem habent, & in
,, nonnullis monasterijs eo nu-
,, mero sunt, vt dies hebdoma-
,, dis æquent. In ijs præter dies
,, Dominicos, & solemnes san-
,, ctorum celebritates, in quibus
,, omnibus monachis præscribi-
,, tur, vt sacris adsint, reliquis
,, diebus vnus ex monachis, cui
,, id onus incumbit, & ἑβδομα-
,, δάριος dicitur, singulis diebus,
,, hoc nempe in vno, altero in
,, alio sacrum celebrat, vt fini-
,, ta hebdomade paraclesiorum
,, quoque numerus expleatur.
,, Tum demum à capite nouus
,, hebdomadarius onus liturgiam
,, in ijs celebrandi suscipit, &
,, dum in vno celebratur, cætera
,, silent, & princeps ipsa Eccle-
,, sia cuius paraclesia vocantur,
,, quod à templo maiore non
,, longè distent, licet in eo vt
,, plurimum non affigantur, &
,, respectu Ecclesiæ maioris par-
,, uulæ istæ Ecclesiæ sint, vel si
,, placet, quod vicem illius ex-
,, pleant. Hæc Leo Allatius de paraclesijs, de quibus Iacobus Goar in notis ad Euchologium Græcorum, pagina 16. quod mu-

muris distincta sint à principali Ecclesia quasi Ecclesiarum appen- Goar.
,, dices & oratoria: In quibus, ,, inquit, diebus profestis me- ,, morias diuersas agant, puta ,, feria secunda τῶν ἀσωμάτων An- ,, gelorum, teria τῆς θεοτόκου, ,, quarta τοῦ προδρόμου, quinta ,, τῶν ἀποστόλων, parasceue τοῦ ,, σταυροῦ, sabbatho τῶν κεκοιμη- ,, μένων mortuorum. Ex quibus omnibus manifestum fit, apud Græcos etiam in hunc vsque diem missas in vsu esse, quæ non multum differunt à nostris priuatis, vnde Lutherani mittentes ad Hieremiam Patriarcham Constantinopolitanum suam confessionem Augustanam, in qua missas priuatas ab ipsis abrogatas testantur, quod fere nullæ priuatæ missæ nisi quæstus causa fierent apud Pontificios, respondet non quidem approbando missarum priuatarum abrogationem, sed improbando solum missarum ob quæstum celebrationem: *Vnam item liturgiam*, inquit, Hieremias in primo responso, *vos celebrare, non ritu Romanæ Ecclesiæ plures scribitis. Si qui igitur sunt, qui ad quæstum & lucrum tantum referant mysterium, illi turpiter & improbe faciunt, quod certum & confessum esse, & nos & veritas ipsa testatur*. En quid respondeat ad Lutheranos Hieremias Patriarcha Constantinopolitanus, qui tantum abest, vt missas priuatas abrogandas duceret, vt ne verbum quidem de ijs faciat, quod sciret earum vsum apud Græcos numquam fuisse improbatum, quin imo inualuisse, vt constat ex plerisque Græcorum testimonijs supra editis.

Hierem. Patriarcha Constantin.

CAPVT SECVNDVM.

De Missis priuatis in Ecclesia Latina à Petro Apostolo vsque ad Gregorium Magnum.

HAbemus editam à Wilhelmo Lindano Gandauensi Episcopo Missam Petri Apostoli Græco latinam ex M.S. codice Eminentissimi Cardinalis Sirleti, in qua præscribuntur preces sacerdoti, responsiones populo, diaconis ministeria, & thurificationes ad altare exhibendæ: verum cum in illa missa reperiatur nomen Patriarchæ, quod prioribus Ecclesiæ sæculis in vsu non erat, & in commemorationibus mentio fiat Cornelij, Cypriani, Laurentij, Agnetis, Ceciliæ, Anastasiæ, Barbaræ, & quadraginta martyrum, qui omnes post secundum Christi sæculum floruerunt, nullum videtur dubium, quin hæc missa Petro tributa aliquot post ipsius tempora sæculis confecta, aut certe temporum suc-

ſucceſſu pluribus in locis interpolata ſit. Non nego quidem, verum eſſe, quod ſcribit Diuus Epiphanius hæreſi 79. Apoſtolos per orbem terrarum diſperſos ſacrificaſſe, quin potius idipſum indubitatum eſſe confirmo, & dico cum Iſidoro Hiſpalenſi libro primo de

Iſidorus Hiſpal.

diuinis officijs, capite 15. *Quod ordo miſſæ vel orationum, quibus oblata Deo ſacrificia conſecrantur primum à ſancto Petro ſit inſtitutus.* Quin imo & verum puto, quod ſcribit Walafridus Strabo de rebus Eccleſiaſticis,

Vvalafridus.

capite 22. *Romani vſum obſeruationum à Beato Petro Principe Apoſtolorum accipientes ſuis quique temporibus, quæ congrua iudicata ſunt, addiderunt.* Id autem vt probem, alijs teſtimonijs non indigeo, quam duobus Romanorum Pontificum catalogis à me in Antiquitate illuſtrata editis, ex quibus vitas eorumdem conſcripſit Anaſtaſius Bibliothecarius: in ijs enim refertur, quinam Pontifices, & quidnam miſſæ addiderint. Catalogus ſub Iuſtiniano Imperatore conſcriptus

Catalogus Rom. pag. 3.

habet in Xyſto Pontifice: *Hic conſtituit, vt infra actionem ſacerdotis incipiens populus hymnum decantaret, ſanctus, ſanctus Dominus Deus ſabaoth &c.* Catalogus tempore Caroli Magni exaratus habet de Teleſphoro Papa:

Alius Catalogus.

Hic conſtituit, in natali Domini in nocte, vt miſſæ celebrarentur, & gloria in excelſis Deo caneretur: Et in Cæleſtino. *Hic conſtituit vt antiphona ante ſacrificium caneretur, quod ante non fiebat, niſi tantum Epiſtola Beati Pauli recitabatur, & ſanctum Euangelium.* Egimus hac de re diſſertatione ſecunda, capite 6. numero 8. in opuſculo, quod de Africana Eccleſia edidimus, & plura hic addi poſſent, quæ Romani Pontifices circa miſſas ſtatuerunt, quæ latius videri poſſunt apud Anaſtaſium Bibliothecarium in Pontificali quondam Gelaſio Papæ tributo.

Verum relictis hiſce teſtimonijs, quamuis omnino veriſimile videatur, pleraque ad canonem ſpectantia olim in miſſa Romana à Petro Apoſtolo fuiſſe præſcripta, & pro miſſarum ſolemnijs celebrandis oſtiarios, lectores, acolytos, ſubdiaconos, diaconos & presbyteros complures Romæ fuiſſe conſtitutos ante tempora Cornelij Papæ, qui eorum numerum recenſet in epiſtola ad Fabium Antiochenum apud Euſebium libro 6. capite 3. hos tamen omnes, aut horum aliquos ſemper miſſis Romæ celebratis adfuiſſe, ſic vt in ſuo ordine ſolemniter miniſtrarent ſacerdoti, aut Pontifici celebranti, nullatenus veriſimile eſt, cum, vt rectè ex Martino Polono Iacobus Pamelius in liturgico Eccleſiæ la- Pamelius
„ tinæ: Sæuiente perſecutione
„ certa non erat in vrbe Epiſco-
„ palis ſtatio: ſed vbicumque
„ poterant, ſiue in cryptis, ſi-
„ ue in cœmeterijs & ſubterra-

,, neis, siue in domibus virorum ,, fidelium aut mulierum, missam celebrabant. Et citat pro huius veritatis confirmatione plura antiquorum testimonia in progressu operis, quorum vnum hic referemus. Ex Marcello Petri discipulo in vita M. S. Petronillæ, constat quod ad eam venerit sanctus Nicodemus presbyter, & ibidem *celebrauerit mysteria Christi*, quod ipsum habetur in antiquis martyrologijs pridie Kal. Iunij. Cui addit Vsuardus in martyrologio de Petronilla: *Mox vt Christi sacramentum accepit, emisit spiritum*. Quæ eadem habentur in martyrologio Romano. Cornelius Papa in epistola ad Lupicinum Viennensem edita per Cardinalem Baronium scribit: *Neque in cryptis notioribus missas agere Christianis licet*. Et ipsum Stephanum Cornelij successorem in cryptis missas agentem decollatum fuisse, testantur Beda, Vsuardus, Ado Viennensis, Marianus Scotus in martyrologijs. Plura sunt sanctorum martyrum Acta, quæ meminerunt sacrificij in cryptis & locis subterraneis celebrati, vbi dum metu persecutionum latitabant Christiani, verisimile omnino videtur, hæc sacrificia non cum solemni ritu fuisse peracta, sed potius priuatarum quam solemnium speciem præ se tulisse.

Acta S. Petronillæ.

Vsuardus

Cornelius Papa.

Aliud de priuatis missis testimonium reddit Diuus Cyprianus Carthaginensis in Africa primus, dum scribit epistola 5. ad Diaconos & presbyteros suæ Ecclesiæ: *Consulite ergo, & prouidete, vt cum temperamento hoc agi tutius possit: ita vt presbyteri quoque, qui illic apud confessores offerunt, singuli cum singulis diaconis per vices alternent: quia & mutatio personarum, & vicissitudo conuenientium minuit inuidiam*. Hæc Cyprianus tertio Christi sæculo ex suis latebris, ad clerum vrbis Carthaginensis Africæ principis, ex quibus manifestum fit, sacerdotem cum vno diacono missam celebrare consueuisse etiam in carceribus, vt positi ibidem confessores communicarent, quod sanè missæ non solemnis sed priuatæ indicium esse, nemo non videt. Consentit Diuus Augustinus libro contra Donatistas post collationem, capite 14. vbi loquens de persecutione sub Diocletiano, testatur ex actis Martyrum, plebem tunc in priuatas domos conuenisse: *Quin*, inquit, *in ipso carcere celebrabantur sacramenta Christi, in quo inclusi homines tenebantur pro fide Christi*. Pluries hoc repetit D. Augustinus, qui indicat etiam in priuatis domibus sacrificia celebrari consueuisse, quocum conuenit illud Gregorij Turonensis, libro secundo historiæ Francorum ,, capite vltimo: Quia Christiani ,, eo tempore videbantur, occulte & per latebras diuinum ,, officium celebrabant; nam si ,, qui à paganis reperti fuissent

Cyprianus.

Augustinus.

Gregor. Turonen.

Chri-

„ Christiani, aut afficiebantur „ vulneribus, aut gladio trun- „ cabantur. His autem temporibus quomodo missæ peragendæ essent, indicat Tertullianus libro de fuga in persecutione, capite 14. *Colligere interdiu non potes, habes noctem. Non potes discurrere per singulos, sit tibi & in tribus Ecclesia. Ac si diceret*, inquit Eminentissimus Cardinalis Bona libro primo rerum liturgicarum, capite 14. numero primo: *Si die lucescente atque omnibus congregatis celebrare non potes, noctu celebra & priuatim, etiamsi vel tres præsentes sint.*

Tertullianus. Card. Bona.

Neque post hæc aliquid de tempore persecutionum superaddere necesse est, veniamus ad feliciora Ecclesiæ sæcula, quæ cœperunt à temporibus Constantini Magni, sub quo Ecclesiæ per orbem Romanum ædificatæ, & plures solemnes Ecclesiæ ritus pro diuino officio introducti sunt: ex illo tempore missas publicas & solemnes in vsu fuisse, nullum omnino est dubium fatente D. Athanasio Apologia ad Constantinum Imperatorem: quod cum Romæ versaretur, *multus esset in synaxibus celebrandis*. Vtique cum Iulio Papa, & cæteris Episcopis, quos epistola ad Eusebium Vercellensem & Luciferum Calaritanum vocat, *sacrorum comministros*. Quod autem tunc temporis Episcopi & sacerdotes in eadem Ecclesia reperti simul sacrificabant, indicat Lucifer Calaritanus libro de non conueniendo cum hæreticis ad Imperatorem Constantium, dum scribit, se & Catholicos minime passos fuisse, *Quæ celebramus Domini sacerdotes cum Pseudoepiscopis Arianis tuis celebrare*. Et Diuus Hilarius libro tertio ad Constantium dum quæritur, quod tribuni ipsius adierint sancta sanctorum: *Et viam sibi omni per populum crudelitate pandentes, protraxerunt de altario sacerdotes*. Et libro primo ad Constantium: *Permittat lenitas tua populis, vt quos voluerint, quos putauerint, quos elegerint, audiant docentes, & diuina mysteriorum solemnia concelebrent, & pro incolumitate & beatitudine tua offerant preces*. Et Ioannes Morinus parte 3. exercitatione 8. non modo ostendit antiquæ Ecclesiæ Gallicanæ Ritualia habere hunc titulum: *De diuersis sacerdotibus super vnam oblatam celebrantibus*. Sed & Leonem primum, Gregorium Magnum, & Nicolaum Papam legatos Ecclesiarum secum sæpius ad missarum solemnia admisisse: quin imo in ordine Romano ritum simul celebrantium sacerdotum exhiberi, & vsque ad tempora Innocentij tertij omnes presbyteros Cardinales cum Pontifice celebrasse, vt etiam ostendimus ad canonem secundum Antiochenum.

D. Athanasius. Lucifer Calarit. Hilarius Pictau.

Et hæc quidem de missa communi & solemni, in qua si non

omnes sacerdotes cum Episcopo consecrabant, saltem omnes communicabant, vt probari posset ex plurimis Conciliorum & Patrum testimonijs: hanc autem ne quisquam existimet solam in vsu fuisse post redditam Ecclesiæ pacem, notandum omnino plures in plerisque ciuitatibus fuisse Ecclesias, in quibus pauci admodum erant clerici, & plures fuisse ciuitates, in qua vnus tantum erat sacerdos, qui cum solo ministro offerre poterat, cuius missa si priori comparetur, merito priuata dicitur, & à solemni distinguitur. Non recurro ad tempora Apostolica, quibus vnus quandoque in ciuitatibus reperiebatur sacerdos: ad tempora Augustini transeo, quibus Catholici plures habebant in Africa Episcopos, de quibus Petilianus in collatione prima capite 182. ad Alypium Tagastensem Catholicæ partis Episcopum: *Sic etiam tu multos habes per omnes agros dispersos imo crebros vbi habes, sanè & sine populis habes*. Quin imo plures Ecclesias tunc temporis fuisse, in quibus vnicus tantum erat presbyter, patet ex eadem collatione ibidem, vbi Aurelius Macomadiensis dixit de Ecclesia Florentina: *Habeo presbyterum in Ecclesia*. Et capite 201. *Fortunatianus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ dixit: Constantinam habemus illic Ecclesiam, & presbyterum Terentium*. Agit de ciuitate Cameriniana, vti & alibi de ciuitatibus & villis non nisi vnum presbyterum habentibus in Africa.

Ad Alypii Cart. Petilianus.

Pro Italia testimonium reddit Diuus Ambrosius in caput 3. primæ ad Timotheum: *Nunc autem septem diaconos esse oportet*, inquit, *& aliquantos presbyteros, vt bini sint per Ecclesias*. Habebat Mediolanum, habebat Roma, habebant aliæ ciuitates Italiæ non vnicam sed plures Ecclesias, & licet in cathedrali fuerit copiosus Clerus, reliquæ Ecclesiæ & oratoria non habebant plerumque nisi vnicum presbyterum cum ministro, idque ad minimum requisitum fuisse, testatur Ambrosius: *Vt bini sint per Ecclesias*. Addit omni hebdomada offerendum esse: ***Et etiamsi non quotidie peregrinis, incolis tamen vel bis in hebdomada***. Quod autem sacrificium solemni modo oblatum fuerit ab vno presbytero cum ministro in priuatis oratorijs & Ecclesijs, sicut in Cathedrali à pluribus, vix credibile videtur: & si quis existimet vnicum in Ecclesia presbyterum missam solemnem ministrante diacono, & respondente, offerente, ac communicante populo celebrari consueuisse, neque hoc supposito deerunt testimonia complura pro missis priuatis, vt ex sequentibus constabit.

D. Ambrosius.

De Diuo Ambrosio habet Pau-
,, linus presbyter in vita: Per
,, idem tempus cum Romę trans
,, Tyberim apud quamdam cla-
,, rissimam inuitatur, vt sacrificium

Paulinus.

,, ficium in domo offerret: quædam balneatrix, quæ paralytica in lecto iacebat, cum cognouisset ibidem esse Domini sacerdotem, in cellula se ad eamdem domum, ad quam ille inuitatus venerat, portari fecit, atque oranti & imponenti manus vestimenta attigit, quæ cum exosculaeretur, statim sanitate recepta ambulare cœpit. Quin imo de sancto Paulino habet Vranius presbyter in vita eius, capite 2. *Et quasi profecturus ad Dominum iubet sibi ante lectulum sacra mysteria exhiberi, vt oblato sacrificio animam suam Domino commendaret.* Aliud de missa priuata testimonium habet Diuus Augustinus libro 22. de ciuitate Dei capite 8. vbi narrat: *Vir tribunitius Hesperius, qui apud nos est, habet in territorio fussalensi fundum cubedi appellatum, vbi cum afflictione animalium & seruorum suorum, domum suam spirituum malignorum vim noxiam perpeti comperisset, rogauit nostros me absente presbyteros, vt aliquis eorum illo pergeret, cuius orationibus cederent: perrexit vnus, obtulit ibi sacrificium corporis Christi, orans quantum potuit, vt cessaret illa vexatio: Deo protinus miserante cessauit.*

Vranius Presbyter.

Augustinus.

Patribus Concilia istorum temporum consonant: cum enim Concilium Carthaginense secundo anno 390. statuat canone tertio: *Reconciliare quemquam in publica missa presbytero non licere.* Per publicam missam etiam vsu tunc temporis recepto significata est priuata, de qua idem Concilium statuente canone nono: *Quisquis presbyter inconsulto Episcopo, agenda in quolibet loco voluerit celebrare, ipse honori suo contrarius existit.* Per agenda enim intelligi puto missam, quam in priuatis domibus Episcopo inconsulto celebrare non licebat. Præclarum habemus de missis priuatis testimonium in Concilio Agathensi anno 506. tempore Symmachi Papæ sub Cęsario Arelatensi à totius Galliæ Episcopis celebrato: ibi enim canone 21. statuitur: Si quis etiam extra parochias, in quibus legitimus est ordinariusque conuentus, oratorium in agro habere voluerit, reliquis festiuitatibus, vt ibi missas teneat propter fatigationem familiæ iusta ordinatione permittimus: Pascha vero, natale Domini, Epiphania, Ascensionem Domini, Pentecostem, & Natalem sancti Ioannis Baptistæ, vel si qui maximi dies in festiuitatibus habentur, non nisi in ciuitatibus, aut in parochijs teneant. Clerici vero, si qui in festiuitatibus, quas supra diximus, in oratorijs, nisi iubente aut permittente Episcopo, missas facere, aut tenere voluerint, à communione pellantur. Etiam magnis festiuitatibus in oratorijs priuatis

Concilij Carthag. 2.

Canon 9.

Conc. Agat.

uatis sacerdoti celebrare licuisse, cum consensu Episcopi, clarius indicare non potuit Agathense Concilium, post quod Pelagius primus in edita per Lucam Holstenium epistola, scribit ad Eleu-
Pelagius primus. ,, therium Episcopum: Maxi-
,, mus diaconus Ecclesiæ dile-
,, ctionis tuæ nobis suggessit, in
,, fundo, qui appellatur Pancel-
,, lus, oratorium se pro sua de-
,, uotione fundasse, quod in ho-
,, nore beatæ Cantianæ martyris
,, desiderat consecrare. Et infra:
,, Prædictum oratorium absque
,, missis publicis solemniter con-
,, consecrabis, ita tamen vt in
,, eodem loco nec futuris tem-
,, poribus baptisterium construa-
,, tur, nec presbyterum consti-
,, tuas Cardinalem: sed quoties
,, missas ibi fieri forte maluerit,
,, à dilectione tua presbyterum
,, nouerit postulandum, quate-
,, nus nihil tale à quolibet alio
,, sacerdote vllatenus præsuma-
,, tur. Et vel ex hoc testimonio constat, Gregorium Magnum non fuisse authorem missæ priuatæ, neque nouum quid præcepisse, cum libro 5. epistola 43. indictione 14. hortatur Ioannem Syracusanum Episcopum, vt in
Greg.M. domo Venantij *missarum peragi mysteria permittat*.

Ab ipso florescentis Ecclesiæ primordijs Latinos non vnicum, sed plura in Ecclesijs quibusdam habuisse altaria, indicat Eminentissimus Cardinalis Bona libro primo rerum liturgicarum capite 14. numero 3. vbi scribit: *Plura item altaria* Romæ fuisse in Basilica Principis Apostolorum non solum ad orientem iuxta ritum Ecclesiæ, sed & in alias partes distributa, scribit Walfridus capite 4. & ante Cardinalem Bona, Bellarminus dicens, Ambrosium epistola 32. probare pluralitatem altarium, cum ait de eadem Basilica: *Irruere in altaria*. Et ante Bellarminum Gratianus monachus de consecratione, distinctione prima capite 52. ex Diuo Augustino referens *missas peculiares* tunc temporis in vsu fuisse. Verum Walafridus Strabo, capite 4. non videtur velle, plura altaria in templo sancti sepulchri Hierosolymis, neque in Ecclesia Beati Petri Romæ à Constantino fuisse ædificata, sed altare Basilicæ Hierosolymitanæ, & aliud sancti Petri Romæ fuisse non ad orientem, sed *in alias partes* distributum. Neque allatum à Bellarmino testimonium Ambrosij inuenire potui epistola 32. & si inueniretur, non multum vrgeret: neque adductus ex Augustino locus ipsius esse potest, vt etiam animaduerterunt correctores Gratiani, qui non ignorabant, testimonio Leonis magni constare: *Vt quoties Basilicam, in qua agitur, præsentia nouæ plebis impleuerit, toties sacrificium subsequens offeratur*. Scribit ad Dioscorum Alexandrinum de consuetudine Romanæ Ecclesiæ: *Quæ ex forma paternæ traditionis insedit, vt*

Card. Bona.

D. Ambrosius apud Bellarmin.

D. Augustinus apud Gratianum.

Leo Magnus.

cum

cum solemnior quæque festiuitas conuentum populi numerosioris indixerit, & ea fidelium multitudo conuenerit, quam recipere Basilica simul vna non possit, sacrificij oblatio indubitanter iteretur. Ex quibus verbis manifestum est, Romæ in vna Basilica non nisi vnum sacificium singulis diebus offerri consueuisse, adeoque non nisi vnum altare fuisse, vt etiam indicant extructæ per Constantinum Romanæ Basilicæ: in illo autem altari solemnioribus festis, quando maiori numero populus confluebat, quam vt simul in vna Basilica caperetur, semper consueuerat secundum sacrificium solemne celebrari, de quo non solùm pro maioribus festiuitatibus, sed etiam Dominicis, & festis diebus dicendus est constituisse Deusdedit Papa: *Hic constituit secundam missam in Clero*. Et ad hunc libri Pontificalis locum Petrus Vrbeuetanus in scholijs: *Quia tunc ad instar Græcorum non cantabatur in Ecclesia, nisi forsan vna missa, quod magis ædificabat secundum antiquos*. Ex quibus omnibus tamen ne sectarij aduersus missas priuatas aliquid piscari conentur, tamquam sub Gregorio Magno missę priuatæ institui cœperint, notandum cum Christiano Lupo in scholijs ad Romanum Alexandri secundi Concilium, aliud esse missarum priuatarum substantiam & antiquitatem, aliud earum in Basilicis maioribus vsum, & frequentiam.

Anastasius Bibliothecarius in lib. Pontif.

Petrus Vrbeuetanus.

Quod missæ priuatæ in cryptis, carceribus, & domibus in vsu fuerint ab ipsis Apostolorum temporibus, iam suprà monstratum est ex varijs antiquorum testimonijs, quibus addidi post datam Ecclesiæ pacem, complura vbique oratoria extructa fuisse, idque non modo in agris, sed etiam in monasterijs, vt constat ex sancto Benedicto, qui in montis Cassini summitate duo ædificauit, vnum sancti Ioannis Baptistæ, alterum sancti Martini, vt scribit D. Gregorius libro 2. dialogorum, capite 8. & ex Mauro eius discipulo, qui quatuor oratoria in suo monasterio construxit, vnum in honorem sancti Petri Apostoli, aliud in honorem sancti Martini, aliud in honorem sancti Seuerini, & quartum in honorem Michaelis Archangeli: & ex Venerabili Beda libro 4. historiæ Ecclesiasticæ gentis Anglorum, capite 14. vbi de monasterio à Wilfrido Episcopo fundato: *Celebrent ergo* (monachi) *missas per cuncta monasterij oratoria huius*. Quo ex loco non modo de oratorijs, sed & missis priuatis ibidem celebrari consuetis apertissimè constat. Erant tunc plura monasteria, in quibus monachi quidam erant presbyteri, qui non semel dumtaxat in hebdomada, sed in dies communicabant, & sacrificium offerebant: vnde & in Chronico Centulensi apud Lucam D'Acherium tomo 4. spicilegij libro 2. capite 11. extat

Beda.

tat constitutio Angelberti Abbatis, qua præcipit, singulis diebus triginta missas in diuersis altaribus à monachis agi, in quibus memoria celebraretur Adriani Papæ, & Caroli Mvgni tunc temporis viuentium. Extant plura antiquitatis monumenta de Monachis, qui cum adeo priuatim, & occultè missas suas agere cœpissent, vt nequidem ministros adhiberent, vel cum vno adstantium celebrarent, ea de re libro 5. capitularium Regum Galliæ statutum est, vt nullus presbyter solus præsumat missam cantare: idem statutum fuit in Concilio Moguntino anno 813. canone 13. & ex Concilio Nannetensi refert Regino Abbas libro 1. capite 191. addens: hoc maximè à monasterijs monachorum exterminandum esse: *Ideoque*, inquit, *prçuideant prælati, vt presbyteri in cœnobijs cooperatores habeant in celebratione missarum*. Per cooperatores intelligit ministros, qui respondeant, vt enim Riculphus Suessionum Episcopus in constitutionibus capite 81. *Conuenit etiam vobis vnum, vel duos, vel tres clericos habere, qui vobiscum missas celebrent, quos salutetis, & à quibus resalutemur*.

Regino Abbas.

Riculphus Suession.

Sicut autem in monasterijs, ita & in alijs Ecclesijs sacerdotes seculares missas priuatas dixisse constat ex tot Basilicis in vnaquaque ciuitate ædificatis, non solùm enim in ciuitate Antiochena fuisse trecentas & sexaginta Basilicas, sed Constantinopoli etiam plures extitisse, & inter eas complura oratoria, patet ex Synodo Constantinopolitana sub Menna, vbi vocantur *domus oratoriæ*: In Occidente quoque Romanam, Mediolanensem, Parisiensem, aliasque in Gallia ciuitates plura oratoria habuisse vltra Cathedrales, & Parochiales Ecclesia, nullum omnino potest esse dubium, cum in hunc vsque diem complura istiusmodi oratoria extent: in istis autem oratorijs presbyteros missas priuatas egisse, constat ex Iona Aurelianensi Episcopo, qui libro primo institut. laical. capite 11. ait: *Sacerdotes tunc solitos fuisse Deo sacrificium offerre in ædiculis extra templum ædificatis*. Aediculæ illæ hodierno tempore Capellæ vocantur, quo nomine etiam notę sunt apud Hincmarum Rhemensem in capitulis anno 877. licet ibidem agat de capellis domi ædificatis. Illarum autem meminit Concilium Moguntiacum canone 9. Cæterum cum valdè onerosum esset, domi capellam habere pro quotidiano sacrificio, & per sacrificia priuata in oratorijs celebrata populus ab Ecclesia Cathedrali abstraheretur, fuerunt, qui in Ecclesijs plura altaria erexerunt, quos imitatus est Palladius Sanctonensis in Gallia Episcopus, quem proinde data ad ipsum epistola laudat Gre-
,, gorius libro 5. Veniens lator
,, præsentium Leuparicius pre-
,, sbyter vester insinuauit nobis,

D. Gregorius.

fra-

,, fraternitatem vestram, Ecclesiam in beati Petri & Pauli Apostolorum, necnon Laurentij, atque Pancratij martyrum honorem construxisse, atq; illic 13. altaria collocasse: Idem laudat in Acca Haugulstaldensis Ecclesiæ Episcopo Venerabilis Beda libro 5. historiæ gentis Anglorum

Beda. ,, capite 21. Qui, inquit, & ipsius Ecclesiæ suæ, quæ in beati Andreæ Apostoli honorem consecrata est, ædificium multifario decore ac mirificis ampliauit operibus. Dedit namque operam, quod & hodie facit vt acquisitis vndecumque reliquijs beatorum Apostolorum, & martyrum Christi, in veneratione illorum poneret altaria, distinctis porticibus in hoc ipsum intra muros eiusdem Ecclesiæ.

Et post hæc tempora etiam in pluribus Ecclesijs haberi cœperunt plura altaria, vnde mos ille ad nos vsque peruenit, & per totum Occidentem receptus fuit. Vti autem nunc ad diuersa altaria fiunt missæ priuatæ, ita & olim actum fuisse ostendi posset ex pluribus: colligitur autem ex sacramentario Gregorij Magni, qui per totum anni circulum missas ordinauit, & non modo pro plerisque sanctis, sed & ferijs, ac vigilijs eas præscripsit. De Alcuino Flacco scribit quoque Micrologus capi-

Micrologus. ,, te 60. Alcuinus magister Caroli Imperatoris, rogatu sancti Bonifacij Archiepiscopi fertur missales orationes de sancta Trinitate composuisse, & in secunda feria de Sapientia, in tertia de Spiritu sancto, in quarta de charitate, in quinta de Angelis, in sexta de Cruce, in sabbatho de sancta Maria. Et hoc ipsum fecisse Alcuinum, vt sacerdotibus quotidianam celebrationem suaderet, rectè notat Christianus Lupus in scholijs ad Alexandri Pontificis Romanum Concilium. Ne verò quisquam existimaret hæc pro missa publica in dies celebranda facere: audienda est Synodus Ticinensis, quæ anno 850. statuit canone 2. *Statuimus vt non tantum Dominicis diebus, & præcipuis festiuitatibus Episcopi missas celebrent, sed cum possibile fuerit, quotidianè quoque sacrificia frequentent: nec fastidiant priuatim, primum pro se, deinde pro consacerdotibus, pro Regibus, & cunctis Ecclesiæ Dei rectoribus, proque his, qui se orationibus ipsorum peculiariter commiserunt, & maximè pro pauperibus preces fundere, & omnipotenti Deo hostias offerre, comitante pia compunctione, & sacræ deuotionis affectu, quod magis occulte sacrificantibus conuenit, vt ipse quoque sacerdos hostia viua fiat, & sacrificium Deo spiritu contribulato.* Notanda sunt illa verba: *priuatim quotidie hostias offerre.* Et *occultè sacrificantibus*, quibus nihil clarius desiderari potest. Canon. 2. Synodi Ticinensis.

Verum quidem est, missarum pri-

priuatarum vsum habuisse aliud obstaculum, de quo Theodulphus Aurelianensis Episcopus in capitulari, non anno 835. vt putauit Baronius, sed circa annum 787. ,, vt docet Sirmondus, edito: Vt ,, missæ, quæ per dies Dominicos peculiares à sacerdotibus ,, fiunt, non ita in publico fiant, ,, vt per eos populus à publicis ,, missarum solemnibus, quæ ,, hora tertia canonicè fiunt, abstrahatur; quia pessimus vsus ,, est apud quosdam, qui in diebus Dominicis, siue in quibuslibet festiuitatibus, mox ,, vbi missam celebrari, etiamsi ,, pro defunctis fit, audierint, ,, abscedunt, vt per totum diem ,, à primo mane ebrietati, & ,, comessationi potius quam Deo ,, deseruiant. Hinc addit capite ,, 46. sequenti: Vt sacerdotes Capitul. Theodul. ,, per oratoria nequaquam missas, nisi tam cautè ante secundam horam celebrent, vt po- ,. pulus à publicis solemnitatibus ,, non abstrahatur. Publicata quoque hæc ipsa fuerunt in Anglia, vt patet ex capitulis ab Henrico Spelmanno editis, qui ea incerto Episcopo tribuit. Quidquid autem sit de missarum solemnijs diebus Dominicis per missas priuatas non turbandis, constat tamen ex laudatis capitulis, cæteris diebus missas priuatas quacumque hora fuisse in vsu, quod & successu temporum vbique vsu receptum fuisse per omnem Occidentis Ecclesiam, adeo certo constabat Luthero, vt dum de abroganda missa priuata librum conscripsit, teste Eckio hos conscientiæ stimu- ,, los sit passus: Lutherus ait, Eckius. ,, sæpe sibi palpitasse cor tremu- ,, lum, & reprehendens obiecis- ,, se, tu solus sapis? totne erra- ,, uerunt vniuersi? tanta sæcula ,, errauerunt? quid si tu erres, ,, & tot tecum in errorem trahas ,, damnandos æternaliter? Audiant Lutherani, & cum videant missam priuatam non nouellum aliquod Romani Pontificis inuentum, sed Apostolicum esse institutum per octo priora æræ Christianæ sæcula rarius quidem, aliquoties tamen, & certis casibus obseruatum, rubore perfusi cum tremulo Luthero causæ suæ diffidant, & potius sese à sæculo natos, quam antiquos Ecclesiæ Patres errare agnoscant.

DIS-



DISSERTATIO V.

De discrimine ciborum.



HVNC abusum vrgent Lutherani in Confessione Augustana, conquęrentes similibus traditionibus obscurari præcepta Dei, & afferri magna pericula conscientijs: admittunt quidem mortificationes carnis, sed voluntarias volunt, non necessitate præcepti ,, impositas: Docent quod quilibet Christianus debeat se ,, corporali disciplina, aut corporalibus exercitijs, aut laboribus sic exercere & coercere, ,, ne saturitas, aut desidia extimulet ad peccandum: non vt ,, per illa exercitia mereamur remissionem culpæ, aut mortis ,, æternæ. Vni errori addunt alium, mortificationes scilicet non solùm esse voluntarias, sed infructuosas, id est non meritorias, quòd sola fide iustificari homines existiment, idque cum aliqui locis Scripturę frustra probare conati essent, adiungunt: Itaque ,, non damnantur ipsa ieiunia, ,, sed traditiones, quæ certos ,, dies, certos cibos præscribunt, ,, cum periculo conscientiæ, ,, tamquam eiusmodi opera sint ,, necessarius cultus. Hæc confessio Augustana, quam Theologi Wittembergenses propugnant in primo suo ad Patriarcham Hieremiam responso: *Apud nostros*, inquiunt, *admonitionibus instamus, vt sobriam vitam ducant: nec tamen eos ad certum ieiunandi tempus, vt à certis cibis abstineant, adstringimus.* Hæc Lutheranorum opinio. quam erroneam esse, & nouitatem sapere, demonstrabimus, paucis agentes de statutis ieiunij diebus, & delectu ciborum, & quibus modis hæc duo ad nos peruenerunt, ostendentes.

Confessio Augustana.

Acta Theologorum Vvittemberg.

CAPVT PRIMVM.

De Quadrageſima à tempore paſſionis Christi, vſque ad tempora Gangrenſis Concilij.

QVod quædam ieiunia obſeruata ſint in antiqua lege, tam clarè conſtat ex Leuitici capite 6. & Zachariæ capite 8. vt ipſimet Wittebergenſes Theologi hanc veritatem negare non potuerint: *Non ignoramus*, inquiunt, *fuiſſe in veteri teſtamento præcepta ieiunia ſtatis temporibus, præſertim ante feſtum reconciliationis, ſeu propitiationis*. Ieiunium, quod præcedebat feſtum propitiationis, aut expiationis, eſt illud, cuius meminit Moyſes Leuitici 16. *Menſe ſeptimo, decima die menſis affligetis animas veſtras*. Idem reperitur numerorum 29. & inter alia ieiunia etiam huius meminit Zacharias, 8. capite: *Hæc dixit Dominus exercituum, ieiunium quarti, & ieiunium quinti, & ieiunium ſeptimi, & ieiunium decimi erit domui Iuda in gaudium, & lætitiam*. Voluit Propheta, hæc quatuor ieiunia ſtatis diebus, & menſibus obſeruari cum vultu hilari, & cordis gaudio, id quod Dominus etiam firmauit in ſuo Euangelio improbans Phariſæorum hypocriſim Matthæi 6. verſu 16. *Cum autem ieiunatis, nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes: exterminant enim facies ſuas, vt appareant hominibus ieiunantes, amen dico vobis, quia receperunt mercedem ſuam. Tu autem, cum ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuam laua, ne videaris hominibus ieiunans, ſed patri tuo, qui eſt in abſcondito: & pater tuus, qui videt in abſcondito, reddet tibi. Reddet tibi*, vtique pro mercede, quam cum ieiunantes non receperint ab hominibus, recipient à Deo, quo clarè demonſtratur, opera bona, vt ieiunia, eſſe meritoria.

[Margin: 1. Reſponſum Theolog. Vvitteb.; Leuitici 16.; Zachariæ 8.; Matthæi 16.]

Verùm relicta hac quæſtione, inſtitutum proſequamur de ieiunio certis temporibus præſcripto, quod adeo certò in veteri lege locum habuit, vt Theologi Wittembergenſes vlterius reſpondendum „ eſſe duxerint: Sed ea pędagogia pertinebat ad vetus teſtamentum. Et Apoſtoli ieiunandi conſuetudinem interdũ obſeruabant: non vt neceſſarium quiddam, ſed ne Iudæis eſſent offendiculo: & quia ſic aſſuefacti erant: & vt Moyſem cum ſuis ceremonijs honeſtè ſepelirent. Apoſtolos ieiunandi conſuetudinem interdum obſeruaſſe aſſerunt: mirum reuera, quod etiam conſuetudinem tranſgreſſos fuiſſe non addiderint, cum

[Margin: Theolog. Vvitteb.]

pro

pro se allegare potuissent id, quod Ioannis discipuli petierunt à Christo Matthæi 9. *Quare nos, & Pharisæi ieiunamus frequenter, discipuli autem tui non ieiunant?* An forsan hic locus nimium probaret, & Apostolos quoad ieiunia synagogam cum honore non sepeliuisse euinceret? Videant hic Lutheri sequaces, quid respondebunt: ego sanè responso Christi acquiesco, qui & Ioannis discipulos interrogauit: *Numquid possunt filij sponsi lugere, quamdiu cum illis est sponsus? venient autem dies, cum auferetur ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt.* Ac si verus Ecclesiæ sponsus Iesus Christus dixisset: se viuente Apostolos ieiunare non debere, post mortem vero suam ieiunaturos: testimonium quo ad initium tertij sæculi vtebatur Ecclesia contra Montanistas, fatente Tertulliano libro de ieiunijs capite 2. *Certe in Euangelio dies illos ieiunijs determinatos putant, in quibus ablatus est sponsus; & hos esse iam solos legitimos ieiuniorum Christianorum abolitis legalibus & propheticis vetustatibus.* Nec ipse Tertullianus iam Montenista hanc Ecclesiæ interpretationem reijcit, sed lucidè admittit capite 13. *Ecce enim conuenio vos, præter pascha ieiunantes citra illos dies, quibus ablatus est sponsus.*

Matth. 9.

Tertullianus.

Quod verò Christus prædixit, id Apostolos opere adimpleuisse, quidam probare conati sunt ex Luca, actorum 27. vbi agit de Paulo, quem milites naui imposuerant, vt eum Romam ad Cæsaris tribunal sisterent, & addit: *Cum iam non esset tuta nauigatio, eo quod & ieiunium iam præterijsset.* Verùm vt rectè Chrysostomus in hunc locum: *Ieiunium hic opinor dici, quod Iudæi obseruant.* Agit namque Lucas non de quadragesimæ ieiunio, quod hyemẽ subsequitur, sed de ieiunio mensis decimi, aut Decembris, quod hyemem antecedit, & à Iudæis obseruabatur, & cum mensis decimi ieiunium præterijsset, iam tuta non erat nauigatio, vnde ventis, & procellis tunc mare Mediterraneum agitantibus, coactus fuit Paulus cum omnibus suis in Melita insula hyemare, vt patet Actorum 28. hoc itaque loco Scripturæ prætermisso, adducere possemus canonem Apostolis tributũ statuentem, vt *clericus quadragesimam non ieiunans deponatur.* Et adiungere possemus testimoniũ ex libro 5. constitutionum Apostolicarum capite 21. vbi: *Seruandum vobis est ieiunium quadragesimæ, quod vitæ Christi, & legis latæ recordationem continet.* Verùm ne quis existimet, hæc Apostolis potius afficta, quam ab illis verè decreta esse, in promptu nobis adest Ecclesiæ testimonium initio tertij sæculi, quod libro suo de ieiunijs inseruit Tertullianus: *Quadragesimam Apostolos obseruasse, nullum aliud imponentes iugum certorum, &* in

Act. 27.

Chrysost.

Author Constit. Apost.

Tertul.

in commune omnibus obeundorum ieiuniorum. Idem testatur D. Hieronymus epistola 54. *Nos vnam quadragesimam secundum traditionem Apostolorum ieiunamus*. Et vt alias omittam, Leo Magnus sermone 6. capite 2. *Apostolica institutio quadraginta dierum ieiunijs impleatur*.

Hisce accedit traditio Patrum, quorum agmen ducit Ignatius martyr à Beato Petro Apostolorum principe constitutus Antiochenus Episcopus, qui in epistola ad Philippenses scribit disertis verbis: *Quadragesimale ieiunium ne spernatis, continet enim exemplum conuersationis Dominicæ*. Neque huic obest, quod incertus author inseruerit chronico Eusebiano ad annum Christi 136. *Quadragesimale ieiunium à Telesphoro per hoc tempus institutum ac præceptum, quidam scribunt*. Id enim nequaquam Eusebij est, neque in antiquis M.SS. codicibus Chronici Eusebiani, sed neque in editis per Miræum, & Iosephum Scaligerum reperitur. Desumptum tamen fuit ex Catalogis Romanorum Pontificum, quos edidimus in Dissertatione præuia Antiquitatis illustratæ, in quorum vno, tempore Iustiniani Imperatoris conscripto habetur in Thelesphoro, non quod quadragesimam, sed potius quinquagesimam instituerit: *Hic constituit vt septem hebdomadas ieiunium celebraretur paschæ*. Catalogus tempore Caroli Magni sæculo 8. conscriptus habet in Telesphoro. *Hic constituit, vt septem hebdomadas ante pascha ieiunium celebraretur*. Quæ eadem verba repetit Anastasius Bibliothecarius in libro Pontificali, & ne quisquam putet, hæc ab aliquo conficta esse, en D. Ambrosiũ, qui ante mille trecentos annos floruit, & sermone 23. sic testatum reliquit: *Quadragesima sex septimanas habet, cui addidit Telesphorus Pontifex septimam hebdomadam, & vocatum est hoc tempus quinquagesima*. Non ergo quadragesimam, sed quinquagesimam Telesphorus instituit, de qua vlterius idem Ambrosius: *Quinquagesima ideo à quibusdam seruatur, in qua sunt quadraginta dies: quia si subtraxeris ab his septem dominicas, non amplius remanent in abstinentia nisi quadraginta & duo dies, & in ipsis duobus diebus alij ieiunant, alij non, vt in cœna Domini, & in sabbato sancto*. Ex quo loco vti & superiori colligitur, D. Ambrosium sermone 31. non improbare quinquagesimam ieiunantes, sed quadragesimam negligentes, dum scribit: *Nonnulli Christianorum, fratres, existimantes se diuinitatis præcepta religiosius obseruare, prætermissa deuotione quadragesimæ, quinquagesimam se facere mentiuntur: cum id neque diuinis literis iubeatur, neque traditum sit authoritate maiorum*. Agit de illis, qui quinquagesimam sese ieiunare asserebant, dum ne- qua-

Ignatius martyr.

Catalogus Romanorum Pontif.

Ambrosius dom. in sexag.

quadragesimam quidem obseruabant.

Præclarum de obseruata secundo Christi sæculo quadragesima testimonium habemus ex ijs, quæ contra Montanistas tunc docuit Ecclesia. Montanus, qui cum duabus suis prophetissis Priscilla, & Maximilla nouas paracleti prophetias, ac reuelationes fingebat, de ipso ieiunio nouitatem introducere tentauit, de quo Applonius apud Eusebium libro 5. capite 18. *Hic est, qui ieiuniorum leges imposuit*. Diuus Hieronymus epistola 54. ad Marcellam leges illas ieiuniorum exposuit, cum de moribus Montanistarum agens scripsit: *Nos vnam quadragesimam secundum traditionem Apostolorum, toto anno tempore nobis congruo ieiunamus: illi tres in anno faciunt quadragesimas quasi tres passi sint Saluatores*. Atque ad hanc sectam cum defecisset Tertullianus, librum de ieiunijs contra Catholicos edidit, vbi capite primo fatetur de Catholicis: *Arguunt nos, quod ieiunia propria custodiamus*. Et capite secundo Catholicorum fundamentum allegat: *Certè in Euangelio illos dies ieiunijs determinatos putant, in quibus ablatus est sponsus, & hos esse iam solos legitimos ieiuniorum Christianorum*. Quo testimonio nullum aliud manifestius desiderari potest, cum & Catholici adderent, *sic & Apostolos obseruasse, nullum aliud imponentes iugum certorum, & in commune omnibus obeundorum ieiuniorum*. Quibus verbis confirmant, Apostolos hos ieiunij dies pro tota sub cœlo Ecclesia statuisse, id quod nullibi negare ausus fuit Tertullianus, qui ex imperio nouæ disciplinæ, præscribente, vt dicebat per Montanum, Spiritu sancto, alias duas quadragesimas vltra illam antiquitus obseruatam defendebat: *Præscribitis*, inquit, contra Catholicos Tertullianus capite 13. *constituta esse solemnia huic fidei, scripturis, vel traditione maiorum, nihilque obseruationis amplius adijciendum, ob illicitum innouationis*. Et contra hoc vltimum solummodo scribit Tertullianus, Spiritus sancti, quem per Montanum noua ieiunia præcipere errabat, authoritatem obijciens.

Apollonius. Hieronymus. Tertullianus.

Addit in eodem capite 13. Tertullianus, id ipsum sibi Episcopos tribuere, adeoque Spiritui sancto non negandum: & hac occasione scribit: *Aguntur præterea per Græciam, illa certis in locis concilia ex vniuersis Ecclesijs, per quæ & altiora quæque in commune tractantur*. Et plura reuera tunc temporis in Græcia occasione Paschatis celebrata fuisse Concilia, testis est Eusebius Cæsareensis in Palæstina Episco-
,, pus libro 5. capite 23. Omnes,
,, inquit, per Asiam Ecclesiæ ve-
,, tusta quadam traditione nixæ,
,, quarta decima luna salutaris
,, Paschæ festum diem celebran-

Eusebius versione Valesij.

dum

,, dum esse censebant, quo die
,, præscriptum erat Iudæis, vt
,, agnum immolarent, eaque
,, omnino luna, in quemcumque
,, demum diem septimanæ incidisset, finem ieiunijs imponendum esse statuebant: cum tamen reliquæ totius orbis Ecclesiæ alio more vterentur, qui ex Apostolorum traditione profectus etiamnum seruatur, vt scilicet non alio, quam resurrectionis die ieiunia solui liceat. Synodi ob id, cœtusque Episcoporum conuenêre, atque omnes vno consensu Ecclesiasticam regulam vniuersis fidelibus per epistolas tradiderunt: ne videlicet vllo alio, quam dominico die mysterium resurrectionis Domini vmquam celebretur, vtque eo dumtaxat die Paschalium ieiuniorũ terminum obseruemus. En Concilia, quorum mentionem facere potuit Tertullianus, vtpote celebrata ad finem secundi sæculi, cum librum de ieiunijs nonnisi inchoato tertio sæculo scripserit. Notanda autem sunt verba Eusebij, quibus indicat, hisce Concilijs non solùm statutum fuisse de die Paschatis, sed etiam de termino ieiuniorum vtique quadragesimalium.

Vixit eodem tempore in Gallijs sanctus Ireneus Lugdunensis, qui in epistola ad Victorem Papam nomine suæ Ecclesiæ transmissa scribit de eadem controuer- Irenęus.
,, sia: Neque enim de die solum controuersia est, sed etiam de forma ipsa ieiunij. Quidam enim existimant vnico die sibi ieiunandum esse: alij duobus, alij pluribus: nonnulli etiam quadraginta horis Canon 9. diurnis, ac nocturnis computatis diem suum metiuntur. Atque hęc in obseruando ieiunio varietas, non nostra primùm ætate nata est, sed longo antea apud maiores nostros cœpit: qui negligentius vt verisimile est præsidentes, ex simplicitate & imperitia ortam consuetudinem posteris tradiderunt. Refert hanc Irenæi epistolam Eusebius libro 5. capite 24. & post laudata verba à se citata subdit Christianus Lupus in scholijs ad primum Gregorij septimi Romanum Concilium pa-
,, gina 72. Vnicus ille dies, Christ. Lupus. cuius meminit Irenæus, erat magna sexta feria. Hic locus erat apud omnes in præcepto, reliqui erant variæ consuetudinis, & quæuis Ecclesia in suo sensu abundabat. Putabat nimirum vir ille eruditus, quod nullum ieiunium toti Ecclesię prima Patrum disciplina pręfixisset, *nisi magnam sextam feriam, & sabbatum sanctum*. Verum pace viri mihi quondam amicissimi, & nunc communi bonorum luctu defuncti, malè colligitur id ex loco Diui Irenęi, cuius verba non sunt intelligenda de ieiunio quadragesimæ, sed septimanæ sanctæ, quam antiquitus à ieiunio

qua-

quadragesimæ distinctam fuisse hisce verbis ostendit D. Epiphanius in expositione fidei, numero 22.

Epiphanius. ,, Cęterum ante septem Paschatis ,, dies quadragesimam obseruare ,, eadem consueuit Ecclesia: Do- ,, minicis vero nullis omnino, ,, adeoq; nec ipsius quidem qua- ,, dragesimæ ieiunare solet: præ- ,, terea sex illos paschatis dies Xe- ,, rophagijs, hoc est arido victu, ,, transire populus omnis assueuit, ,, hoc est panem dumtaxat cum ,, aqua sub vesperam adhibere: ,, imo vero nonnulli ad biduum, ,, vel triduum, vel quatriduum ,, vsque ieiunia prorogant: alij ,, totam hebdomadam ad vsque ,, sequentis Dominici galliciniū ,, sine cibo transmittunt: perui- ,, gilia vero sex obeunt, ac toti- ,, dem synaxes: quę tota quadra- ,, gesima post horam nonam ad ,, vesperam vsque celebrantur. Ita D. Epiphanius versionis Petauij, qui rectè obseruat in animaduersionibus folio 361. & sequenti, differentiam constitui ab Epiphanio inter ieiunium paschatis aut maioris hebdomadæ, qua non modo Xerophagia sed & continuata pluribus diebus ieiunia obseruabantur à Christianis:

Et ne quisquam putet, Epiphanium id primo tradidisse, adsunt constitutiones sub nomine Apostolorum ante Epiphanium editæ, quæ cum plures traditiones Apostolorum contineant, ita

Constitut. Apostol. lib. 5. cap. 12. ,, habent libro 5. capite 12. Ser- ,, uandum vobis est ieiunium ,, quadragesimæ; quod vitæ ,, Christi, & legis latæ recorda- ,, tionem continet. Celebretur ,, vero ieiunium hoc ante ieiu- ,, nium paschæ, incipiens qui- ,, dem à secunda feria, desinens ,, vero in sextam: deinde dimis- ,, so ieiunio, incipite sanctam ,, hebdomadam paschæ, ieiuna- ,, teque omnes cum timore, & ,, tremore. An apertius ieiunium paschæ distingui poterat à quadragesima. Et de hoc paschatis ieiunio habetur libro 5. capi- ,, te 17. Ieiunate igitur diebus ,, paschæ incipientes à secunda ,, feria vsque ad sextam, & sab- ,, batum: sex diebus pane tan- ,, tum sale, oleribus, & aqua ,, mensæ adhibitis. Abstinete ,, his diebus vino & carne: dies ,, quippe luctus, & non festi ,, sunt: sexta tamen feria & sab- ,, bato ex toto manete ieiuni, ,, qui ita firmis viribus estis, vt ,, ferre possitis, nihil prorsus gu- ,, stantes, vsque ad nocturnum ,, galli cantum. Si quis vero ,, propter imbecillitatem vtrum- ,, que diem coniūngere non po- ,, tuerit, saltem sabbatum ser- ,, uet. Ad hæc verba *diebus Paschæ* notatur in margine. ἑβδομάδα τῆς ξηροφαγίας, quibus innuitur, verum esse, quod scripsit Epiphanius, sex illos paschatis dies Xerophagijs transigi consueuisse, pro quorum vlteriori notitia audiendus Tertullianus libro de ieiunijs capite Quod etiam Xe- ,, rophagias obseruemus, siccan- Tertullianus.

„ tes cibum ab omni carne, & „ omni iurulentia, & viridiori- „ bus quibusue pomis, ne quid „ vinositatis vel edamus vel po- „ temus. Vltra hebdomadam sanctam, aliam hebdomadam addiderat Montanus vni ex quadragesimis, qua Xerophagias obseruandas præscripserat, cumque Catholici vnicam tantum quadragesimam obseruarent, & in ea pro variarum Ecclesiarũ ritu Xerophagias vel vno vel pluribus diebus in hebdomada sancta admittebant, obiecerunt Montano eiusq; asseclis, hæc ex arbitrio agenda esse, non ex imperio: & hinc iam intelliges D. Irenæum: *Quidam existimant vnico die sibi esse ieiunandum, alij duobus, alij pluribus; nonnulli etiam quadraginta horis diurnis, ac nocturnis computatis diem suum metiuntur.* Sic etiam intelliges Dionysium Alexandrinum, qui ab Episcopo Basilide interrogatus de hora, qua ieiunium paschatis soluendum erat, „ habet inter alia: Quandoqui- „ dem nec sex ieiuniorum dies „ æqualiter, nec similiter omnes „ expectant: sed alij quidem vel „ omnes transmittunt ieiuni per- „ manentes, alij duos, alij tres, „ alij quatuor, alij mittunt nullũ. Hæc enim de ieiunio paschatis dicta esse, nemo non videt.

Irenæus. Dionysius Alexan.

Quod autem tota quadragesima fideles ieiunabant, testis est Eusebius loco superius citato, qui agens de festo paschatis: *Cum extra Asiam,* inquit, *reliquæ totius orbis Ecclesiæ alio more vterentur, qui ex Apostolorum traditione profectus etiamnum seruatur, vt scilicet non alio, quam resurrectionis die ieiunia solui liceat.* Floruit Eusebius ab initio quarti sæculi, vtpote qui iam Cæsareensis Episcopus interfuit sacro Nicæno Concilio. Cum autem ab Apostolis vsque ad sua tempora ieiunia non nisi paschatis die soluta fuisse indicat, Ecclesiam tribus primis sæculis quadragesimam vsque ad pascha obseruasse confirmat. Tam indubitatum id erat istis temporibus, vt ipsum Nicænum Concilium canone 5. statuens singulis annis duo Concilia per prouincias celebranda, quadragesimæ mentionem faciat, absque eo quod aliquid circa illam constituat. μία μὲν πρὸ τῆς τεσσαρακοστῆς. *vnum quidem ante quadragesimam.* Constantinus quoque Imperator in epistola ad Episcopos, qui Nicææ non adfuerant, agens de paschate vbique terrarum à Christianis eodem die celebrando, supponit ieiunium quadragesimæ eodem die esse terminandum etiam ab Asianis, qui quarta decima luna ante Dominicam Pascha celebrantes, quandoque ieiunium absoluebant, reliquis Christianis adhuc ieiunan- „ tibus: Vestræ igitur sanctita- „ tis prudentia, inquit Constan- „ tinus, secum reputet, quam „ graue & indecorum sit, vt iis- „ dem diebus alij ieiunijs va- „ cent, alij agitent conuiuia:

Eusebius. Canon 5. Nicæn. Constantinus Magnus.

ac

,, ac post dies paschatis, alij in ,, festis & animorum remissione ,, versentur, alij præscriptis ieiu-,, nijs se dedant. Etiam in Græco habetur: ὡρισμέναις νηστείαις, *præscriptis ieiunijs*, quę verba notanda sunt, cum quadragesimam statuta lege obseruandam esse supponant: habemus de illo canonem 50. Laodicenum, qui disertis verbis statuit: ὅτι οὐ δεῖ ἐν τῇ τεσσαρακοστῇ τῇ ὑστέρᾳ ἑβδομάδι τὴν πέμπτην λύειν, καὶ ὅλην τὴν τεσσαρακοστὴν ἀτιμάζειν· ἀλλὰ δεῖ πᾶσαν τὴν τεσσαρακοστὴν νηστεύειν ξηροφαγοῦντας. *Quod non oporteat in quadragesima in vltima septimana quinta feria ieiunium soluere; totamque quadragesimam sine veneratione transire: magisque conueniat omnem quadragesimam districto venerari ieiunio.* Hæc iuxta Dionysij exigui versionem, quæ tam correcta non est, vt omitti debeat hæc genuina: *Quod non oporteat in quadragesima vltima septimana ieiunium quinta feria soluere, & totam quadragesimam iniuria afficere: sed oporteat totam quadragesimam ieiunare xerophagia obseruantes.* Exceptis duobus vltimis verbis reliqua sunt versionis Gentiani Herueti. Cum autem canon statuat, nequidem ieiunium soluendū esse feria quinta, quam teste Augustino plerique Catholici non ieiunabant, quis non videt, quadragesimam ex præcepto obseruandam fuisse?

Canon 50. Laodic.

Primus, qui ieiunia liberæ obseruationis esse somniauit, fuit Eustathius Sebastenus Arianarum partium Episcopus, qui tradita in commune ieiunia, & ab Ecclesia custodita non verebatur dissoluere. Diebus verò Dominicis & solemnioribus festis ieiunabat, vt ieiunia libera esse ostenderet. Habuit teste Epiphanio hæresi 75. pro sodali Aerium, ambo enim monasticum vitæ genus amplexi, ambo in eosdem fermè errores prolapsi sunt: plerosque enarrat Epiphanius loco citato, vbi de Aerio: Sed neque ieiunij, in-,, quit, instituendi vlla ratio est. ,, Hæc enim omnia Iudæorum ,, propria sunt, & cuidam serui-,, tutis iugo subiecta: quippe ,, iusto nulla lex posita est, sed ,, parricidis, ac matricidis dum-,, taxat, & id genus alijs. Nam ,, si ieiunare omninò decreue-,, rim, quacumque libuerit die, ,, spontè & integra libertate ,, ieiunabo. Idem adnotat Concilium Gangrense in synodica ad Armenos Episcopos, multa nimirum indecenter fieri ab his, qui Eustathium secuti sunt, & inter alia, *ieiunia, quæ in Ecclesia prædicantur, contemnenda asseruisse*; contra quos statuendum duxit canone 19. *Si quis eorum, qui exercentur absque corporali necessitate se insolenter gerat, & tradita ieiunia, quæ communiter seruantur in Ecclesia, dissoluat, perfecta in eo residente ratione, sit anathema.* Ita Synodus Gangrensis, cui, si quibusdam latinis codicibus credimus, Osius Cordu-

Epiphanius.

Synodus Gägrensis.

bensis adfuit, qui tamen in Græcis abest, vt, quod aliqui ex eo deducunt de celebrato circa annum 324. Gangrensi Concilio, caducum sit & firmo fundamento destitutum. Diu post Nicænum Concilium celebratum fuisse existimem, cum constet ex Socrate libro 2. capite 43. versionis Valesianæ, etiam post medium quarti sæculi celebratum fuisse, à quo tempore tam multa habemus sanctorum Patrum testimonia, vt verè dixerit Petauius in notis ad E- Petauius fol. 360.
,, piphanium: Quod ea res infi-
,, nitis antiquorum Patrum, ac
,, Conciliorum testimonijs ex-
,, plorata sit, nihil vt impruden-
,, tius ab hodiernis hæreticis ir-
,, rideri, repudiarique soleat.

CAPVT SECVNDVM.

De quadragesima post Aerij hæresim vsque ad tempora Gregorij Magni.

VT nouatorum in oppugnando quadragesimæ ieiunio peruersitas demonstretur, vel vnicus Diui Basilij locus sufficeret, vtpote qui homilia 2. de ieiunio agens, asserit de quadragesima D. Basilius. edictum toto terrarum orbe promulgatum esse: *Nulla insula*, inquit, *nulla regio*, *nulla prouincia*, *nulla ciuitas*, *nulla natio*, *nullus denique vel vltimus*, *disiunctissimusque locus est*, *quò non peruenerit ieiunij præconium: imo vero militum cohortes*, *viatores*, *nautæ*, *mercatores*, *omnes denique quicumque sint*, *hoc ieiunij edictum*, *&* *audiunt*, *&* *gaudenti animo amplectuntur*. *Quamobrem nemo quisquam se excludat*, *nemoque se eximat ordine ieiunantium*, *quo ordine omne hominum genus*, *omnis ætas*, *omnes dignitatum gradus censentur*. Loquitur omnino sanctissimus ille Cæsareæ Cappadociæ exarchus de quadragesimæ ieiunio, quod vbique terrarum indicebatur ob diem paschatis, qui iuxta Nicænum Concilium seruari debebat Dominica post decimam quartam lunam, vnde & ipse Basilius paschatis die orationem habens ad populum ebrietati & luxui deditum, miseros illos proclamat: *Si enim in tot admonitionibus*, inquit, *quas &* *superiori tempore vos adhortando non præteriuimus*, *&* *deinceps septem istis ieiunij hebdomadis nocte ac die per Euangelicam vos doctrinam sine intermissione obtestati*, *nihil penitus profecimus*: *qua vos spe hodierna die alloquemur amplius, aut adhortabimur?* Cæsareensis ciuitatis populum tota quadragesima ieiunasse, clarius testari non potuit Diuus Basilius, cuius coætaneus & amicus Gregorius Nazianzenus Episcopus oratione quadragesima non modo lau-

laudat quadragesimæ ieiunium, sed & epistola 74. Celusium arguit, quod prætermissa lege ieiunij, quam diuinam vocat, iudicem agat: *Iniquè agis ò iudex, qui non ieiunes. Et quomodo leges humanas seruabis, qui diuina contemnis, ac pro nihilo ducis?* Meminit D. Basilius edicti de ieiunio vbique terrarum promulgati; habemus autem formam edicti in litteris paschalibus Theophili Patriarchæ Alexandrini, in quarum prima ad totius Ægypti Episcopos transmissa, laudat pœnitentiam; Qua cum, inquit, poterimus imminentium ieiuniorum iter carpere, incipientes quadragesimam à trigesima die mensis Mechir: & hebdomadam salutaris paschæ, quinta die mensis Pharmuthi, finientesque ieiunia secundum Euangelicas traditiones, vespere sabbati, decima die Pharmuthi: & illucescente statim Dominica, festa celebremus vndecima die eiusdem mensis. Similia habet secunda Paschalis epistola, sed & tertia hisce verbis: Incipient sanctæ quadragesimæ ieiunia ab vndecima die mensis Pharmenoth, & hebdomadæ Dominicæ Passionis sexta decima die mensis Pharmuthi. Et finiamus ieiunia vespere sabbati, vigesima prima die eiusdem mensis Pharmuthi, & sequenti die Dominica, pascha celebremus vigesima & secunda die eiusdem mensis. Vertit hasce epistolas Diuus Hieronymus, qui licet natione Dalmata esset, dudum Palæstinam inhabitauit, & epistola 54. disertis verbis scriptum reliquit de Catholicis: *Nos vnam quadragesimam secundum traditionem Apostolorum ieiunamus.* Theophilo quoque contemporaneus sanctus Epiphanius Salaminæ in Cypro Episcopus in expositione fidei: *Quadragesimam obseruare, atque in ieiunijs perseuerare eadem consueuit Ecclesia.* Diuus Ambrosius Mediolanensis in Italia Episcopus sermone 31. *Quisquis ergo Christianus consecratam ieiunando non impleuerit quadragesimam, præuaricationis & contumaciæ reus tenebitur, quod legem diuinitus pro salute sua datam prandendo ipse rescindit ...... dicite autem mihi interrogo vos, qui in quadragesima prandetis, si non in conscientijs vestris rei estis, quod abstinente toto populo, vos soli contra præceptum Domini deuoratis?* Et sermone 39. *Quadragesimam in totum non obseruare, sacrilegum est: ex parte violare peccatum est.* Et post Ambrosium D. Augustinus inter hæreses Aerij recenset eapite 53. *Nec statuta solemniter celebranda esse ieiunia, sed cum quisque voluerit, ieiunandum, ne videatur esse sub lege.* Quid plura ex quarto sæculo testimonia proferam? cum ab Augustino inter hæreticos deputentur, qui ieiunia liberæ obseruationis

Greg. Nazianz. — Theoph. Alexand. — D. Hieronymus. — S. Epiphanius. — D. Ambrosius. — D. Augustinus.

tionis esse somniarunt.

Habemus ad initium quinti sæculi Cassianum ex Monacho Scytha Abbatem Massiliensem, qui collect. 21. introducit Abbatem

Cassianus. ,, Theonem sic loquentem: Porrò quod dicitis, diuerso more, id est sex vel septem hebdomadibus per nonnullas prouincias quadragesimam celebrari: vna ratio, idemque ieiuniorũ modus diuersa hebdomadarum obseruatione concluditur. Hi enim sibi sex hebdomadarum obseruantiam præfixerunt, qui putant, die quoque sabbati ieiunandum. Sex ergo in hebdomada ieiunia persoluunt, qui eosdem sex & triginta dies sexies recoluta consummant. Addit triginta sex dies esse decimas totius anni, quas per ieiuniũ Deo consecramus: Omniũ enim dierum numerus, quibus reuolutus in orbem annus includitur, triginta sex semis dierum numero decimatur. In septem vero hebdomadibus, si dies Dominici & sabbata subtrahantur, quinque & triginta supersunt dies ieiunijs deputati; sed adiecta illa vigiliarum die, qua vsque in gallorum cantum illucescente Dominica ieiunium sabbati protelatur, non solum sex & triginta dierum numerus adimpletur, verum etiam pro decimis quinque dierum, qui residui videbantur, si illud quod superest adiectum noctis spatium computetur, plenitudini totius summæ omnino nihil deerit. Eadem docet Abbas Dorotheus, qui inter quarti sæculi Patres editus habetur in Bibliotheca SS. PP. editionis nouissimæ, & doctrina 15. indicat per Apostolos has decimas populo Christiano impositas: *Hæc est decimatio*, inquit, *quam nobis in pœnitentiam & purgationem peccatorum nostrorum Apostoli sancti consecrarunt.* Abbas Dorotheus.

Varia habemus ex hisce Patrum testimonijs notatu digna, ac primo quidem, alicubi sex septimanis, alibi septem, quadragesimam constasse. Secundò, qui sex septimanis quadragesimam absoluebant, per singulas septimanas ieiunasse sex diebus etiam sabbatis. Tertiò, qui septem septimanis quadragesimam agebant, per singulas septimanas non ieiunasse nisi quinque diebus, exceptis nimirum Dominicis & sabbatis. Quarto, qui sabbatis quadragesimæ non ieiunabant, ieiunium obseruasse sabbato sancto. Quinto, septies quinos dies conficere triginta sex, quibus antiquitus quadragesimæ ieiunium constabat, vnde licet D. Chrysostomus homilia 73. ad populum Antiochenum velit, vt *totam ieiunemus quadragesimam*, dicit tamen sermone primo de ieiunio: Chrysostomus. *Ieiunauit Daniel triginta sex dierum hebdomadas .... & ipse præfigurabat Ecclesiæ consuetudinem.* Fuit D. Chrysostomus

ex presbytero Antiocheno creatus nouæ Romæ Episcopus, qui quadragesimam triginta sex diebus constare testatus est, licet optimè sciret, quadragesimam Constantinopoli septem hebdomadibus constare, testatur namque Sozomenus libro septimo capite 19.

Sozomenus.
,, Quadragesimam, alij quidem
,, sex dierum septimanis compu-
,, tant, vt Illyrij & Occidenta-
,, les, totaque Africa & Ægy-
,, ptus ac Palæstina: alij verò,
,, septem hebdomadas compu-
,, tant, vt Constantinopoli &
,, per cunctas in circuitu prouin-
,, cias vsque ad Phœnicem.
,, Nonnulli è sex aut septem illis
,, hebdomadibus, tres per inter-
,, ualla ieiunant. Alij tres simul
,, hebdomadas paschale festum
,, proximè antecedentes conti-
,, nuant: quidam duas tantum,
,, vt Montanistæ. Sed neque
,, omnes eodem tempore aut eo-
,, dem modo, in Ecclesiam con-
,, ueniunt. Alij enim sabbato
,, perinde ac Dominico die con-
,, uentus agunt, vt Constanti-
,, nopoli, ac fere vbique. Ro-
,, mæ vero & Alexandriæ non
,, item.

Præclarus est hic Sozomeni locus, quo corrigitur Socrates, qui libro 5. capite 22. varias de ieiuniorum obseruantia consuetudines adducit tamquam essent diuersarum Ecclesiarum, quæ tamen erant vel hæreticorum, vel particularium quadragesimam non obseruantium, adeoque legis transgressorum. Eodem tempore, quo Socrates, floruit & Sozomenus, vterque eodem tempore deguit Constantinopoli, sed vnus post alium scripsit, & Sozomenus post Socratem scribens eiusdem errores sæpius correxit. Quæ autem Socrates quoad Ecclesiæ disciplinam errauit, sunt varia. Ac primo quidem scripsit Socrates: *Qui Romæ sunt, tres continuas hebdomadas ante pascha, exceptis sabbato & Dominico die ieiunant.* Socrates. Quot verba, tot fermè mendacia: vnde Sozomenus Romanos inter occidentales comprehendens scribit, eos quadragesimam sex dierum septimanis computare. Dicit secundo Romanos etiam sabbatum excipere, at certum est Romanos etiam sabbato ieiunasse, testante Diuo Augustino epistola 118. ad Ianuarium: *Quando hic sum, non ieiuno sabbato, quando Romæ sum, ieiuno sabbato.* Augustinus. Scripsit hæc D. Augustinus existens Mediolani, vbi singulis totius anni sabbatis non ieiunabatur, sed Romæ; de cuius consuetudine plurima congerit Innocentius primus epistola prima ad Decentium Eugubinum numero 4. vbi probat: *Sabbato ieiunandum esse.* Quod si autem singulis totius anni sabbatis Romæ obseruabatur ieiunium, qua impudentia Socrates scribere ausus fuit, eos, qui Romæ sunt, etiam in quadragesima sabbatis non ieiunasse?
,, dicit tertio: Alij rursus diuer- Socrates.
,, sum ab illis morem secuti, se-

pti-

,, ptima hebdomade ante pascha ,, ieiunium ordiuntur, ac tres ,, dumtaxat septimanas quinque ,, dierum singulas per interualla ,, ieiunantes, nihilominus hoc ,, tempus ipsi quoque quadrage- ,, simam appellant. Verùm, qui occidentali Ecclesiæ falsa imposuerat, priuatorum quorumdam mores hic pro indubitata Ecclesiæ disciplina venditat. Extat apud Photium numero 107. excerpta ex libro Basilij Cilicis, qui Ioannem Scythopolitanum hoc titulo arguit, quod *sacrum quadragesimæ tempus ad tres tantum hebdomadas reuocarit*. Addit eum hominem fuisse hæresibus addictum: tantum abest, orientales Ecclesias eius mentem fuisse secutas. Quamuis enim Photius Ioanni Scythopolitano fauere videatur, quoad tempus tamen quadragesimæ non fauebat probata Ecclesiæ disciplina. Sicut enim ex Sozomeno vidimus, Palæstinam, Ægyptum, Illyricum & Africam vnà cum cæteris occidentis Ecclesijs sub Romano Pontifice vt Patriarcha constitutis sexies sex dies pro quadragesimali ieiunio computasse, ita & ex eodem Sozomeno habemus, Thraces & cæteros Græcos vsque ad Phœniciam, hoc est fideles sub Patriarchis Constantinopolitano, & Antiocheno constitutos septies quinque diebus in quadragesima ieiunasse: adeoque omnem sub cœlo Ecclesiam eumdem triginta sex dierum numerū computasse pro quadragesimali ieiunio.

Photius. num.107.

Et de hac quadragesima extant tot testimonia Patrum quinti, & sexti sæculi, vt ipsi nouatores ea denegare non audeant. Videri possunt homiliæ Paschales Cyrilli Patriarchæ Alexandrini, quibus primum diem quadragesimæ, & primum diem hebdomadæ sanctæ, ac ipsum paschatis diem designans sex septimanis totum ieiunij tempus comprehendit. Totidem dies intellexit Petrus Chrysologus Rauennatis Episcopus; cum, sermone 165. quem prima Dominica quadragesimæ habuit, dixit: *Ecce quadragesimæ ieiunium, quod deuotione solemni die crastina suscipit vniuersalis Ecclesia*. Nec plures intellexit Leo Magnus, cum 12. sermonibus de ieiunio quadragesimali sæpius mentionem faciat de *quadraginta dierum continentia*, *quadraginta dierum ieiunijs*, *quadraginta dierum exercitatione à fidelibus obseruandis*. Loquitur enim sanctissimus ille Pontifex de ieiunio, quod quadragesimæ nomen à primis temporibus obtinuerat, licet non nisi triginta sex dies ieiunio dicatos habebat. Et vt hoc manifestum fiat, ad hæc verba Euangelij: *Et cum ieiunasset quadraginta diebus & quadraginta noctibus*, commentatur Diuus Gregorius Magnus homilia 16. *Sed quid his diebus lectio congruit, nam quadraginta dierum abstinentiam no-*

D. Petrus Chrysol.

Leo I.

Matth. 4.

Gregorius M.

nostri Redemptoris audiuimus, quia quadragesimæ tempus incboamus, discutiendum nobis est, cur hæc ipsa abstinentia per quadraginta dierum numerum custoditur. Addit plura de Moysis, & Eliæ, & Christi quadraginta dierum ieiunijs, & subdit: *A præsenti etenim die vsque ad paschatis solemnitatis gaudia sex hebdomadæ veniunt, quarum videlicet dies quadraginta duo fiunt. Ex quibus dum sex dies Dominici abstinentiæ subtrahuntur, non plus in abstinentia, quam triginta sex dies remanent*.

Licet clarum sit D. Gregorij testimonium de 36. diebus ieiunij, quæri tamen potest, an à Diuo Gregorio nihil noui statutum sit quoad dies ieiunij? Primo enim difficultas moueri potest de quintis ferijs, de quibus habet catalogus octauo sæculo conscriptus ad pontificatum Melchiadis Papæ, qui initio quarti sæculi floruit: *Hic constituit nulla ratione die Dominica aut quinta ieiunium quis de fidelibus ageret; quia eos dies pagani quasi sacrum ieiunium celebrabant*. Ijsdem verbis illud refert liber Pontificalis: & plane Romæ obseruatum fuisse, putat Christianus Lupus tomo tertio ad quintam calumniam Michaelis Cærularij scribens: *Quod quintas etiam per quadragesimam ferias latina olim Ecclesia, vtique ex sancti Melchiadis instituto non ieiunauerit*. Tradit in epistola ad Casulanum presbyterum sanctus quoque Augustinus: *Apud Romanos quinta sabbati ieiunandum non videtur*. Id quoque lucidissimè tradit in priori ad Ianuarium epistola. Porrò Carolum Magnum Melchiadis decretum in authoritatem recepisse, constat ex eius epistola ad Alcuinum Flaccum, & post eum Walfridus Strabo:

Catalogus M.S.

Christ. Lupus.

Augustinus.

,, Melchiades statuit, vt nulla ratione Dominica die, aut quinta feria ieiunii quis fidelis ageret. Pagani enim his diebus quasi ieiunia frequentabant. ideo Beatus Gregorius in dispositione officiorum anni infra quadragesimam, quintam feriam vacantem dimisit: vt, quia festiua erat veluti Dominica, etiam officio diei Dominicæ celebris haberetur. Quæ quinta feria, quoniam cœpit vt cæteris ieiunijs applicari, Gregorius iunior statuit, eam missis & orationibus esse solemnem. Et liber Pontificalis in Gregorio secundo: *Gregorius quadragesimali tempore, vt in quinta feria ieiunium atque missarum celebritas fieret in Ecclesijs, quod non agebatur instituit*. Eadem habent Marianus Scotus, & Sigebertus Gemblacensis: ex quibus plura consequi necesse est, ac primum quidem Romæ non sex tantum, sed septem septimanis ieiunatum fuisse; secundo hoc obseruatum fuisse à Melchiade Papa vsque ad Gregorium secundum.

Vvalafridus Strabo.

Verum hæc mihi sedulò consideranti occurrit, omnia firmo fundamento destitui. Decretum Melchiadis Papæ non inuenitur in Catalogo Romanorum Pontificum tempore Iustiniani Imperatoris confecto; adiectum illud primùm fuit tempore Caroli Magni tertio catalogo à nobis in Antiquitate illustrata edito. Ante illud tempus nulla mentio reperitur de quintis ferijs non ieiunandis in Romana Ecclesia; quod Diuus Augustinus epistola ad Casulanum scribit de quinta sabbati, omnino intelligendum est de quinta feria maioris hebdomadæ, vt etiam clarè constat ex epistola ad Ianuarium: & hanc quintam feriã non ieiunarunt Romani tempore Diui Augustini, videntur tamen sæculo sexto ieiunasse, cum in authoritatem receperunt canones Græcorum à Dionysio exiguo latinitate donatos, inter quos Laodicenus statuit, *non licere quinta feria maioris hebdomadæ ieiunium soluere*. Eumdem canonem collectioni suæ inseruit Martinus Braccarensis Episcopus sub titulo 50. quæ à Concilio Lucensi probari meruit anno 572. & Gregorius Magnus omnino id Romæ seruatum fuisse supponit, cum aliàs à feria post primam Dominicam quadragesimæ vsque ad pascha non reperirentur 36. dies ieiunij, quos tamen Romæ obseruatos fuisse clarissimis verbis indicauit. Gregorius secundus dicitur constituisse, vt quinta feria, ieiunium atque missarum solemnitas celebraretur, quod author asserit antea factum non fuisse; non quod intelligat per hoc, antea ieiunium obseruatum non fuisse quinta feria maioris hebdomadæ, sed missarum celebritatem simul cum ieiunio actam non fuisse, quam celebritatem non obstante ieiunio Gregorius secundus instituit. Proinde multum aberrarunt qui putant singulis quadragesimæ ferijs quintis Romanos ieiunium soluisse ex instituto Melchiadis Papæ. Qui hoc primus orbi Catholico obtrudit, fuit author decretalium epistolarum, quas ex Hispania per Riculphum in Galliam adductas fuisse constat. Potuit ex epistola Melchiadi Papæ adscripta id ipsum collegisse Carolus Magnus, & post eam illud per plura loca vulgari, ac ita plures scriptores in errorem trahi.

Aliud, quod secundo quæri potest de Diuo Gregorio, est illud de quatuor diebus vltra sex septimanas, quibus iam inde ab ipsius tempore Romanam Ecclesiam ieiunasse putant plures grauiores authores, quorum sententia non videtur fundamento destitui. Enimuero sacramentarium Gregorij Magni ab Hugone Menardo editum, habet missam intra quinquagesimam cum hoc titulo: *Feria quarta caput ieiunij*. Et libri tres sacramentorum Romanæ Ecclesiæ nuper Romæ editi à Iosepho Thomasio ex codice pertinente Sacramentarium Greg. M.

te

te ad Bibliothecam Sereniſſimæ
Reginæ Sueciæ habent intra quin-
quageſimam orationes pro miſſa
cum titulo ſequenti: *In ieiunio*
prima ſtatio feria quarta. Ve-
rum antequam alia adducamus
eruditorum fundamenta, notan-
dum omnino cum ipſo Hugone
Menardo, quod in ſcholijs ad ſa-
cramentarium Gregorij Magni,
Hugo Menardus. habet ad locum citatum: *Hanc*
celebritatem, ſeu miſſam adiectam
eſſe poſt obitum ſancti Gregorij
certum eſt, cum illius tempore
quatuor illos ante quadrageſimam
dies, nulla ieiunij lex inuolueret,
vt clarum eſt ex ipſo ſancto Gre-
gorio homilia 16. in Euangelia.
Enimuero refert ibi Gregorius,
ieiunium incipere à feria poſt Do-
minicam primam quadrageſimæ,
& totum quadrageſimale ieiu-
nium 36. diebus conſtare: de qui-
bus rectè ſcribit Petrus Bleſenſis
Petrus Bleſenſis. ,, ſermone 13. Apoſtolica tra-
,, ditio fuit 36. diebus ieiunare
,, ante Paſcha. Audientes enim
,, fructuum decimas ſibi Domi-
,, num vindicare, nihilominus
,, & dierum decimas Deo ſan-
,, ctificare ſtatuerunt: ſubſe-
,, quentes vero Patres Apoſtoli-
,, ci quatuor ſuperaddiderunt
,, dies, vt numerus Dominici
,, ieiunij adimpleretur. Tradi-
tionem eſſe Apoſtolicam rectè aſ-
ſerit Petrus Bleſenſis: licet enim
orientalis Eccleſia ſeptem, occi-
dentalis ſex ſeptimanis quadrage-
ſimam comprehenderet, vtraque
tamen nonniſi 36. diebus ieiuna-
bat. Obſeruatum id fuit vſque
poſt tempora Gregorij Magni,
quando Heraclius Imperator qua-
drageſimæ octauam ſeptimanam
adiecit, vt colligi poteſt ex Trio-
,, dio, vbi: Eam quidam refe- Triodiū.
,, runt, Imperatorem Heraclium,
,, cum prius carnes in ea conce-
,, derentur, abſtinentiæ diebus
,, aggregaſſe, & ſolius caſei in
,, ea deguſtandi licentiam feciſ-
,, ſe. Continuis quippe ſex annis
,, cum Choſroe dimicans Deo
,, vouit, vt ſi aduerſus eum præ-
,, ualeret, licentiam carnes in
,, hac hebdomada comedendi
,, mutaret, eamque mediam in-
,, ter ieiunium & delicioſas epu-
,, las conſtitueret. Et hæc eſt
omnino origo, vnde quatuor dies
à latinis quadrageſimæ adiecti eſſe
videntur. Cum enim Græci iam
non amplius 36. diebus, ſed per
octo ſeptimanas præter vigiliam
paſchæ quadraginta diebus abſti-
nerent, Latini à Græcis, & for-
ſan ab ipſo Imperatore Heraclio
rogati, numerum quadraginta
dierum adimplerunt, vnde & in
codice Reginæ Sueciæ, cuius cha-
racter nongentorum annorum
putatur à Morino, libro primo
ſacramentorum Romanæ Eccle-
ſiæ, habentur omnino orationes
pro miſſa intra quinquageſimam,
cum hoc titulo: *In ieiunio prima*
ſtatio feria quarta. Scriptus vi- Codex M.S.
detur hic codex in Gallijs ſub im-
perio Caroli Magni, ſub quo &
pluribus ſacramentarijs Gregorij
Magni in Gallia deſcriptis eadem

missa cum titulo ab Hugone Menardo inserta est *de feria quarta in capite ieiunij*, vnde correcta tunc temporis Ecclesiæ disciplina, videtur etiam ex præscripto Romanæ Ecclesiæ quadragesima à feria quarta inchoasse. Quidquid enim dicat sibi non constans Ratramnus Corbeiensis libro 4. capite 4. Romanos suo tempore nonnisi triginta diebus ieiunasse, Æneas Parisiensis Episcopus eodem tempore testatus est, *quod optimum delegit Romana Sedes continuare, & extendere ante pascha ieiunium in numero quadraginta dierum*. Neque hac de re vllum dubium esse potest post editum à Philippo Labbeo sermonem Leonis quarti, quem habuit de cura pastorali, ibi enim disertè præcipit: *Quarta feria ante quadragesimam, plebem ad peccatorum confessionem inuitate ...... ab illa quarta feria vsque in diem resurrectionis Domini nullus manducet carnem vel sanguinem*. Non nouum quid instituit, sed antiquum statutum obseruari voluit Leo quartus, qui anno 847. Pontificatum adeptus est, vt mirum esse non debeat, quod Concilium Meldense anno 845. canone 76. dicat de feria quarta post quinquagesimam, illa die esse caput ieiunij: *Post quartam feriam*, inquit, *quæ caput ieiunij nominatur*. Post quod Concilium Ratramnus Monachus Corbeiensis libro 4. capite 4. contra Græcorum opposita testatur: *Perpaucos esse in occidente, qui non quadraginta dies ante pascha ieiunando compleant*.

Æneas Parisiensis.

Leo IV.

Canon 76. Meldensis.

Superatis hisce duabus difficultatibus adduci possent complura Patrum mediæ ætatis testimonia, sed ne opus immensum cresceret, duo dumtaxat adducam, quorum vnum est sancti Ioannis Damasceni, qui sæculo 8. floruit & in opere de hæresibus nuper per eruditum Ioannem Baptistam Cotelerium tomo 1. monumentorum Ecclesiæ Græcæ edito, Aerium inter hæreticos recenset, quia *ieiunare quarta feria, pro sabbato seu parasceue aut quinta feria, quadragesima & paschate prohibet ...... quod si quis suorum ieiunare voluerit, non facias, inquit, definitis diebus, sed pro libito, neque enim sub lege es*. Quantus vir fuerit sanctus Ioannes Damascenus, nemo etiam hæreticorum ignorat: & cum nouatores nostri sæculi ab illo errores suos de ieiunio in Aerio tamquam hæretico damnatos vident, quid tanto orientalis Ecclesiæ lumini opponent? Ioanni Damasceno adiungo Imperatorem Catholicum Carolum Magnum, qui in occidente collapsam Ecclesiæ disciplinam restaurare cupiens anno 789. in capitulari suo pro partibus Saxoniæ constituit: *Si quis sanctum quadragesimale ieiunium pro despectu Christianitatis contempserit, & carnem comederit, morte moriatur*. Hæc Imperator pro ieiunio quadragesimæ, quam per

Ioannes Damasc.

Capit. Carol. M.

per continuam traditionem ad sua vsque tempora Ecclesia obseruarat.

Ne autem quisquam existimet, occidentales nimis ieiunio quadragesimali fuisse addictos, perpendenda sunt, quæ tempore Nicolai primi facta sunt à Photio intruso Patriarcha Constantinopolitano. Rescripserat Nicolaus primus ad consulta Bulgarorum, inter alia ieiunia obseruandum esse illud, quod quadragesima dicitur. Et Photius occasionem schismatis quærens, ac Bulgaros à Sedis Apostolicæ obedientia discindere cupiens, inter plura criminationis capita, hoc vnum obiecit, quod refert Flodoardus libro 3. historiæ Remensis Ecclesiæ, capite 17. *Quod octo hebdomadibus ante pascha à carnium, & septem hebdomadibus à casei & ouorum esu non cessamus.* Idem planè à Græcis sibi obiectum fuisse, scribit epistola 70. ad Hincmarum Remensem Nicolaus Pontifex, qui ab Episcopis Galliæ quæsiuit, vt metropolitani cum suffraganeis suis de punctis controsis agerent, & quæ inuenire possent, suggererent: qua occasione Æneas Parisiensis Episcopus, & Ratramnus monachus Corbeiensis in editis per Lucam Dacherium opusculis contra Græcos scripserunt, ostendentes, quam malè Romana Ecclesia circa ieiunij quadragesimalis obseruantiam culpetur: demonstrant antiquam Ecclesiam non octo hebdomadibus à carnium, & septem à casei & ouorum esu cessasse, sed 36. tantum diebus abstinuisse, adeoque & octauam hebdomadam fuisse posterius additam. Hebdomadæ illius ante Heraclij tempora nemo Patrum etiam Græcorum meminit. Siquidem Græci gloriari poterant, quod vltra 40. dies abstinerent, Latini gloriari potuerunt, quod mysticum quadraginta dierum numerum in antiqua lege indicatum, & Christi ieiunio sacratum iam perfectè adimplerent. Et hoc est, quod Ratramnus Corbeiensis Græcis opponit, quia ipsius tempore *perpauci erant in occidente, qui non quadraginta dies ante pascha ieiunando compleant.* Addit authoritate legali & euangelica doceri, *quadraginta dies nos ieiunio fore mancipandos.* Adiuncta autem ratione mystica: Hęc igitur causa est, cur placuerit Romanis seu Latinis ieiunare quadraginta dies ante pascha; quæ cum religiosa, tum fore mystica comprobatur .... est igitur & hæc reprehensio ieiunandi super hebdomadarum numerum ante pascha, & iniusta, & nulla rationis pondere suffulta: qua propter pro nihilo ducenda. Sic Ratramnus; nec minora contra Græcos Ænças Parisiensis.

Flodoardus.

Ratramnus.

Verùm, licet Græcis tempore Photij satisfecerint Latini, crambem tamen hanc recoquit antiqui schismatis resuscitator Michael

Cę-

Cærularius, qui tempore Leonis noni anno 1053. epiſtolam ſchiſmatico animo ſcripſit ad Ioannem Epiſcopum Tranenſem, quam primo in lucem edidit tomo 11. Cæſar Baronius, in qua tamen diſciplinam Latinæ Eccleſiæ de ieiunio quadraginta dierum non eſt auſus attingere, prout auſus fuit in epiſtola ad Petrum Patriarcham Antiochenum, quam ad annum 1054. retulit idem Baronius, & nuper Græcolatiniam excuſſit tomo 2. monumentorum Eccleſiæ Græcæ doctiſſimus Cotelerius. Ibi enim arguit Latinos: Michael Cęrularius. eos ſcilicet: *In prima ieiuniorum hebdomada, in carnis priuij & lacticinij hebdomadis, eodem modo circa cibum agere; feria quarta carnem edere, paraſceue autem caſeum & oua, totum ſabbati diem ieiunare*. Sed quam temere hæc Latinis obiecerit Michael Cęrularius, patet ex reſponſo Petri Patriarchæ Antiocheni ab eodem Cotelerio græcè latinè edito, vbi inter cætera ad obiectionem Petrus Patriarcha Antiochenus. ,, de ieiunijs reſcribit: Cætera ,, vero mihi videntur eſſe aſpernanda, cum veritatis doctrina nequaquam ex illis lædatur, quorum forſan & maior pars falſa eſt. Neque enim facilè aurem præbere debemus inanibus calumnijs, nec noſtris adhuc ſuſpicionibus habere fidem, ac mouere quæ firma ſunt, rectèque habent. Quid clarius? Rectè reſpondit ſuam latinæ Eccleſiæ, quoad ieiunia, permittendam eſſe conſuetudinem, cum ex illorum varietate non lædatur vnitas fidei: neque hoc punctum inter Græcos & latinos controuerſum fuiſſe, quando vtriuſque Eccleſiæ vnionem inire oportebat, patet tum ex alijs tum ex ſacro Florentino Concilio, vbi Græci cum Imperatore ſuo Palæologo vnionem iniere nulla quadrageſimæ facta mentione.

Deſinant igitur Theodori Balſamonis, & Ioannis Zonaræ calumniæ, quibus de ieiunio ſabbati Eccleſiam Occidentalem arguere non verentur in ſcholijs ad canonem 55. Trullanum. obmuteſcant ſchiſmaticorũ linguæ, quę cum Matthæo Blaſtare in Syntagmate alphabetico littera T. capite 5. effutire auſæ fuerunt, Latinos ſabbatis & diebus Dominicis per quadrageſimam non ſolum caſeum & oua, ſed etiam carnes comedere. Hæc enim pura, puta mendacia ſunt, & vt Græcorum animi vlterius cotra Latinos exacerbarentur, adinuenta. Ex parua interim illa, quæ inter Latinos & Græcos quoad ieiunium quadrageſimale intercedit varietate, quid pro ſeſe allegabunt nouatores noſtri ſæculi? Latini quadraginta diebus ieiunant, Græci pluribus, & ſi qua in re contra Latinos, in hoc ſtylum acuant, id totum eſt, quod Latini non ſatis ſtrictè ieiunent. Videant igitur Lutheri ſequaces, qui quadrageſimam non obſeruant, cum qua Ec-

Ecclesia conueniant. Exclament se conuenire cum Græcis, qui iam inde à mille trecentis annis Aerium hoc titulo damnarunt, quod ieiunia liberæ obseruationis somniare ausus fuerit. Aspernantur Ecclesiam latinam, quæ iam inde à primis temporibus quadragesimam coluit, & secundum Beguardorum errorem, quod perfecti ieiunare non debeant, nec legibus Ecclesiæ subiecti sint, anno 1311. in sacro Viennensi Concilio anathemate perculit: & cum hæc omnia certa esse negare non possint, se, damnatos ab orientali & occidentali Ecclesia errores, nonnisi cum summa pertinacia tueri agnoscant.

CAPVT TERTIVM.

De cæteris ieiunijs vltrà quadragesimam ab Ecclesia, vel olim vel nunc obseruatis.

DE statis vltra quadragesimam ieiunij diebus nunc nobis agendum est, ne aduersarij habeant, qua in re Catholicæ Religionis cultores arguant. Sententia quorumdam etiam antiquorum Patrum fuit, vnicum quadragesimale ieiunium olim statuto tempore sub peccato fuisse obseruandum, sic enim primitiui fideles apud Tertullianum libro de

Tertullianus. ,, ieiunijs, capite 2. Illos dies ,, determinatis ieiunijs putabant, ,, in quibus ablatus est sponsus, ,, & hos esse iam solos legitimos ,, ieiuniorum Christianorum .. ,, ... sic & Apostolos obseruas- ,, se, nullum aliud imponentes ,, iugum certorum & in commu- ,, ne omnibus obeundorum ie- ,, iuniorum. D. Ambrosius ser-

Ambrosius. mone 34. *Sicut reliquo anno ieiunare præmium est, ita in quadragesima non ieiunare peccatum est. Illa enim voluntaria sunt ieiunia, ista necessaria: illa de arbitrio veniunt, ista de lege: ad illa inuitamur, ad ista compellimur.* Cæsarius Arelatensis ser-

,, mone 2. Rogo vos fratres cha- Cæsar Arelat. ,, rissimi, vt in isto legitimo, ,, ac sacratissimo quadragesimæ ,, tempore, exceptis Dominicis ,, diebus, nullus prandere præ- ,, sumat, nisi fortè ille, quem ,, ieiunare infirmitas non per- ,, mittit. Quia alijs diebus ie- ,, iunare, aut remedium, aut ,, præmium est: in quadragesi- ,, ma non ieiunare peccatum ,, est. Alio tempore qui ieiunat, ,, accipiet indulgentiam: in his ,, diebus, qui potest, & non ie- ,, iunat sentiet pœnam. Hæc vero tam libere per Cæsarium Arelatensem posteritati consecrata,

expo-

expositione & distinctione indigent, vt antiquæ Ecclesiæ disciplinæ consonent.

Enimuero habemus plurima Apostolorum exempla ex eorum actis à Sancto Luca conscriptis; quibus vltra quadragesimam ieiunatum fuisse dnmonstratur. Actorum 13. dicitur de prmitiuis Ecclesiæ doctoribus Antiochię degentibus: *Ministrantibus autem illis Domino & ieiunantibus dixit illis Spiritus sanctus: segregate mihi Saulum & Barnabam in opus, ad quod assumpsi eos. Tunc ieiunantes & orantes imponentesque eis manus, dimiserunt illos.* Et de ipso Paulo, ac Barnaba, capite 14. quod orauerint *cum ieiunantibus*, quin imo Diuus Paulus secunda ad Corinthios 11. fatetur *se fuisse in ieiunijs multis*. Et ex vsu primitiuæ Ecclesiæ, de quo Tertullianus libro de ieiunijs, capite 13. *Benè autem, quod & Episcopi vniuersæ plebi mandare ieiunia assolent, non dico de industria stipium conferendarum, vt vestræ capturæ est, sed interdum & ex aliqua sollicitudinis Ecclesiasticæ causa.* Dum hæc scribebat Tertullianus, erat iam prolapsus in profanam Montani hæresim, & quadragesimas à pseudo propheta suo institutas defendere volens, obiecit Catholicis, aliqua sollicitudinis Ecclesiasticæ causa vniuersæ plebi ieiunia mandasse, neque eos id sine maiorum exemplo, sed ex vsu Ecclesiæ effecisse. Habet etiam Tertullianus quædam de stationibus feria quarta & sexta à Montano indictis, quibus asserit obstitisse Catholicos: nec male, erat enim Africa, vbi Tertullianus degebat, Patriarchatus occidentalis, vbi stationes feria quarta & sexta obseruabantur quidem, sub peccato autem præceptæ non erant, vt Afri rectè Tertulliano iam Montanistæ obijcere potuerint ea, quæ ipse Tertullianus refert capite 2. *Æquè stationes nostras, vt indignas quasdã vero & in serum constituas, nouitatis nomine incusant, hoc quoque munus & ex arbitrio esse obeundum dicentes, & non vltra nonam detinendum, de suo scilicet more.* Voluerunt Catholici Afri, stationes quarta & sexta feria seruari, non tamen sub præcepto, quia in occidente hæc semi ieiunia hora tertia post meridiana, celebrato nimirum sacrificio missæ, finienda erant ex consuetudine, non ex lege. Quia vero Montanus volebat legem introducere extendens suas stationes vsque ad vesperam, obstiterunt occidentales, apud quos sub præcepto numquam inualuerunt.

Act. 13.

Tertullianus.

Aliud quid est de orientalibus, apud quos stationes aut semi ieiunia feria quarta & sexta sub præcepto obseruanda erant: canon 69. Apostolis tributus, habet disertis verbis: Si quis Episcopus, vel presbyter, vel diaconus, vel lector, vel cantor san-

Canon 69. Apostol.

,, sanctam paschæ quadragesimam non ieiunat, vel quartum diem, vel parasceuem, præterquam si propter imbecillitatem corporalem impediatur, deponatur: si sit autem laicus segregetur. Et constitutiones Apostolorum editæ; libro enim 5. capite vltimo: *Præcipimus vobis, quartis & sextis ferijs ieiunare*. Et quamuis hæ constitutiones ab ipso Clemente non sint editæ, neque canon laudatus, ab ipsis Apostolis sit constitutus, sed à fidelibus Græcis post Apostolorum tempora prodierint, Apostolis tamen ab orientalibus tribuuntur, quòd antiquæ traditioni consona esse reperiantur. Habemus Ignatium Martyrem Apostolorum auditorem, qui in sua ad Philippenses epistola ieiunio quadragesimali adiungit ieiunia quartæ & sextæ feriæ. *Post passionis Dominicæ hebdomadam*, inquit, *ieiunare quartis & sextis ferijs ne negligatis*. Clemens Alexandrinus, qui ad finem secundi sæculi floruit, & Alexandriæ docuit, libro 7. stromatum scribit de bono operario: *Nouit ipse ieiunij quoque ænigmata horum dierum, quarti, inquam & sexti*. Origenes Clementis auditor & successor homilia 10. in Leuiticum: *Habemus enim quadragesimæ dies ieiunijs consecratos, habemus quartam & sextam septimanæ dies, quibus solemniter ieiunamus*. Ad quæ verba notari potest, id quod Zonaras notauit ad canonem 69. Apostolis tributum, quod in eodem gradu ponat sanctam paschæ quadragesimam, & feriam quartam & sextam. Præclarum vero testimonium est, quod posteritati consecrauit Petrus Patriarcha Alexandrinus, & martyr sanctissimus; hic enim canone 15. per omnem orientalem Ecclesiam recepto habet sequentia: Non reprehendet nos quisquam, quartam & sextam feriam obseruantes, in quibus nobis ieiunare secundum traditionem cum ratione præceptum est. Quartam quidem propter initum à Iudæis consilium de proditione Domini: sextam autem, quòd ipse pro nobis passus sit. Neque post hoc testimonium alio indigemus, quam D. Epiphanij Salaminensis in Cypro Episcopi, qui hæresi 75. Aerium feria quarta & sexta stationem aut semi ieiunia soluentem refellit his verbis: Quis est vspiam terrarum, qui non in eo consentiat, quartam sextamque feriam solemni in Ecclesia ieiunio consecratam? quod si ex Apostolorum constitutione repetenda nobis authoritas est, cur illis quartæ sextæque feriæ ieiunium perpetua lege sancitur, excepta Pentecoste? ...... Quod si de quarta, sextaque feria nullam omnino in constitutione sua mentionem Apostoli fecissent, alijs tamen argumentis licebat vti.

Constit. Apostol. — Ignatius martyr. — Clemens Alexand. — Origenes — Petrus Alexand. — S. Epiphanius.

,, Quamquam ea de re est ab illis accuratissimè scriptum, idque ipsum ab Ecclesia susceptum, communi est consensione firmatum, antequam Aerius vllus cum Aerianis existeret. Neque hæc verba expositione indigent; floruit autem Epiphanius quarto Christi sæculo, quo hæc semi ieiunia ex traditione Apostolica prouenisse credebant orientales Episcopi.

Nunc ad ieiunia quatuor temporum accedamus, quæ in sola occidentali Ecclesia obseruata fuisse existimamus: repetebant sua semi ieiunia à traditione Apostolica illi, qui orientem incolebant, & quia singulis septimanis feria quarta & sexta vsque ad tertiam post meridiem hora abstinebant, & semper sabbato etiam in quadragesima ieiunium soluebant, non agnouerunt vmquam quatuor tempora, quibus occidentales etiam sabbati ieiunium admittentes ieiunare consueuerant. Sunt, qui putant, hæc tempora in occidente obseruata fuisse ex traditione Apostolorum, idque ob testimonium Leonis magni, de quo Baronius ad annum 57.

Baronius. *Ex Apostolica institutione sumpsisse principium sanctus Leo absque vlla dubitatione confirmat.* Subdit varia loca Leonis magni, quibus indicatur, horum ieiuniorum tempora ex synagoga ad Ecclesiam translata, & addi possunt

Leo primus. sequentia: *Meritò disposuerunt Apostolicæ sanctiones, vt veterum ieiuniorum vtilitas permaneret*. Ita sermone 9. de ieiunio mensis decimi. Et sermone 91. de ieiunio mensis septimi: *Quod & Apostolicis & legalibus institutis videmus electum*. Verùm & audiendus est sanctus Leo sermone 79. de ieiunio Pentecostes: *Inter omnia dilectissimi, Apostolicæ instituta doctrinæ, quæ ex diuinæ eruditionis fonte manarunt, dubium non est, influente in Ecclesiæ principes Spiritu sancto, hanc primum ab eis obseruantiam fuisse conceptam, vt sancti obseruatione ieiunij omnium virtutum regulas incboarent*. Et sermone 77. *Dubitandum non est dilectissimi omnem obseruantiam eruditionis esse diuinæ, & quidquid ab Ecclesia in consuetudinem est deuotionis receptum, de traditione Apostolica, & de sancti Spiritus prouenire doctrina*. Ieiunium esse institutionis Apostolicæ, dicit vbique sibi cohærens Leo magnus, dies autem ab Ecclesia in consuetudinem deuotionis receptos esse, & sic fieri potuisse, vt quos Ecclesia quatuor temporum dies ex commendatione Apostolica primis temporibus deuotè cœperit celebrare, successu temporis Patres firmarint in legem, præclarè namque insinuat de ipso mensis decimi ieiunio loquens sanctus Leo: *Sancti Patres nostri diuinitus inspirati decimi mensis sanxere ieiunium, vt omnium fructuum collectione conclusa, rationabilis Deo absti-*

nen-

nentia dicaretur. Quinam autem Patres illi fuerint, qui consuetudinem pro lege habendam esse sanxerunt, vlterius inquirendum est.

De Callisto Papa, qui ad annum 220. floruisse creditur, habet antiquus Pontificum Catalogus tempore Iustiniani Imperatoris conscriptus: *Hic constituit ieiunium die sabbati ter in anno fieri, frumenti, vini & olei secundum prophetam, quarti mensis, septimi, & decimi.* Liber vero Pontificalis ab Anastasio Bibliothecario confectus: *Hic constituit ieiunium quater in anno fieri, frumenti vini & olei gratia, secundum prophetiam.* Ea in authoritatem recipi à Micrologo, fatetur Christianus Lupus, qui in scholijs ad quartum sub Victore secundo synodi Florentinæ decretum putat, hæc mercibus Isidori adscribenda, & inductam esse paulatim consuetudinem, *quam sanctus Syluester efformauit in legem.* Verum non viderat Christianus Lupus laudatum Catalogum, dum hæc scribebat, neque video, qua ratione hæc potius ad Syluestrum, quam Callistum Papam referamus. Floruit Callistus eo tempore, quo Montanus instituerat suas quadragesimas ex Spiritus sancti, vt dicebat, instinctu, quo item Tertullianus ad Montani hæresim defecerat, ac librum de ieiunijs contra Catholicos scripserat: huic autem Callistus Pontifex obuiare

Catalogus tempore Iustiniani.

Liber Pontificalis.

Lupus.

cupiens, quatuor anni tempora potius obseruanda esse proposuit, quod illa iam olim à Spiritu sancto pro ieiunijs fuissent consecrata, cum illo inspirante locuti fuerint sancti Dei homines, apud quos horum temporum ieiunia constituta inueniuntur, vt patet ex Zachariæ 8. & hoc est, quod author Catalogi, & Anastasius Bibliothecarius volunt per hæc verba: *Secundum prophetiam.* Secundum prophetiam non Montani, aut Priscillæ, & Maximillæ, sed veterum Prophetarum, per quas Spiritus sanctus locutus est.

Verum quidem est, nullum antiquum Doctorem à temporibus Callisti Papæ de ieiunijs quatuor temporum mentionem fecisse, sed nec extra Romam, & loca illi vicina, primis illis temporibus fuisse obseruata. Enimuero habet D. Ambrosius Mediolanensis Episcopus, ieiunia extra quadragesimam fuisse liberæ obseruationis, & Diuus Augustinus Hipponensis in Africa Episcopus Epistola 36. ad Casulanum refellens cuiusdam vrbici pro ieiunio sabbati dissertationem, ait, plurimos in monasterijs constitutos tota sua vita ieiunare, & addit: *Non solum Pharisæus, qui bis in sabbato ieiunabat, verum etiam Christianus, qui quarta & sexta, & ipso sabbato ieiunare consueuit, quod frequenter Romana plebs facit, in labore ieiunij superabitur.* Et Infrà: *Vi-*

D. Augustinus.

deat ergo, quanta afficiat contumelia ipsam quoque Romanam Ecclesiam, vbi & his hebdomadibus, in quibus quarta, & sexta, & sabbato ieiunatur, tribus tamen diebus continuis, Dominica scilicet, ac deinde secunda & tertia prandetur. Lucidè supponit Augustinus, hæc, de quibus hic agit ieiunijs, ad Romanos præsertim spectare: & vt rectè vir quidam eruditus: *Quis hæc legens non aduertit, Augustinum quatuor temporum ieiunia designare? Quæ enim aliæ hebdomadæ, in quibus quarta, & sexta, & sabbato ieiunatur? Nisi hebdomadæ illæ per quatuor anni tempestates solita ieiunio celebrari, non ex cuiusque voto, ac deuotione, sed ex consuetudine, consueuit; non ab aliquibus tantum, sed ab vniuersa Romana Ecclesia, Romana plebs: non semel aut iterum, sed frequenter, hoc est quater in anno, vel ter ad minus, si quadragesimam seponas*. Et vel ex his etiam patet, non rectè scripsisse Christianum Lupum, dum voluit neque Augustinum, neque vllum Afrum Augustini temporibus mentionẽ fecisse de ieiunijs quatuor temporum.

Post Augustinum meminit horum ieiuniorum non vnico sed pluribus in locis Leo Magnus, qui, vt vidimus supra, hæc non à se primum inuenta esse, sed olim à Patribus instituta fuisse indicat; scribit sermone octauode

,, ieiunio decimi mensis: Huius Leo Magnus.
,, obseruantiæ vtilitas, dilectissimi, in Ecclesiasticis præcipuè
,, est constituta ieiunijs, quæ ex
,, doctrina sancti Spiritus, ita
,, per totius anni circulum distributa sunt, vt lex abstinentiæ omnibus sit adscripta temporibus. Siquidem ieiunium
,, vnum in quadragesima, æstiuum in Pentecoste, autumnale in mense septimo, hyemale
,, autem in hoc, qui est decimus
,, celebramus. Et concludit hunc sermonem sicut plures alios: *Quarta igitur & sexta feria ieiunemus: sabbato autem apud Beatissimum Apostolum Petrum vigilias celebremus*. Quibus verbis tres ieiunij dies designat, ac sabbato vltra ieiunium etiam vigilias Romæ haberi solitas declarat. Vigiliarum illarum rationes varias fuisse existimem, vnam autem ex præcipuis ob ordinationes vel sabbato vel die Dominico subsequenti peragendas. Cum enim constet ex Catalogo Romanorum Pontificum, ordinationes à tempore Clementis Papæ Romæ habitas mense Decembris; qui mensis decimus vocatur, in quo ieiunia quatuor temporum occurrunt, & teste Leone primo
,, epistola 10. capite 6. Non Ibid.
,, passim, sed die legitimo ordinatio celebranda sit, adeout
,, nec sibi constare status sui nouerit firmitatem, qui non die
,, sabbati vespere, quod lucescit
,, in prima sabbati, vel ipso Domi-

,, minico die fuerit ordinatus.
,, Solum enim maiores nostri re-
,, surrectionis Dominicæ diem
,, hoc honore dignum iudicaue-
,, runt, vt sacerdotes, qui su-
,, muntur, hoc die potissimum
,, tribuantur. Quis ex hisce non statim colliget die Dominica post quatuor tempora ordinationes Romæ peractas fuisse, aut die sabbati, cum Ecclesia toto die ieiunasset & vespere sacrificum offerens in vigilijs perseueraret. Sanè illa de re dubitari non finit Decretum Gelasij Papæ statuentis :

Gelasius.

,, ordines etiam presbyterorum
,, Diaconorumque, nisi certis
,, temporibus & diebus exercere
,, non audeant, id est quarti
,, mensis ieiunio, septimi & de-
,, cimi, sed etiam quadragesima-
,, lis initij, ac mediana quadra-
,, gesimæ die sabbati ieiunio cir-
,, ca vesperam nouerit celebran-
,, dos. Ita Gelasius Papa epistola 9. ad Lucaniæ Episcopos, in qua plura antiquorum decreta renouat, & obseruari debere asseuerat, prout & hoc in suo sacramentario præscribit Gregorius magnus asserens, quod maiores ordines dentur *in sabbatis duodecim lectionum per quatuor tempora tantummodo*.

Gregorius Magnus.

Habet & idem Gregorius Papa in suo sacramentario per Hugonem Menardum edito hunc titulum : *Denunciatio ieiuniorum primi, quarti, septimi, & decimi mensis*. Duæ autem subnectuntur formulæ, quibus feria quarta, sexta, & sabbato ieiunandum esse annuntiatur, easque non modo Romæ, sed & in alijs occidentis regionibus obtinuisse, fidem facit Concilium Clouueshouiense secundum, anno 747. sub Zacharia Papa in Anglia celebratum, quod statuit canone 18.

,, Statutum est mandato, vt ie- Canon. 18. Clouesh.
,, iuniorum tempora, id est quar-
,, ti, septimi, & decimi mensis
,, nullus negligere præsumat :
,, sed ante horum initia per sin-
,, gulos annos moneatur plebs;
,, quatenus legitima vniuersalis
,, Ecclesiæ sciat atque obseruet
,, ieiunia, concorditerque vni-
,, uersi id faciant, nec vllatenus
,, in eiusmodi discrepent obser-
,, uatione, sed secundum exem-
,, plar, quod iuxta ritum Ro-
,, manæ Ecclesiæ descriptum,
,, studeant obseruare. Quid clarius? omitto, quæ Egebertus Eboracensis Episcopus ijsdem fermè temporibus ad interrogationem 16. *De ieiunio quatuor temporum*, respondit, quatuor temporum ieiunia in nouo testamento à sanctis viris atque Apostolicis doctoribus instituta, & in Ecclesia Anglicana iuxta missalem librum D. Gregorij Magni à B. Gregorio monacho allatum seruata esse. Eodem modo & in Gallia obseruata fuisse, patet ex primo capitulari Caroli Magni anno 769. vbi capite 11. *Vt ieiunium quatuor temporum & ipsi sacerdotes obseruent, & plebi denuntient obseruandum*. Menses,

Egebertus.

Capitula Caroli M.

ses, septimanas, & dies, quibus ieiunia quotuor temporum obseruanda sunt, assignat Benedictus Leuita libro 5. capitularium, capite 151. & de decimi mensis ieiunio habet: *Et in mense Decembrio, hebdomada, quæ fuerit plena ante vigiliam natalis Domini, sicut est in Romana Ecclesia traditum*. Ex quibus verbis colligimus, non minus Gallicanam, quam Anglicanam Ecclesiam in obseruandis ieiunijs quatuor temporum secutas fuisse Romanam Ecclesiam, cuius Pontifices illa semper promouerunt, renouante anno 1055. in Concilio Florentino Victore secundo id, quod habet antiqua incogniti auctoris historica compilatio: *Quod quatuor tempora cum ieiunio obseruentur*, post quæ opus non est, de eorum obseruatione inquirere, cum in hunc vsque diem per omnes occidentis Ecclesias religiosissimè colantur.

Benedictus Leuita.

Anonymi hist.

Quæstio esse potest, an etiam oriens quatuor temporum ieiunia agnouerit? idipsum enim affirmat Eminentissimus annalium Parens Baronius ad annum 57. vbi scribit disertis verbis: „ Eadem quatuor temporum ieiunia celebrari solita in Ecclesia Orientali, Athanasius satis monstrasse videtur, dum de æstiuo ieiunio tempore Pentecostes celebrari consueto meminit dicens: *In hebdomade siquidem post sacram pentecostem populus completis ieiunijs ad orandum ad cœmeterium abijt*. Verùm, pace Eminentissimi Cardinalis Baronij dictum sit, orientales numquam quatuor temporum ieiunia obseruasse vel ex eo constat, quod numquam sabbatis ieiunarint. Diuus Athanasius autem non loquitur de ieiunio quator temporum in hebdmada Pentecostes, sed de ieiunio, quod post octauam Pentecostes obseruabant orientales. Auctor, qui constitutiones Apostolicas in vnum collegit, & tertio aut quarto sæculo in oriente floruit, habet libro quinto, cap. vlt. *Post celebratam Pentecostem celebrate hebdomadam vnam, & post illam ieiunate item vnam*. Et hoc ieiunium est, cuius supra meminit Athanasius, quo & monachos antiquitus ieiunasse in occidente, fidem facit Concilium Turonense secundũ, quod anno 567. statuit, canone 17. *De ieiunijs vero antiqua à monachis instituta seruentur, vt de Pascha vsque ad quinquagesimam, exceptis rogationibus omni die fratribus prandium preparetur, post quinquagesimam tota hebdomade ex asse ieiunent*. Plurima ibidem enarrantur ieiunia, quæ & à monachis paulatim ad plebem peruenisse vel ex ijs patet, quod statuatur, *Vt in Septembri toto, & Octobri, & Nouembri, ter in septimana, de Decembri vsque ad Natale Domini omni die ieiunent*. Statim enim post hanc Synodum statutum reperitur in con-

Baronius

Athanasius Apolog. de fuga.

Const. Apostol.

Can. 17. Turon.

Concil. Matisc. concilio Matisconensi anno 581. *Vt à feria sancti Martini vsque ad natale Domini, secunda, quarta, & sexta sabbati ieiunetur*. Vbi & primordia aduentus conspiciuntur.

Aliorum ieiuniorum meminit Ioannes Ieiunator, qui anno 596. Constantinopoli obijt, & in pœnitentiali suo mentionem facit Ioannes Nesteuta duarum quadragesimarum: *Sancti scilicet Philippi, & sanctorum duodecim Apostolorum*. Edidit hoc pœnitentiale græco latinum Ioannes Morinus in appendice ad commentarium de pœnitentia, qui notat lib. 7. cap. 13. num. 8. hunc pœnitentiarum librum, aliosque primum in Angliam delatos fuisse à Theodoro Græco, qui & Cantuariensis Archiepiscopus effectus, pœnitentiale suum edidit, in quo capite Theodori pœnit. 13. *Ieiunia legitima tria sunt in anno: præterea quadraginta ante natale Domini, & post Pentecostem quadraginta dies*. Et inter capitula Theodori, vbi pœnitentia istius anni describitur, qui in pane & aqua ieiunandus est, habetur, *vt tres quadragesimas ieiunet: ante natale Domini vnam, secundam ante Pascha, tertiam ante missam sancti Ioannis*. Similiter sæpius inueniuntur in alijs capitulis Theodori per D. Petit nuper Parisijs editis. Eadem habet Venerabilis Beda in canonibus de remedijs peccatorum, vbi capite 2. bis mentionem facit trium quadragesimarum, quas demum ad Galliam peruenisse patet ex libro 6. capitularium num. 187. Liber 6. capit. *Iterum admoneant sacerdotes, vt ieiunia tria legitima in anno agantur, id est, quadraginta dies ante pascha, vbi decimas anni soluimus, & post pentecostem, quadraginta dies. Quamquam enim nonulla ex his priuentur canonica auctoritate, nobis tamen omnibus propter consuetudinem plebis, & parentum nostrorum morem, hæc obseruare, vt superius comprehensum est, conuenit*. Et Nicolaus primus in responsis ad consulta Bulgarorum, cap. 4. *Ieiuniorum tamen temporibus amplius abstinentiæ inseruire oportet, quadragesimali videlicet tempore, quod est ante pascha, ieiunio post pentecostem, ieiunio ante solemnitatem assumptionis sanctæ Dei genitricis, & semper Virginis Dominæ nostræ Mariæ, necnon ieiunio ante natalis Domini nostri Iesu Christi festiuitatem: quæ ieiunia sancta Romana suscepit antiquitus, & tenet Ecclesia*. Nicol. I. Ex quibus omnibus habemus varia, ac primo quidem, Romæ quatuor fuisse ieiuniorum tempora, quorum vnum erat quadragesimale, alia vero non testante ipso Nicolao I., in aduentu Domini quatuor tantum hebdomadibus à carne abstinendum esse. Secundo, tres tamen quadragesimas obseruatas fuisse in Gallijs, de quibus Amalaricus Metensis Ecclesiæ Diaconus lib. 4. cap. 37. *Nos obseruamus* Amalaricus.

tres

tres quadragesimas, id est, ante pascha Domini, circaque festiuitatem S. Ioannis, & ante natiuitatem Domini. Sic à pijs mentibus frequentatum apud nos. Hæc Amalaricius, ex cuius vltimis verbis colligitur, quadragesimas illas in Gallijs obseruatas fuisse non ex præcepto, sed deuotione, quin imo Innocentius tertius rogatus ab Archiepiscopo Hispano: *Vtrum ieiunandum sit in aduentu Domini, cum inde sentiant diuersi diuersa, quibusdam dicentibus, sed paucioribus ieiunandum esse tunc temporis, pluribus vero se ad hoc asserentibus non teneri?* Nihil aliud respondit, quam: *Ieiunium apud nos etiam in aduentu Domini agitur.* Quo loquendi modo indicabat, sese exhortari dumtaxat hispanos, vt exemplo Romanorum ieiunarent: neque in hunc vsque diem plusquam vnica quadragesima per totum occidentem præscribitur sub peccato obseruanda.

Innocentius III.

Aliud quid est de orientalibus, qui tertio aut quarto sæculo nondum habuerunt plures quadragesimas, quam vnam ante pascha, de qua sola statuitur canone 52. Trullano: *Vt in omnibus sanctæ quadragesimæ ieiunij diebus præter quam sabbato, & Dominica, & sancto annuntiationis die, fiat sacrum præsanctificatorum ministerium.* Ad quę verba Theodorus Balsamon: *Nota autem ex hoc canone, quod propriè vna est quadragesima. Si enim alia esset, cautum fuisset, ne in illa fieret sacrum mysterium per perfectum sacrificium, sed per præsanctificata, sicut etiam cautum est ne fiat in magni paschæ quadragesima.* Quibus verbis indicat Th[eo]dorus Balsamon, tempore huius Synodi sæculo septimo nondum in vsu fuisse plures quadragesimas apud Græcos[1], sicut & paulo post hoc tempus tres obseruatas fuisse patet ex tomo vnionis tempore Constantini & Romani facto, vbi de trigamis statuitur, vt tertio tantum quotannis mysterijs fruendi habeant facultatem: *Semel in salutari Christi, Deique nostri resurrectione, secundo in obdormitione immaculatæ Dominæ nostræ Deiparæ; tertiùm natalitio die Christi, Deique nostri: propterea quod in his ieiunium præcedat.* Ita tomus vnionis libro 2. Iuris Græco-Romani: ex quibus notanda sunt vltima verba, quæ tria ieiunia tunc in vsu fuisse indicant. De vno ex illis ieiunijs quæsitum fuit à monachis tempore Nicolai Patriarchæ Constantinopolitani, *an oporteat ieiunium in Augusto peragere?* Et respondit Nicolaus cum concilio Episcoporum tempore Alexij Comneni: *Erat prius in hoc tempore ieiunium, sed translatum est, ne cum Gentilium, quæ hoc tempore fiebant, ieiunijs incideret, sed tamen adhuc multi homines hoc ieiunium ieiunant.* Et cum de hoc ieiunio iterum quęreretur sub Luca Constantino-

Canon 52. Trull.

Balsamon.

Ius Græco-Rom.

Nicol. Patriar. Constantinop.

po-

Lucas Patriarcha Constant. politano Patriarcha, ab eodem responsum est. *Inexcusabile esse ieiunium augusti*. Quibusdam autem dubitantibus, quod nusquam numerus dierum inueniretur præscriptus, dixit ipse Patriarcha, *quod cum dies huius & illius, quod ante Christi natalem sit, ieiunij non declarentur ab vlla scriptura, cogimur sequi Ecclesiasticam traditionem non scriptam, & debemus ieiunare à primo die augusti, & à 14. die mensis Nouembris*. Habes hæc omnia apud Theodorum Balsamonem in scholijs ad 3. interrogationem quorumdam monachorum, vbi & addit: Ego autem, cum postea considerassem, vndenam & quomodo hæc duo ieiunia tradita sunt, scilicet dormitionem sanctæ Deiparæ, & natiuitatis Iesu Christi, & Dei nostri; atque etiam ieiunium, quod fit ante festum sanctorum Apostolorum; & ieiunium ante transfigurationem: & an necessario debemus hæc ieiunare, & quot diebus. Dico, hoc quidem festorum ieiunium esse inexcusabile, eius autem quantitatem non esse in omnibus æqualem, vt est in magna quadragesima, sed ante septem quidem dies vniuscuiusque horum festorum, omnes fideles, laici scilicet & monachi, coguntur ieiunare inexcusabiliter. Hæc ibi Theodorus Balsamon, qui in edita nuper per D. Cotelerium tomo 2. monumentorum Ecclesiæ Græcę ad Antiochenses de ieiunijs epistola, notat, aliquos quidem religiosiores viros cum Anastasio Sinaita tradidisse, hæc quatuor festa vna cum ieiunijs, ex Apostolicis canonibus prouenire, sed sine fundamento; ex imitatione enim veteris legis probare conatur, *quod cum ieiunijs celebrare debeamus non tantummodò salutarem Domini resurrectionem, sed etiam memorata quatuor festa, videlicet sanctorum Apostolorum, transfigurationis, dormitionis Deiparæ, & natalis Christi Deique nostri*.

(Balsamon.)

Et hæc sunt ieiunia, quæ iamdudum seruata fuerunt in sola orientali Ecclesia, de quibus Marcus Ephesinus agens contra latinos post Synodum Florentinam dixit: *Instituta quoque ac mores in omnibus diuersa omninò sunt ieiunia, & ritus Ecclesiastici & similia. Quæ ergo hic vnio, vbi nullum patens ac manifestum apparet signum?* Sed ad hæc egregiè respondit Gregorius protosyncellus, qui & postea factus est Patriarcha Constantinopolitanus, Apologia aduersus Marci epistolam: *Nescit ergo, vt plane videtur, eximius hic vir, varios in hac etiam magna vrbe Constantinopolitana seruari mores, ieiuniorumque ac rituum Ecclesiasticorum esse diuersitates, namque ante Christi natalem sunt, qui ordiuntur ieiunium ex die*

(Marcus Ephes.) (Greg. Protosyncel.)

15. *Nouembris*. *Alij ex die 6. Decembris, alij ex vigesimo, ad honorem quoque ascensionis Christi quidam ieiunare incipiunt ex kalendis Maij, & alia ab alijs ieiunia obseruantur. Quid ergo? dicemus ne illos fide etiam inter se dissidere?* Egregiè profectò distinguit fidem à disciplina & ritibus, & quoad ieiuniorum diuersitatem vult locum habere hanc Augustinus. Diui Augustini regulam: *Vnaquæque prouincia abundet in suo sensu, & præcepta maiorum leges Apostolicas arbitretur.* Addit Protosyncellus: antiquiores Græcos id probè nouisse, cum scirent in occiduis partibus ieiunari die sabbati, nec tamen, qui tunc viuebant, hoc crimini dedisse, *quòd scirent, varias ieiuniorum & rituum mores non inferre differentiam fidei.* Et hoc sufficiat de statis ieiuniorum diebus, quos apud orientalem & occidentalem Ecclesias fuisse complures, etiam ostendi posset ex vigilijs, quas tamen prædictis hic addere necesse non est.

CAPVT QVARTVM.

De delectu ciborum diebus ieiunij.

IAM peruenimus ad secundam partem ab hæreticis inpetitam de delectu ciborum, pro quo afferri posset vsus Xerophagiorum, de quibus constitutiones sub nomine Apostolorum, lib. 5. capi- Lib. 5. constit. cap. 17. te 17. *Ieiunate igitur diebus paschæ incipientes à secunda feria vsque ad sextam, & sabbatum, sale, oleribus, & aqua mensæ adhibitis: abstinete bis diebus vino & carne: dies quippe luctus, & non festi sunt.* Loquuntur omnino de ieiunio maioris hebdomadæ: qua Christiani Xerophagijs vtebantur, de quibus Ter- Tertul. tullianus libro de ieiunijs: *Quod etiam Xerophagias obseruemus, siccantes cibum ab omni carne & omni iurulentia, & viuidioribus quibusque pomis, nequid uinositatis, vel edamus, vel potemus.* Accedit D. Epiphanius hæresi 75. loquens de constitutionibus Apostolicis: Epiphanius. *Sex paschatis diebus nihil omnino ad cibum præter panem, salem, & aquam, adhibendum definiunt.* Quinimo canon 50. Laodicenus extendit Xerophagias ad totam quadragesimam statuens, quod non oporteat in quadragesimæ postrema septimana ieiunium soluere, ἀλλὰ δεῖ πᾶσαν τὴν τεσσαρακοστὴν νηστεύειν ξηροφαγοῦντας. *Sed oportet totam quadragesimam ieiunare aridis vescentes.* Canon 50. Laodic.

Non dicam hìc, Xerophagias vbique per totam quadragesimam fuisse in vsu, cum communiter in Ec-

Ecclesia vsu receptum fuisse sciam, vt ieiuniorum tempore fideles à carnibus & vino abstinerent. Diuus Hieronymus, qui sub Damaso Papa Romæ fuit, scribens ad Furiam de viduitate seruanda: *Inde est*, inquit, *quod nonnulli vitam pudicam appetentium in medio itinere corruunt, dum solam abstinentiam carnium putant, & leguminibus onerant stomachum, quæ moderate parceque sumpta innoxia sunt*. D. Augustinus in Africa libro 30. contra Faustum Manichæum, capite 4. *Si quadragesima sine vino & carnibus non superstitiosè à vobis, sed diuina lege seruatur*. Theophilus in Ægypto, vtpote qui Patriarchatum Alexandrinum obtinuit, tertia paschali sua epistola scriptum reliquit: *Qui legum præcepta custodiunt, ignorant vinum in ieiunijs, carnium esum repudiant*. Cyrillus in Palæstina, vtpote Episcopus Hierosolymitanus, catechesi quarta, quam ad populum habuit: *Ieiunamus enim, & à vino carnibusque nos abstinemus, non ea quasi piacula abhorrentes, sed mercedem expectantes*. Diuus Chrysostomus in oriente, vtpote adhuc presbyter Antiochenus, homilia quinta ad populum dicit, quosdam esse, *qui non vini tantum & olei, sed & omnis ferculi vsum à sua mensa reijcientes, pane & aqua vtentes dumtaxat, quadragesimam omnem expediunt*. Et ne quisquam somniaret,

D. Hieronymus.

Augustinus.

Theoph. Alexand.

Cyril. Hierosol.

hæc omnia ab illis sine vlla lege aut præcepto fieri, homilia sexta ad populum aperte dicit: *Et si millies quis exhortetur, & infinita crucient, & cogant vinum delibare, vel aliud quid lege ieiunij non concessum degustare, omnia quis maliet pati, quam prohibitum tangere nutrimentum*. Ex Cappadocia primùm Gregorius Nyssenus, qui sermone in principium ieiunij, loquens de ijs, qui in delicijs viuere consueuerunt, & tempore ieiunij fastidiose, inquit, *ad seueram mensam accedunt, murmurando contra olera, conuicia iaciunt in legumina*. Deinde D. Basilius Cæsareæ Cappadociæ Exarchus, ac Gregorij Nysseni frater oratione prima de ieiunio: *Verum ieiunium est, ab omnibus vitijs esse alienum; carnes non edis, sed commedis fratrem tuum; à vino abstines, sed ab iniurijs tibi non temperas, expectas vesperam, vt cibum capias, sed diem totam absumis apud tribunalia*. Quo testimonio præclarius nullum reperiri potest pro delectu ciborum tempore ieiunij, & modo illud persoluendi.

Greg. Nyssenus.

D. Basilius.

Si Socrati fides adhibenda esset ad medium quinti sæculi, quo historiam suam Constantinopoli conscripsit, etiam varias consuetudines in Ecclesiam quo ad delectum ciborum irrepsisse, admittere debemus. Enim vero lib. 5. „ cap. 22. Alij, inquit, quidem „ ab animatis penitus abstinent,

Socrates.

,, alij ex animantibus pisces so-
,, los comedunt. Nonnulli cum
,, piscibus, etiam auibus ve-
,, scuntur, ex aquis, vt est apud
,, Moysem, eas quoque condi-
,, tas esse affirmantes. Quidam
,, ab omni arborum fructu & ab
,, ouis abstinent. Quidam solo
,, vescuntur pane: alij ne hoc
,, quidem vtuntur. Verùm, vt iam ante notauimus de Socrate testante de discrepantia populorum quo ad numerum dierum quadragesimalium, ita & hic notandum venit, hunc scriptorem non referre solos Catholicæ Ecclesiæ mores, sed hæreticorum quoque & malorum transgressiones, quas inter receptas consuetudines recenset. Quod enim quidam aues manducabant, adeo lege ieiunij contrarium indicabat Theophilus Patriarcha Alexandrinus epistola 3. paschali, vt à communione eos arcendos esse

Theoph. Alex.

,, putauerit: Nescientes, inquit,
,, quod etiam hominum consci-
,, entiam fugiant, & clausis pa-
,, rietibus vescantur carnibus,
,, atque aues altiles diebus qua-
,, dragesimæ, & propinquante
,, pascha immundis manibus la-
,, cerent, tristi vultu foris ieiu-
,, nia promittentes: corripiat
,, eiusmodi Dominus, & di-
,, cat, iniquitates magnas faciunt
,, isti, vt recedant à sanctis
,, meis.

Cæterum Græcos longè rigidius ieiunasse, quam Latinos, iamdudum ante nos obseruauit Ratherius Veronensis Episcopus, qui serm. 1. de quadragesima testatus est, *orientales & longiorem & austeriorem, quam nos, faciunt quadragesimam*. Scripsit hæc Ratherius sæculo nono, cum iam ante sæculi septimi medium ab Heraclio Imperatore octaua hebdomada quadragesimæ adiecta fuisset, quæ hebdomada τυροφάγος siue τυρινὴ à Græcis vocatur, quod carnibus sublatis oua & lacticinia comedere licebat. Reliquis autem septem quadragesimæ hebdomadibus etiam lacticinijs abstinendum erat Dominicis & sabbatis, quibus orientales ieiunium soluebant. Præclarè hoc colligitur ex canone 56. Trullano, vbi orientales Episcopi anno 692. *Accepimus & in Armeniorum regione, & in alijs locis, in sabbatis & Dominicis sanctæ quadragesimæ quosdam oua & caseum comedere. Visum est ergo & hoc, vt omnis Dei Ecclesia, quæ est in vniuerso terrarum orbe, vnum ordinem sequens, ieiunium perficiat, & abstineat sicut ab omni mactabili, sic ab ouis & caseo, quæ quidem sunt fructus & fœtus eorum, à quibus abstinemus. Si autem hoc non seruauerint, si sint quidem clerici, deponantur: sin autem laici, segregentur*. Notat vero ad hunc canonem Theodorus Balsamon schismaticus Patriarcha Antiochenus, *quod eidem omnino pœnæ subijciantur, qui per caseum & ouum ieiunium soluunt om-*

Ratherius Veron.

Can. 56. Trull.

Balsamon.

omni quarta & sexta feria. Ex quibus colligere licet, quam aspere ieiunabant Græci, de quibus Iacobus Goar in notis ad Euchologium pag. 207. Prima itaque die τυρινῆ sexagesimæ insequente, ieiunium asperius auspicantur, & ad vsque paschatis celebritatem à piscibus & oleo præter quam Annunciationis, & Palmarum festiuitate, quacumque ratione delibandis abstinent, squillis licet, ostreis, cancris, polypodibus, sepijs, & alijs huiusmodi exsanguibus, quasi ex piscium perfectorum natura alienis, & cruditate seu vilitate stomachum affligentibus, sicut & piscium ouis exsiccatis, & sale ad solem conditis, minime sibi temperandum putent. Propterea que cibum serotinũ Andronico seniori sumenti apud Nicephorum Gregoram, lib. 9. cap. vlt. apposita erant omnia testacea, propter ieiunium illorum dierum: post quæ cum merum bibendum fuisset, quo vetulus stomachus ad duriorem illum cibum conficiendum firmaretur. Oleum tamen sabbatis & Dominicis, vinumque hodie toto illo tempore permittunt.

Iacobus Goar.

Hucusque Iacobus Goar, cui consonat id, quod habetur in edito per Cotelerium tomo primo monumemtorum Nomocanone græco, vbi capite 255. Qui commiserunt gratiia peccata, & possunt ieiunare in magna quadragesima, dumtaxat sabbato, & Dominico comedant, quid à coquo præparatum, item vinum non bibant; qui vero non valent, à cocto & vino abstineant diebus hebdomadæ secundo, quarto, & sexto. At monachi pisces non manducent in sancta quadragesima, præterquam festo Annuntiationis, & festo Palmarum. Et cap. 256. Sæculares autem sine culpa piscibus vescantur per sabbatum & Dominicam, necnon vinum bibant. Sed prima hebdomadæ ab omnibus abstinendum, nec vllatenus gustandum est coctũ aut vinum. Recentior est hic nomocanon, vnde & recentiorum Græcorum disciplinam continet, vt mirum non sit, quod Gregorius Protosyncellus in apologia pro Concilio Florentino contra Marcum Ephesinum scripserit: *Nam & in ipso magnæ quadragesimæ tempore diebus sabbati ac Dominicis, multi vescuntur piscibus, alij quoque alijs diebus: sunt etiam, qui ijs omnino se abstinent*. Adiungit alia Iacobus Goar in scholijs ad Euchologium Græcorum, quibus indicat, modernos Græcos ieiunium Apostolorum, quod à Dominica post Pentecostem inchoant, ac breuissimum est, pro festiuitatis paschalis varietate incertum, non adeo rigorosè obseruare, *nec tamen gra-*

Nomocanon.

Gregor. Protosyn.

Goar.

graue, inquit, *vt olei*, *piscium-que commestionem secum ferat* ,, *illicitam*. Aliud item à pri- ,, ma Augusti ad diem beatæ ,, Virginis assumptionis celebran- ,, dæ dicatum, deuotionis licet, ,, & affectus erga illam demon- ,, strandi gratia suscipiatur, non ,, ita protrahitur tamen, & ab ,, ouis & caseo tantum, non pi- ,, scibus & oleo interdicit. Ie- ,, iunium tandem Christi nata- ,, litijs præuium, quamuis olim ,, decima quinta Nouembris in- ,, ceptum, τεσσαρακονθήμερον me- ,, ruerit appellari: nunc tamen ,, frigidior Græcorum deuotio ,, ad dies septem contraxit. Habet & plura his similia Thomas Smith natione Anglus, qui diu Constantinopoli moratus fuit, & epistolam de Ecclesiæ Græcæ statu hodierno conscripsit, vbi quatuor ieiunia recenset, quibus subiungit singulas ferias quartas & sextas, vnà cum quinque vigilijs toto anno apud Græcos occurrentibus, additque, Græcos horum ieiuniorum esse retinentissimos, ac ad ea obseruanda tanta cum religione ferri, vt Ecclesiæ leges hac ex parte sancitas transgredi, ,, piaculum habeatur: Ita, in- ,, quit, domuere affectus partim ,, longa consuetudine, partim ,, pietate, vt tantum absit, vt ,, de ieiunijs, vt asperis, in lon- ,, gum tempus productis que- ,, rantur, vt religionem, ne de- ,, inceps tota pereat, periclita- ,, tum iri, his ieiunandi rigori- ,, bus, licet ex intuitu humanæ ,, infirmitatis, paulo remissis, ,, malis, nec facile auellendis ,, suspicionibus credituri sint. Neque post hoc testimonium viri ab Ecclesiastica communione alieni alio indigemus, vt hæreticorum deliria ex Orientalis Ecclesiæ cum occidentali, quoad ciborum delectum consensione refellamus.

Thomas Smith.

Enimuero non soli Græci, sed & Latini temporibus ieiuniorum abstinuerunt à certis cibis, inter quos carnibus ab omni tempore & vbiq; locorum fuit interdictum. Attulimus iam supra D. Hieronymi & Augustini testimonia, & vltra citata, addi possent testimonia D. Fulgentij ex libro de fide ad Petrum, capite 3. *A carnibus & vino abstineant*, *in quantum corporis valetudo permittit*. Concilij Gerundensis in Hispania anno 517. quod canone 3. agens de litanijs Nouembris, *quibus tamen diebus à carnibus & à vino abstinendum decreuimus*. Concilij Toletani 4. quod anno 633. agens de Calendis Ianuarij statuit canone nono. *Præter piscem & olus*, *sicut in alijs quadraginta diebus à cæteris carnibus abstinetur*, *& à quibusdam nec vinum bibitur*. Concilij Toletani 8. quod anno 633. canone nono, illum communione paschali indignum iudicauit, *qui diebus quadragesimæ esum carnium præsumpserit attentare*. Caroli Magni Francorum Impera-

Fulgentius.

Canon 3. Concil. Gerundensis.

Canon 9. Tolet. 4.

Ibid. 8.

ratoris, qui anno 789. in Capitulari suo pro partibus Saxoniæ statuit canone 3. vt qui in quadragesima *carnem comederit*, *morte moriatur*. Theodulphi Aurelianensis Episcopi, qui anno 797. in suo Capitulari statuit canone 40. *Abstinentia diebus quadragesimæ omnium deliciarum esse debet, & sobriè & castè viuendum. Qui verò ouis, caseo, piscibus & vino abstinere potest, magnæ virtutis est.* Omittit carnes, quia illis abstinere indubitati præcepti erat non in Gallijs tantum, sed per totum occidentem; vnde & Concilium Bergamstedense in Anglia statuit anno 700. canone 15. *Si quis seruo carnem in ieiunio dederit comedendam, seruus liber exeat.* Et canone 16. *Si seruus ex sponte sua eam ederit, aut 6. solidis luat, aut flagello.* Et Æneas Parisiensis Episcopus in libro contra Græcorum errores licet fateatur, per diuersas regiones varium esse abstinentiæ vsum, nullam tamen regionem adfert, vbi carnes tempore ieiunij permittuntur.

Capitul. CaroliM.

Capitulare Theodulphi.

Bergamstedense Conciliū.

,, Pars Italiæ, inquit, cui hoc
,, animo complacet, tribus die-
,, bus in hebdomada per totam
,, quadragesimam à cibis igne
,, decoctis abstinet, tantummo-
,, do diuersis fructibus arborum,
,, & generibus herbarum, qui-
,, bus Italia opulenter abundat,
,, in cibo vtens, abstinentia per-
,, ficit votum: quibus ergo deest
,, diuersitas ac multiplicitas fru-
,, ctuum, nequaquam negabi-
,, tur cibus ab igne decoctus ...
,, ... Germania etiam à lactis
,, & butyri, & casei & ouorum
,, esu per totam quadragesimam
,, generaliter non abstinet, exce-
,, pto, quem spontanea attrahit
,, voluntas.

Ratramnus etiam in suo opere contra Græcorum opposita libro 4. capite 4. manifestè supponit, omnes Latinos, aut Occidentales diebus ieiunij vel quadragesimæ *carnibus abstinere*, quod & Ratherium Veronensem Episcopum sermone primo de quadragesima adegit ad peccatores arguendos hisce verbis: *Non comedunt carnes, & rodendo aliorum incessanter lacerant mores.* Neque post hæc vlterioribus testimonijs indigemus, cum exinde perpetua sæculorum traditione carnibus abstinuerint, quotquot inter fideles ieiunare contigerit.

Ratramnus.

Ratherius.

Non ignoro quidem, fuisse nuper in Gallijs, qui occasione edicti ab Episcopo Parisiensi anno 1649. die 18. Februarij Parisijs promulgati (quo ob annonæ caritatem certis quadragesimæ diebus carnium esus indulgebatur) disputarunt, an illis diebus ieiunij obseruatio relaxetur. Et Ioannem quidem Launoium libello de veterum ciborum delectu, corollario 7. pro parte negatiua militare, opinionem suam confirmando primum exemplo Spiridonis, qui teste Sozomeno libro 1. capite 11. hospiti non magna fa-

me

me laboranti, carnes suillas proposuit, easque tempore quadragesimæ comedit. Deinde ex Epiphanio, & Socrate testantibus, quosdam Christianos in quadragesima etiam aues manducare solitos: verùm ex illis, si facti speciem consideremus, longe alia deducenda putarem, quam Launoius deduxit.

Enimuero si factum Spiridonis perpendatur, Sozomenus lib. 1.
Sozomenus. ,, cap. 11. refert: Quod instan-
,, te iam quadragesima, quidam
,, ex itinere ad eum accessit ijs
,, ipsis diebus, quibus ille vna
,, cum domesticis solebat conti-
,, nuare ieiunia, ac certo die
,, comedere, reliquos dies ab-
,, sque vllo traducens cibo: cum
,, autem Spiridon perigrinum
,, admodum fessum videret, age,
,, inquit, filia: laua hominis
,, pedes, eique cibum appone.
,, Cum virgo respondisset, nec
,, panem domi esse, nec fari-
,, nam: superuacuum enim esse
,, harum rerum apparatum pro-
,, pter ieiunium: Spiridon præ-
,, missa oratione, & petita venia,
,, præcepit filiæ, vt suillas car-
,, nes, quas sale conditas habe-
,, bat, coqueret, quibus coctis,
,, hospitem vnà secum sedere
,, iussit, & appositis carnibus
,, cum ipse comedit, tum ho-
,, minem hortatus est, vt come-
,, deret. Cumque ille detrecta-
,, ret, ac se Christianum esse di-
,, ceret; eo minus, inquit, de-
,, trectandum est. Omnia enim
,, munda esse mundis, sermo Di-
,, uinus edocuit. Hæc ex versione Valesij, circa quæ notandum est, ea contigisse *instante iam quadragesima*; vnde colligitur, ante quadragesimam Spiridonem ieiunia sua inchoasse, sed voluntaria ex consuetudine, non necessaria ex lege, ideoque accurrente hospite carnes suillas liberè proposuisse; quod si autem ista interpretatio minus placet, & reuera id in quadragesima factum esse putetur, quis non videt, huius sancti exemplum potius mirandum esse, quam imitandum? Ipse enim Spiridon præmissa oratione veniam à Deo non petijsset, si carnes tempore ieiunij edere licuisset, neque hospes se Christianum exclamasset, nisi Christiani omnes à carnibus abstinuissent. Ostendi id supra ex tot antiquorum testimonijs, vt frustra ijs repetendis inhærerem. Neque obstant, quæ Epiphanius & Socrates tradiderunt de quibusdam Christianis aues tempore ieiunij comedentibus, præterquam enim, quod illi aues pro piscibus haberent, certum est, eos plurimũ aberrasse, & ab Ecclesia improbatos fuisse: quin imo eo vsque peruenit disciplina orientalis Ecclesiæ; vt Græci nequidem infirmis licitum voluerint carnium esum tempore ieiunij, licet inde penderet periculum vitæ: *Carnes enim*, inquit Balsamon
Theodorus Balsamon in responsis ad Marcum Patriarcham Alexandrinum, *vel caseum, aut ouum*

ouum attingere non fuerit concessum, licet extremam efflet animam, neque in magna quadragesima, neque in qualicumque mercurij, vel veneris die. Eadem habet Matthæus Blastares in syntagmate alphabetico litt. N. c. 4. Addens, *id non licere, quamuis aliquis lethali morbo laborans illo victu semet conualiturum speraret*. Atque hæc quidem Græci, quorum licet hac in re austeritatem non probem, pro delectu tamen ciborum afferre volui.

Blastares

CAPVT QVINTVM.

Qua hora & quoties tempore ieiunij manducare consueuerint fideles.

QVid hisce de rebus initio nascentis Ecclesiæ obseruari consueuerit, ostendi posset ex libro 5. cap. 18. constitutionũ Apostolicarum, vbi traditur, paschale ieiunium hora nona, aut vespere soluendum esse. Verum cum compilator illarum constitutionum sæculo tertio aut quarto floruerit, ex Tertulliani libro de ieiunijs manifestius colligitur disciplina primitiuæ Ecclesiæ, cum fideles hanc differentiam inter stationes & ieiunia constituerint, vt illæ, hora nona soluendæ essent, ieiunia vero nonnisi vespere. Philostorgius in excerptis apud Photium lib. 10. cap. 12. testatur, *quartæ feriæ & parasceues ieiunium non in solo carnium abstinentia consistere, verum canonibus definiri, ne omnino alimenti quicquam ad vesperam vsque sumatur*. Diuus Epiphanius verò in expositione fidei cap. 22. scribit quidem ieiunium protrahi, *quarta sextaque feria ad horam vsque nonam*, fatetur tamen synaxes *tota quadragesima post horam nonam ad vesperam vsque celebrari*, & tunc finitis liturgia & vesperis fideles cœnasse. Addit Diuus Gregorius Nyssenus, horam cœnæ non fuisse nisi post solis occasum, vnde oratione in principio ieiunij loquitur de ijs, *qui grauantur sole tardius ad occasum tendente: dies solito longiores appellitant*. Et Diuus Paulinus Nolæ Episcopus epist. 6. ad Amandum referens, quemdam Ecclesiasticum ad se venisse tempore quadragesimæ, *quotidiana ieiunia*, inquit, *non refugit, & pauperem mensulam, vespertinus conuiuia non horruit*. Diuus Ambrosius quoque sermone 33. agens de eo, qui tempore ieiunij venatur: *Qui eiusmodi es*, inquit, *quamuis declinante iam sole*

Philostorgius.

Epiphanius.

Gregorius Nyssen.

Paulinus.

D. Ambrosius.

sole

ſole manduces, potes videri tardius te refeciſſe, non tamen Domino ieiunaſſe. Habet plura alia teſtimonia D. Ambroſius, quibus indicat, veſpertinum ſacrificium tempore ieiunii offerri conſueuiſſe in Eccleſia; & cum fideles paſſim communicarent, ieiunos manſiſſe, neque vllum niſi finito ſacrificio cœnaſſe. Permanſit hæc diſciplina vſque ad ſæculum octauum, quo ſtatuit Theodulphus Aurelianenſis Epiſcopus in capitulari ſuo anno 797. capite 36.

Theodulphus. ,, Solent plures, qui ſe ieiunare ,, putant, mox vt ſignum au- ,, diunt, ad nonam manduca- ,, re, qui nullatenus ieiunare ,, credendi ſunt, ſi ante mandu- ,, cauerint, quam veſpertinum ,, celebretur officium; concurren- ,, dum eſt enim ad miſſas, & au- ,, ditis miſſarum ſolemnibus, ſi- ,, ue veſpertinis officijs, largitis ,, eleemoſynis, ad cibum acce- ,, dendum eſt. Si vero aliquis ,, neceſſitate conſtrictus fuerit, ,, vt ad miſſam conuenire non ,, valeat, æſtimata veſpertina ,, hora, completa oratione ſua, ,, ieiunium abſoluere debet. Horam refectionis ſtatuit omninò eſſe veſpertinam, quam aliqui, qui miſſarum ſolemnibus adeſſe non poterant, ſignum nonæ pro tempore refectionis ſumentes, præueniebant. Et hoc putant quidam eruditi, in cauſa fuiſſe, quod paulatim hora refectionis veſpertina in nonam mutata ſit: neque poſt ſæculum octauum teſtimonia reperies, quæ horam refectionis vltra nonam extendunt. Capitularia Regum Galliæ à Benedicto Leuita collecta habent libro 5. capite 151. de ieiunijs quatuor temporum: *Feria quarta & ſexta, ſabbato ieiunatur vſque ad horam nonam.* Cap. Reg Galli lib. 5. Quod eiſdem verbis reperitur can. 34. Concilij Moguntini anno 813. ſub Carolo magno habiti. Adeo id ipſum receptum fuit ſæculo 10. in Italia, vt Ratherius Veronenſis Epiſcopus ſermone primo de quadrageſima apud Lucam D'Acherium tomo ſecundo ſpicileg. dixerit num 6. *Vituperamus & illorum ridiculoſam nimirum ſtultitiam, qui contra conceſſam nona horæ diei omnibus ſumendi quidlibet licentiam, vſque ad noctem quotidie ieiunium eligunt protelare, vt nocte quaſi cum licentia ventrem valeant ingurgitare.* Ratherius Veron.

Statuit quidem Concilium Rothomagenſe anno 1072. canone 21. *Vt nullus in quadrageſima prandeat, antequam hora nona peracta veſpertina incipiat, non enim ieiunat, qui ante manducat.* Can. 21. Rothom. Ex quo colligitur, Galliam in quadrageſima ieiunium vſque ad veſperam continuaſſe, id quod Diuus Bernardus ſermone tertio de quadrageſima confirmat hiſce verbis: *Hactenus vſque ad nonam ieiunauimus ſoli, nunc vſque ad veſperam ieiunabunt nobiſcum pariter vniuerſi Reges & principes, clerus & populus, nobiles & ignobiles, ſimul in* D. Bernardus.

vnum diues & pauper. Cœpit autem post tempora D. Bernardi etiam in Gallijs hora refectionis nonnihil præueniri, scribente Hugone à sancto Victore: *Non ieiunantibus, nec tamen infirmantibus, rectam horam reficiendi intelligimus ab hora tertia vsque ad sextam; ieiunantibus vero, ab hora nona vsque ad vesperam*. Hora nona erat omninò tertia post meridiana, à qua vsque ad vesperam erat tempus refectionis diebus ieiunij; vnde scholastici videntes Ecclesiæ consuetudine suo tempore receptum fuisse, vt diebus ieiunij refectio sumeretur hora nona, eamdem admiserunt pro legitima. Alexander Alensis statuit aperte, *quod hora refectionis magis congrua refectioni tempore ieiunij sit hora nona, quàm vsque ad vesperam*. Scotus libro 4. sent. dist. 13. q. 2. dicit, quod terminus celebrationis, adeoque tempus refectionis, sit hora nona, idque colligi *ex consuetudine Ecclesiarum*. D. Thomas 2. 2. quæst. 147. art. 7. apertè fatetur, *conueniens hora comedendi taxatur circa horam nonam*. Quid plura? Consuetudinis illius aliquale indicium restat, quod in hunc vsque diem & sacrificium & vesperæ in quadragesima fiant ante meridiem, vt nonnisi post illa, refectio hora sexta, siue vt nunc vocatur in Gallijs, duodecima sumatur, quæ, hora nona siue tertia post meridiana sumi solebat. Vt autem loquamur de vnica refectione, extra omne omnino dubium esse debet, prioribus sæculis, cum hora refectionis censebatur esse vespertina, nonnisi vnicam refectionem in vsu fuisse, refectiunculam vero siue collationem vespertinam accessisse, postquam hora refectionis circa meridiem obseruari cœpit. Cœpit autem primo omnium in oriente, quandoquidem habeamus Cardinalis Humberti testimonium, quod Græcis schismaticis tempore Michaelis Cerularij Constantinopoli proposuit: *Quadragesimam*, inquit de occidentalibus, *diligenter obseruare contendimus, quam vt aliquis, excepta graui infirmitate, in aliquo infringat, sufferre nequiuimus. Nec licet cuiquam apud nos, sicut apud vos, post vnam refectionem, quidquam pomorum aut herbarum diebus ieiuniorum percipere*. Neque Cardinalem Humbertum quidquam falsi Græcis obiecisse, patet ex Theodoro Balsamone schismatico Patriarcha Antiocheno, qui à Marco Patriarcha
,, Alexandrino rogatus: Qui his
,, ieiunijs continenter agunt, ad
,, hæc & diebus mercurij & Ve-
,, neris aridis vescuntur, sinen-
,, tur per secundariam mensam,
,, curare corporis indigentiam,
,, an non? Ita respondit: Pro-
,, priè continentia ieiunium est,
,, quia & affecticida, non ho-
,, micida vocatur. Si ergo qui
,, continenter viuunt, ad cor-
,, poris sustentationem secunda-

Hugo à S. Victore. Alexand. Alensis. Scotus. D. Thomas. Humbertus Card. Balsamon

„ ria mensa indigeant, præiudi-„ cium non patientur. Extant hæc Balsamonis responsa tomo 5. iuris Græco-Romani, & exinde intelliges, quid sibi voluerit Alexander Alensis, qui post Balsamonem floruit, cum scripsit, Græcos non semel sicut latinos, sed pluries die ieiunij, & qualibet vice parum comedisse.

Constat autem de latinis, quod sæculo 13. quo florebat D. Thomas, nondum dupliei refectione vtebantur; cum enim hora refectionis tunc temporis esset nona, fideles non faciebant collationem vespertinam, vnde Diuus Thomas 2. 2. q. 147. artic. 6. ad quæstionem, an requiratur ad ieiunium, quod homo tantum semel comedat; respondet: *Ecclesiæ moderatione statutum est, vt semel in die à ieiunantibus comedatur, & hanc esse communem consuetudinem populi Christiani.* Eadem confirmat Dionysius Cartusianus, qui iuxta Tritemium anno 1471. obijt, & libro 4. artic. 203. scribit, rationabiliter ordinasse Ecclesiam *in die ieiunij nonnisi semel manducandum*. Stephanus Poncherius, qui anno 1500. ordinatus fuit Parisiensis Episcopus supponit quidem circa meridiem manducandum esse, hortatur tamen, vt semel tantum in die ieiunij manducetur: *Semel in die refectionem corporis alijs cibis non vetitis corporibus vestris capiatis. Et si tempus congruum habueritis, vt sanctus Thomas & alij doctores nos instruunt, circa meridiem capiatis.* Verum vbi fideles circa meridiem, id est hora sexta diei iam cœperant manducare, ab illo tempore putarem introductam esse collatiunculam, quæ etiamnum per totam occidentalem Ecclesiam post, aut circa solis occasum sumitur à fidelibus, quibus eum idem orientales obseruare didici ab homine natione Græco, testante ante horam meridianam missam præsanctificatorũ inchoari apud Græcos, ipsaque circa meridiem finita refectionem sumi, ac vespere etiam collatiunculam apud illos in vsu esse. Hisque consonat Iacobus Goar in notis ad Euchologium Græcorum, notat enim pag. 207. Græcos, qui olim post meridiem inchoabant missam præsanctificatorum, *nunc relaxato etiam in oriente ieiunij rigore, circa meridiem ad illud officium exsoluendum, paucis & quasi lugubribus crotali ictibus synaxim conuocant.*


D. Thomas. Dionysius Carthus. Steph. Poncherius. Goar.

Atque hæc quidem de ieiunijs, aut delectu ciburum, quibus dum hæretici ob ganniunt, orientali & occidentali Ecclesiæ nonnisi cum summo dedecore resistunt. Si enim de ieiunio dixissent, fideles nostro sæculo à primitiuo rigore recessisse, opinionem suam antiqua Patrum traditione confirmare potuissent; at cum ipsa ieiunia & delectum ciborum impetere ausi sint, & contra perpetuum totius Ecclesiæ vsum impugnare non


eru-

erubuerint, ſolo nouitatis ſtudio, non veritatis amore ſeſe moueri oſtenderunt, & omni antiquitatis fundamento deſtituti ſunt. Fuerunt quidem aliqui, qui nouitatis prurigine ducti ieiuniorum rigorem contemnere viſi ſunt, at illi non ex probatorum Patrum cœtu, ſed hæreticorum numero cenſendi ſunt, vnde Concilium Senonenſe anno 1528. contra Lutherum in Gallijs celebratum, poſtquam probaſſet antiqua Eccleſiæ ieiunia, adiungit canone ſeptimo: *Si quis igitur Aerianorum huius errorem, mille ab hinc annis damnatum, & à Iouiniano, Vigilantio, Waldenſibus, Wicleffo, Huſſitis, ac nouiſſimis iſtis diebus à Luthero & ſequacibus ſuſcitatum, ſecutus, quadrageſimale ieiunium, non iam terrena cogitatione initiatum, quam cæleſti maieſtate conſecratum, & cætera Eccleſiaſtica ieiunia, vel præſcriptas à Patribus abſtinentias non obſeruauerit, aut non obſeruandas duxerit, ſacrorum Conciliorum authoritate, anathema ſit.*

Canon 7. Senonen.



DIS-



DISSERTATIO VI.

De Monachatu.



SICVT equus abiecto semel freno vagatur indomitus, ita plane Lutheri animus, qui, vt frenum vitæ monasticæ, cui se voto consecrauerat, excussit, libertatem amauit, & carnis illecebris delectatus se totum impudicitiæ & libidini tradidit. Vix anno 1521. prodierat Pseudo-Synodi Augustinianorum Wittembergensiũ de libertate monachorum sententia, qua permittebatur *vel manere in monastica, vel deserere monasticem*, quin statim Lutherus huic errori applaudens, ex Patmo vbi latitabat, Episcopis & diaconis, vt vocat Diœcesis Wittembergensis transmisit suas hac de re propositiones, inter quas vna est, quod *votum religionum aut quodcumque omnino, quedam lex est conscientiam naturæ captiuans*. Ordine 32. *Tale votum sacrilegum, impium, idolatricum, demonibus vouetur*. Propositione 54. ait, *religiosos esse similes vel peiores Gallis & Vestalibus gentium*. Et 35. *imo cum Manasse impio cultores esse Moloch in valle Ennon*. Quid plura? Qui propositione 51. hortatur & vult, vt religiosus votum cum professione deserat, mirum profecto non erit, si quod verbis docuit, exemplo suo confirmare non erubuerit; & teste Cochleo ad annum 1525. monialem in vxorem duxerit, ac post hoc tempus monachi in ludibrium Lutheranis fuerint. Extat sane tomo secundo operum Lutheri interpretatio monacho-vituli per Lutherum editi, vbi non solum imagine, sed scripto monachatum pro monstro obtrudit, & pro more suo eumdem conuicijs proscindit: relicto proinde Luthero, audiamus eius sequaces, qui seriò in confessione Augustina de monachatu agentes his verbis mentem suam exprimunt. Au-

Pseudo-Syn.

Lutheri prop.

Augustini tempore erant libera collegia, postea corrupta disciplina vbique addita sunt vota, vt tanquam excogitato carcere, disciplina restitueretur. Additæ sunt paulatim supra vota aliæ multæ obseruationes. Et hæc vincula multis ante iustam ætatem contra canones iniecta sunt. Addunt secuta exinde scandala: *Olim*, inquiunt, *erant scholæ sacrarum litterarum, & aliarum disciplinarum, quæ sunt vtiles Ecclesiæ, & sumebantur inde pastores & Episcopi: nunc alia res est: nihil opus est recitare nota. Olim ad discendum conueniebant: nunc fingunt institutum esse vitæ genus ad promerendam remissionem peccatorum & iustificationem: imo prædicant esse statum perfectionis, & longè præferunt omnibus alijs vitæ generibus à Deo ordinatis.* Hęc inter alia Lutheri sequaces.

Confessio Augustana.

His autem omnibus vt cum Senonensi Consilio respondeam,

Conc. Senonense.

,, sicut in delectu ciborum: Ita ,, non absimili versutia veritatis incursores declinauerunt in ,, verba malitiæ ad excusandas ,, excusationes in peccatis. Dum ,, vota perpetua, & in his potissimum monastica, non vanitatis tantum, sed & impietatis accusant, & abiecta, pessimo quidem exemplo cuculla, ad sacrilegas se conuertunt ,, nuptias. Quod infandum apostasiæ genus hac vna maxime ,, prætexunt ratione, quasi vota huiuscemodi libertati Christianæ præiudicium afferant, ,, nec satis in nostra sit potestate ,, iugis illa perpetuaque castitas; ,, atque his strophis in desideria ,, carnis pelliciunt eos, qui paululum effugiunt, libertatem ,, eis promittentes, cum ipsi ,, sint serui corruptionis. At vero nulla maior libertas, quam ,, cum repressa carnis tyrannide, ,, corpus in obsequium Christi ,, trahitur, nec tam concupiscentia ducimur, quam spiritu, nempe vbi spiritus Domini, ibi libertas: neque quidquam est, quod non possumus ,, in eo, qui nos confortat: ,, Christus quippe non patitur ,, nos tentari supra id, quod ,, possumus, sed facit cum tentatione prouentum, vt possimus sustinere. Cuius auxilio ,, freti inuenti sunt Eunuchi, ,, qui se castrauerunt propter regnum cœlorum, ac proinde ,, certa sit damnatio viduarum, ,, quæ cum luxuriatæ forent in ,, Christo, volebant nubere, ,, turpi certè transfugio, primam fidem irritam facientes, ,, non quam baptismo, qui nuptiarum fœdera non respuit, ,, sed iuxta expositionem Concilij Carthaginensis, quam ,, perpetuæ castitatis voto, qui ,, Christum aliquando dehortantem facit, in eum blasphemat, & Apostolo contrarius ,, est, qui palam nec semel tantum ad perpetuæ virginitatis ob-

,, obseruantiam instigasse legi-
,, tur. Cæterum cum Christus
,, aperte suadeat, vt qui vult
,, perfectus esse abneget semet-
,, ipsum, & tollat crucem suam,
,, vadat, & vendat omnia, quæ
,, habet, & det pauperibus, ad
,, perpetuæ profecto tum obedi-
,, entiæ tum paupertatis vota co-
,, hortatur. Si quis igitur vo-
,, tum aliquod huiuscemodi vo-
,, uerit Domino, etiamsi perpe-
,, tuum fieret, non facit irri-
,, tum verbum suum, sed Dei-
,, paræ Virginis exemplo, om-
,, ne, quod promiserit, imple-
,, bit, neque tardabit reddere.
Placuit hoc testimonium Senonensis Concilij hic totum inserere, quod argumenta ex Sacra Scriptura depromat, quæ vt clarius intelligantur, agam sequenti capite de continentia & castitate, quam virgines à Paulo Apostolo edoctæ iam inde à primis Ecclesiæ sæculis Deo vouerunt.

CAPVT PRIMVM.

De voto castitatis, & quod virgines Deo dicatæ semper fuerint in Ecclesia.

CVM æterna veritas Matthæi 19. egisset de indissolubili matrimonij vinculo, & discipuli eius respondissent. *Si ita est causa hominis cum vxore, expedit non nubere.* Statim Christus subiunxit: *Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est. Sunt enim Eunuchi, qui de matris vtero sic nati sunt: sunt Eunuchi, qui facti sunt ab hominibus, & sunt Eunuchi, qui seipsos castrauerunt propter regnum cœlorum. Qui potest capere, capiat.* Quibus verbis Christus iuxta interpretationem Patrum indicat, inter Christianos esse, qui se castrauerunt non membrorum abscissione, *sed prauarum concupiscentiarum interemptione*, & continentiæ obseruatione, ad quam, vt ait Chrysostomus, *auxilium gratiæ volentibus non denegatur.* Et hoc sensu consuluit doctor gentium 1. Corinth. 7. castitatem, addens, *quod vnusquisque proprium donum habet ex Deo*, & hortetur, *ad id, quod honestum est, & quod facultatem præbeat sine impedimento Dominum obsecrandi. Ideoque beatus erit, si sic permanserit.* Et ad consilium Apostoli ipsis Apostolorum temporibus etiam mulieres post obitum maritorum Deo continentiam vouisse patet ex epistola Pauli 1. ad Timotheum 5. *Adolescentiores viduas deuita, cum enim luxuriatæ fuerint in Christo, nubere volunt,*

Math. 19. — 1. Ad Corint. 7. — 1. Ad Timoth. 5.

lunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. Per fidem enim votum continentiæ intelligi, & totus contextus indicat, & indubitata Patrum sententia confirmat. Ita inter alios sanctorum Patrum Coryphæus August. in psalmo 75. D.Augustinus. *Quid est primam fidem irritam fecerunt? vouerunt, & non reddiderunt*.

Vt vero Lutheranorum errorem funditus euertam, non alio, quam quod ex virginibus desumitur, exemplo indigeo. De Mariæ virginitate hic non agam, vtpote, quæ semper ab omni celebrata fuit Ecclesia. Tradit Lucas actorum 21. quod apud Philippum Euangelistam, vnum de septem diaconis, manserit Cæsareæ: Lucas actor.24. *Huic autem*, inquit, *erant quatuor filiæ virgines prophetantes*. Et Polycrates Ephesiorum Episcopus in epistola ad Victorem Papam, hunc Philippum existimans vnum ex Apostolis, Polycrates. *qui fuit*, inquit, *vnus ex duodecim Apostolis, mortuusque est Hierapoli cum binis filiabus, quæ in virginitate consenuerunt: altera quoque eius filia, quæ spiritualem quandam vitam duxit, Ephesi sepulta est*. Ita in epistola Polycratis apud Eusebium lib. 3. cap. 31. vt mirum esse non debeat, quòd Ignatius Martyr epistola ad Philippenses salutauerit Ignatius martyr. *collegium virginum*, & in epistola ad Smyrneos salutet eas, quæ in perpetua virginitate viuunt, & epistola ad Polycarpum Smyrnensem Episcopum dicat, in castitate ad honorem carnis Domini maneri posse, dummodo absque Episcopo non statuatur. Et ipse Polycarpus Smyrnensis Episcopus scripserit epistola ad Philippenses: *Virgines etiam oportet in immaculata & casta conscientia ambulare*. Polycarpus. Quid vltra apostolicorum virorum testimonia congeram, vbi virgines iuxta antiquas Ecclesiæ constitutiones Apostolis tributas primum locum obtinebant in Ecclesia inter mulieres, & vt habetur libro 4. capite 13. *De virginitate vero mandatum non accepimus, quare hanc rem potestati cuiusque voluntatis permittimus vt votum.* Const. Apostol. l.4. c.13. *Illud modo monemus, ne quid facilè & leuiter promittatur, siquidem Salomon ait: melius esse non fecisse votum, quam factum non reddere. Igitur hæc virgo sancta corpore & anima, vt templum Dei, vt domus Christi, vt Spiritus sancti domicilium. Debet enim, quæ virginitatis votum fecit, exercendo quæ voto digna sunt, demonstrare veram esse promissionem suam studio pietatis factam*. Hæc, ni fallor, clariora sunt, quam vt vlla expositione indigeant.

His tamen, vt æque manifesta antiquorum testimonia adiungam, prodeat ex Africa perantiquus Carthaginensis Ecclesiæ presbyter Tertullianus, qui libro de velandis virginibus, cap. 5. *Arguit* Tertullianus.

guit audaciam virginum sæcularium, quæ aduersus virgines Deo sacras insurgerent, eo quod ipsæ velatæ incederent. Ita titulus capitis apud Moreau: & ipse Tertullianus: *Ambiunt virgines hominum aduersus virgines Dei nuda planè fronte in temerariam audaciam excitatæ.* Et Infrà: *O sacrilegæ manus, quæ dicatum Deo habitum detrahere potuerunt.* Ipsius Tertulliani æuo erant virgines in Africa, quæ virginitatem suam Deò dicauerant, vnde illas vocat *virgines Dei, Christi filias ancillas, virgines sanctas.* Has vero asserit distingui, per *velum, habitum* nimirum *Deo dicatum*, vnde & Diuus Cyprianus Carthaginensis Episcopus & martyr specialem tractatum conscripsit *de disciplina & habitu virginum*, de quo Pontius Carthaginensis diaconus in eius vita: *Quis virgines ad congruentem pudicitiæ disciplinam, & habitum sanctimonia dignum velut frenis quibusdam lectionis Dominicæ coerceret?* Vocat autem virgines, *florentem Ecclesiastici germinis decus, atque ornamentum gratiæ spiritualis.* Asserit illas constituere *illustriorem portionem gregis Christi.* Hortatur, *vt quæ se Christo dicauerint, & à carnali concupiscentia recedentes tam carne, quam mente se Deo vouerint, consumment opus suum magno præmio destinatum.* Omitto virgines illas, quæ tempore persecutionis maluerunt corpus suum tormentis & cruciatibus tradere, quam primam fidem irritam faciendo nuptijs operam dare. Vix Ecclesia ab Ethnicorum tyrannide liberata erat, dum Concilium Carthag. 1. anno 348. statuit canone 3. *vt sanctimoniales fœminæ cum extraneis viris non habitent.* Addit canon, vniuersas dixisse: *Quod qui nolunt nubere, & pudicitiæ meliorem eligunt partem, vitare debent, non solum habitare simul, sed nec habere ad se aliquem accessum. Hoc ergo & lex iubet & sanctitas vestra commendat: hoc & in singulis concilijs à nobis statutum est.* Hinc & Optatus Mileuitanus libro secundo aduersus Donatistas: *Vrbanus Formensis, & Fœlix Idicrensis inuenerunt matres, quas de castimonialibus fecerunt mulieres.* Summo opprobrij loco ducens, quod Donatistæ cum præpositis, aut matribus virginum peccassent, addens quod *supra memoratus Fœlix inter crimina sua, & facinora nefanda, ab eo comprehensam puellam, cui mitram ipse imposuerat, à qua paulo ante Pater vocabatur, nefariè incestare minimè dubitauit.* Mitra, vt rectè Albaspineus, erat indumenti & tegminis genus, quo, quæ Deo dicatæ essent, vtebantur. Hæc autem imponi debebat ab Episcopo iuxta statutum Concilij Carthaginensis secundi, can. 3. vnde & Fœlix Donatistarum Episcopus peccare ausus cum virgine, cui mitram impo-

D. Cyprianus. Pontius. Canon 3. Carth. 1. S. Optatus.

impoſuerat, nefariè eam inceſtaſſe dicitur apud Sanctum Optatum.

Diuum Auguſtinum Hipponenſem Epiſcopum approbaſſe inſtitutum monialium, patet ex epiſtola eius 109. vbi monachas, ne præpoſitam mutare velint, Auguſtinus. hortatur: *Sub qua*, inquit, *in monaſterio illo per tam multos annos perſeuerante, & numero, & ætate creuiſtis, quæ vos mater non vtero, ſed animo ſuſcepit.* Fuerunt autem monaſteria illa in Africa, vſque ad tempora Victor Vticenſis. Wandalorum, quando Rex Hunericus *præcepit ſacras virgines congregari, dirigens Wandalos cum ſuæ gentis obſtetricibus ad inſpicienda, vbi nec matres aderant.* Cumque varijs tormentis eas afflixiſſent, petebant: *Dicite, quomodo Epiſcopi vobiſcum concumbunt, & clerici veſtri.* Et ab hac impia gente didicerunt nouatores noſtri ſæculi contra ſancti-moniales omnia illa, quæ paſſim euomere ſolent conuicia.

Cæterum non in Africa ſolum, ſed & Hiſpania continentiæ votum à virginibus fuiſſe emiſſum, clarius probari non poteſt, quam ex conſilio Illiberitano, quod ſtatuit Canon 13. Illiberit. canone 13. *Virgines, quæ ſe Deo dedicauerunt, ſi pactum perdiderint virginitatis, atque eidem libidini inſeruierint, non intelligentes quid amiſerint, placuit nec in fine dandam eis eſſe communionem.* Idem fere anno 400. ſtatuit Concilium Toletanum 1. canon 16. *Deuotam peccantem non recipiendam in Eccleſiam, niſi peccare deſierit, & deſinens egerit aptam pœnitentiam decem annis, recipiat communionem.* Et infra: *Quæ autem maritum acceperit, non admittatur ad pœnitentiam, niſi adhuc viuente ipſo viro caſtè viuere cœperit, aut poſt quam ipſe deceſſerit.* Et canone 11. Concilium Hiſpalenſe ſecundum. *Monaſteria virginum in prouincia bætica condita monachorum adminiſtratione ac præſidio committuntur, monachæ autem Chriſto dicata virgines nuncupantur.* Regula S. Leandri Hiſpalenſis Epiſcopi, quam Florentinæ præſcribit, vbi cap. 12. mentio fit ſororum, *quæ profeſſionem emittunt, & virginitatis ſtipendijs militant.* Et Concilium Toletanum quartum, quod anno 633. ſtatuit can. 55. vt quæcumque *ex viduis, virginibuſque ſacris, ac pœnitentibus fœminis, quæ ſanctimonialem habitum induerunt; poſtea autem veſtem mutauerunt, aut ad nuptias tranſierunt, ad cultum religionis acta prius pœnitentia reuocentur, quod ſi reuerti non poſſunt, & vere vt apoſtatæ anathematis ſententiæ ſubijciantur.*

Tolet. can. 16.

Hiſpalenſe 2. can. 11.

Regula Leandri.

Conc. Tolet. 4. can. 55.

Eiuſdem ſententiæ fuit Gallia, quæ anno 452. ſtatuit in Concilio Arelatenſi ſecundo can. 52. *De puellis, quæ ſe vouerunt Deo, & præclari decore nominis flo-* Arelat. can. 52.

ruerunt, si post viginti & quinque annos ætatis ad terrenas nuptias spontè transierint, id custodiendum esse decreuimus, vt cum his, cum quibus se alligauerint, communione priuentur: ita vt eis postulantibus pœnitentia non negetur, cuius pœnitentiæ communio multo tempore differatur. Quod idem renouatum est in Concilio Turonensi, vbi anno 461. statutum est can. 7. *Vt qui se sacratis virginibus per coniunctionem nefandam miscuerint, vel propositum professæ religiones dereliquerint, vtrique à communione habeantur alieni.* Et hæc quidem sufficiant de occidente: ad Ægyptum veniamus & orientem.

Concil. Turon. 1. can. 7.

Diuus Athanasius Patriarcha Alexandrinus in exhortatione, quam habuisse fertur ad sponsam Christi. *Christi sponsas*, inquit, *virgines dicere, Ecclesiastica nobis permittit auctoritas, dum in sponsarum modum, quas consecrat Domino, velat: ostendens eas vel maxime habituras spirituale connubium, quæ subterfugerint carnale consortium.* Extat sermo exhortatorius apud Lucam Holstenium in codicis regularum appendice, & si quæras modum consecrandi virgines, Diuus Hieronymus, qui dudum in Palæstina vixit, scribit epist. 48. in quibusdam Ecclesijs, præsertim Syriæ & Ægypti, tam virginem, quam viduam, quæ se Deo vouissent, & sæculum calcassent, crinem monasteriorum matribus obtulisse descandum, *non intecto postea contra Apostoli voluntatem, incessuræ capite, sed ligato pariter & velato.* Et epistola ad Demetriadem: *Scio ad imprecationem Pontificis flammeum virginale sanctum operire caput.* Fuerunt autem iam inde à temporibus Diocletiani eiusmodi virgines Deo dicatæ in monasterijs, vt patet ex martyrum actis à Baronio ad annum 301. relatis, vbi cum Maximianus Imperator Domnam quæreret: *Hæc cum resciuisset ea, quæ monasterio præerat, in quo erat sancta: in primis virili suscepta cogitatione, virili tonsura & veste ornata virgine, & præces cum lachrymis ei præbens viæ custodes & duces, eam clam emittit è sacro thalamo: sed sceleratus non cessabat quærere, & cum eam non inueniret, furebat communiter in omnia asceteria. Atque sacra quidem asceteria omnia crudeliter diruebantur, virgines vero turpiter probris afficiebantur: virgines proh dolor, quas ne masculorum quidem oculis videri erat vmquam tolerandum.* Dicant iam nouatores nostri sæculi ante Diuum Augustinum nulla fuisse monasteria, in quibus voto obstricti viuebant: de virginibus Deo dicatis, & in monasterijs viuentibus testantur acta sincerissima, quæ cum de Nicomedia & Bithynia, vbi Maximianus erat, agunt. Non abs re fecisse videbor, si ex millenis, quæ extant hac de

D. Athanasius.

D. Hieronymus.

Acta Martyr.

re

re testimonijs, vnum proferam ad sæculi quinti medium à sexcentis triginta orientis Episcopis, in concilio generali 4. Chalcedonensi, canone 16. posteritati consecratum: *Virginem, quæ se Domino Deo consecrauit, similiter & monachum non licere nuptialia iura contrahere. Quod si hæc inuenti fuerint perpetrantes, excommunicentur*. Quod si autem hæc à primis Ecclesiæ sæculis in fœminis locum habuerunt, quid dicemus de viris? De ijs, nequisquam somniaret cum Lutheranis, ante tempora Augustini non emissa fuisse vota continentiæ in monasterijs, hìc paucis agemus. Et quia putant, neque Essenos fuisse Christianos, neque extitisse vmquam, quos describit Dionysius Monachus, vtrumque illud ascetarum genus ante omnia illustrabimus.

Canon 16. Chal.

CAPVT SECVNDVM.

De Essenis, an fuerint Chirstiani, & Asceta, aut monachi?

De Essenis omnium primo egit Flauius Iosephus libro secundo de bello Iudaico capite duodecimo, vbi duo genera Essenorum vitam actiuam ducentium recenset, eorumque primum testatur habitasse in ciuitatibus, ab vxoribus & liberorum procreatione abstinentes, bona habuisse communia, constitutis vbique prouisioribus, qui ea dirigebant, neque quidquam egisse sine illis: narrat illos pransisse simul in refectorio & cœnasse vespere, idque sobrie & in mensura: addit neminem societati ipsorum adscriptum fuisse, nisi post annum probationis: *Et postquam anno integro continentia ipsius probata fuit*, duobus adhuc annis probari debuisse quo ad mores, & tum si idoneus reperiretur, in socium admissum, præmisso iure iurando de seruiendo Deo, seruanda æquitate & fidelitate erga homines, ac obedientia erga superiores, neque se diuulgaturum mysteria suæ religionis alijs, quam suis socijs, quos testatur lib. 18. antiquitatum Iudaicarum, cap. 2. fuisse plusquam quatuor mille. Secundum vero genus Essenorum refert habuisse easdem opiniones, manducasse eosdem cibos, seruasse easdem leges cum prioribus, excepto tamen, quod vxores haberent & filios procrearent.

De priori autem genere Essenorum extat testimonium Plinij scriptoris Ethnici, qui lib. 5. capite 17. historiæ naturalis, hæc
,, habet: Gens sola in toto orbe Plinius.
,, præter cæteras mira, sine vl-

la

,, la fœmina, omni venere abdicata, sine pecunia, socia,, palmarum. In diem ex æquo ,, conuenarum turba renascitur; ,, largè frequentantibus, quos ,, via fessos ad mores eorum for- ,, tunæ fluctus agitat. Et post Plinium C. Iulius Solinus poly- ,, hist cap. 38. Interiora Iudęæ, ,, quæ occidentem contuentur, ,, Esseni tenent: qui præditi me- ,, morabili disciplina, recesse- ,, runt à ritu gentium vniuersa- ,, rum, maiestatis (vt reor) pro- ,, uidentia ad hunc morem de- ,, stinati. Nulla ibi fœmina: à ,, venere se penitus abdicarunt, ,, pecuniam nesciunt, palmis ,, victitant. Nemo ibi nascitur: ,, nec tamen deficit hominum ,, multitudo. Locus ipse addi- ,, ctus pudicitiæ est: ad quem ,, plurimi, licet vndique gen- ,, tium properent, nullus admit- ,, titur, nisi quem castitatis fi- ,, des, & innocentiæ meritum ,, prosequatur. Demum, vt finiam, Philo Iudæus libro, *quod omnis probus liber*: vbi refert, quod Palæstinam & Sy- ,, riam Essei, circiter quatuor ,, millia à sanctitate dicti inhabi- ,, tent. Illos asserit vicatim ha- ,, bitare, viuentes partim ex a- ,, grigoltura, partim ex opifi- ,, cijs in pace florentibus, & hos ,, seruare castitatem in tota vita ,, perpetuam: eorum sodalitia pa- ,, tere hominibus etiam adue- ,, nis idem institutum seruan- ,, tibus, omnibus vnum esse ,, promptuarium, vnde vestitus ,, & mensa communis sumitur. Et hos vocat Philo Essenos, qui vitam actiuam exercent.

Iulius Solinus.

Philo Iudeus.

Præter illos verò aliud Essenorum genus describit libro de vita contemplatiua, quos Therapeutas, Therapeutidesque vocatos fu- ,, isse affirmat, de quibus: Illud ,, hominum genus Therapeuti- ,, cum semper in contemplatio- ,, ne diuinitatis proficiet, etiam ,, sole hoc sensibili, præterito; ,, nec vmquam suum ordinem ,, deseret tendentem ad felicita- ,, tem perfectissimam. Huic vi- ,, tæ instituto qui se addicunt, ,, non ex more aut rogati id fa- ,, ciunt, sed amore correpti re- ,, rum cœlestium, & quasi fu- ,, rore diuino perciti, donec ad ,, contemplationem illam consi- ,, deratissimam perueniant. De- ,, inde præ immortalis beatæque ,, vitæ cupidine, quasi iam hac ,, mortali defuncti, facultates ,, suas relinquunt liberis aut co- ,, gnatis, vltro eis possessione ,, cedendo, atque etiam socijs ,, & amicis, si cognati desint. ,, Relictis igitur facultatibus & ,, auocamentis omnibus fu- ,, giunt sine respectu fratrum, ,, liberorum, parentum, vxo- ,, rumque, & deserunt numero- ,, sas cognationes, societates, ,, amicitias, ipsas denique pa- ,, trias, in quibus geniti edu- ,, catique sunt, extra mœnia de- ,, gunt in hortis aut villis soli- ,, tarijs ...... hoc genus repe-

Ibid.

ritur

,, ritur in multis orbis regionibus merito vt absolutæ probitatis receptum à Græcis atque barbaris. Maximè tamen in Ægypto frequentatur, per præfecturas singulas, præsertim circum Alexandriam. Ex omnibus autem locis optimus quisque Therapeutarum, tamquam in huius generis patriam colonus mittitur in locum quemdam aptissimum, situm ad stagnum Mariam in terreno colle accliui leniter, tutum simul & laudatum ab aeris temperie .... singuli autem habent sacras ædiculas, quæ semnea vocant, siue monasteria, vbi solitarij sanctæ vitæ mysterijs dant operam, nec cibi potusue quidquam eò inferunt, aliudue in legem corporis, sed legem tantum, & prophetarum oracula diuinitus prodita, hymnosque, & quædam alia pietati scientiæque promouendæ vtilia ...... quotidie bis precari solent, mane ac sub vesperam .... medium vero matutini vespertiniquetemporis interstitium totum meditationi attribuitur. Versantes enim sacra volumina dant operam philosophiæ per manus acceptæ à maioribus, scrutando eius allegorias: quoniam sub apertis verbis latere credunt secreta naturæ, coniecturis explicanda probabilibus. Habent etiam priscorum commentarios, qui huius sectæ auctores, multa monumenta reliquerunt de allegorijs huiusmodi, ad quorum imitationem posteri se accommodant. Itaque non solùm contemplantur, sed etiam cantica hymnosque in Dei laudem componunt vario metrorum, carminumque genere & rythmis concinnatos in augustiorem ac religiosam speciem. Per sex dies seorsum quique in suis illis modo dictis monasterijs philosophantur, non progredientes foras, imo ne prospicientes quidem. Septima vero conueniunt in cœtum communem, & iuxta ætatis ordinem considunt decenti habitu, manus continentes sub pallio, dexteram inter pectus barbamque; sinistram applicatā lateri. Tum progressus in medium natu maximus, & dogmatum eius sectæ peritissimus, dixerit vultu ad grauitatem composita ...... id commune semneum in quod septimo quoque die conueniunt, septo clauditur duplici, separatis virorum & mulierum cœtibus. Nam mulieres quoque simul auscultant ex more, dumtaxat quæ institutum idem sectan ur. Medius autem paries à solo surgit tribus, quatorue cubitis, in modum loriculæ; superiora vsque ad tectum patent ... in veste autem eadem appa-

ret

,, ret simplicitas ad arcendos calores & frigora, pro pelliceis ,, crassa tunica in hyeme, æstate vero exomis aut interula ,, linea .... hi numeros in ,, primo obseruando post septem ,, hebdomadas elapsas conuentus suos instaurant ...... is ,, dies profectus est maxime festiuitatis incidentis in numerum quinquagenarium ..... ,, vbi vero conuenere candidati, & læti cum summa grauitate, ad signum datum à quapiam Ephemereuta. Priusquam discumbant stantes vna ,, serie decentes ...... præcantur, vt Deo placeat id conuiuium. Absolutis precibus seniores discumbunt, ac mox ,, alij pro cuiusque dignitate ,, ... adhibentur mensæ fœminæ quoque anus pleræque, ,, sed virgines, non coactæ castitatis, sicut apud Græcos ,, quædam sacrificulæ, sed sponte continentes præ amore sapientiæ, cuius studio per totam vitam contempserunt voluptates corporis, nimirum ,, diuinæ non mortalis prolis ,, cupidæ ...... discubitus ita ,, distribuitur vt seorsum viri ,, dextrum latus, seorsum fœminæ sinistrum teneant. Quod ,, si quis suspicatur lectisternia, ,, & si non sumptuosa, certe molliuscula parari hominibus ingenuis & philosophiæ deditis, ,, sciat esse tegetes rudes è vili ,, contexta materia, videlicet è ,, papyro indigna. Hue vsque Philo Iudæus, qui addit alia post hanc cœnam peragi solita, spectantia nimirum ad præsidis tractatum, hymnos vsque ad solis ,, ortum, vt ita præcationibus ,, absolutis ad suum quisque semneum secedat. Scholijs suis hæc illustrauit, qui ante mille trecentos sexaginta annos in Palæstina floruit, Eusebius Cæsarensis Episcopus, qui libro secundo historiæ Ecclesiasticæ cap. 17. refert: *Philonem Claudij Augusti temporibus Romæ cum Petro, qui verbum Dei illic prædicabat, familiarem congressum habuisse.* Eusebius. Addit, quod commentarius illius supra relatus, *omnes Ecclesiasticas regulas, quæ à nobis etiamnum seruantur, manifeste continent. Et cum philosophorum, Ascetarumque nostrorum vitam describit, satis superque indicat, se non modo vidisse, sed etiam vehementer probare, & mirari apostolicos viros, qui ex Hebræis, vt credibile est, oriundi, ob eam causam iudaicos ritus atque instituta tunc temporis magna ex parte seruabant.* Erant igitur Therapeutæ Christiani, vt tradit Eusebius, id probans ex eo, quod Philo testetur, Therapeutas illos abiecisse suas facultates, quod Diuus Lucas in actibus testatur fecisse primos Christianos, confirmat id ipsum Eusebius, ex domicilio ipsorum, quod Philo monasterium vocat, & etiam ex modo viuendi: *Quo*, inquit, *Ecclesiæ*

clesiastica disciplina forma quædam & imago descripta est. Adiungit deinde ieiunia ipsorum, *quæ*, inquit, *de primis nostræ religionis viris perspicuè & absque vlla dubitatione dicta esse arbitror*. *Quod si quis adhuc pertinaciter his refragari voluerit, is manifestioribus conuictus indiciis, quæ non alibi quam in Christianorum religione ad Euangelij normam composita reperiuntur, pertinaciam suam tandem abijciat*. Indicia autem illa sumit ex ijs, quæ Philo tradit de fœminis, quæ ad extremam vsque senectutem virgines manent, idque non coactę necessitate, sed sua sponte & animo diuino numini dicato. Pergit vero: *Quid præterea hic attinet commemorare cœtus, & virorum, ac mulierum seorsum degentium studia atque exercitationes, quæ apud nos etiamnum in vsu sunt, præcipue circa diem festum Dominicæ passionis, quo tempore ieiuniis atque vigiliis, & sacrorum librorum lectioni impensius vocare consueuimus? quæ omnia vir ille toties iam nominatus, eodem plane modo, quo à nobis solis hodie obseruantur, accuratè notata scriptis suis tradidit. Atque in primis peruigilia magnæ solemnitatis, piasque in iisdem exercitationes, & hymnos, qui à nobis recitari solent commemorat*. Huc vsque Eusebius.

Eusebium sequutus est Diuus Hieronymus, qui licet libro secundo aduersus Iouinianum ex Iosepho referat tria genera Iudæorum, Pharisæorum, Saducæorum, Essenorum, *quorum nouissimos miris effert laudibus, quòd & ab vxoribus semper abstinuerint, & quotidianum ieiunium verterint in naturam, super quorum vita, & Philo vir doctissimus proprium volumen edidit*. Hos tamen Essenos, quos Philo particulari libro prosequutus est, Christianos effectos putat libro de scriptoribus, ita enim scribit: *Philo Iudæus, natione Alexandrinus, de genere sacerdotum, idcirco à nobis inter scriptores Ecclesiasticos ponitur, quia librum de prima Marci Euangelistæ apud Alexandriam scribens Ecclesia, in nostrorum laude versatus est; non solum eos ibi, sed in multis quoque prouinciis esse commemorans, & habitacula eorum dicens monasteria, ex quo apparet, talem primùm in Christum credentium fuisse Ecclesiam, quales nunc monachi esse nituntur & cupiunt, vt nihil cuiusquam proprium sit, nullus inter eos diues, nullus pauper; patrimonia egentibus diuidantur, orationi vacetur & psalmis, doctrinæ quoque & continentiæ, quales & Lucas refert, primùm Hierosolymæ fuisse credentes*. Et in Marco: *Philo disertissimus Iudæorum, videns Alexandriæ primùm Ecclesiam adhuc Iudaizantem, quasi in laudem gentis suæ librum super eorum conuersatione rescripsit*. Hiero-

D. Hieronymus.

ronymo accedit Diuus Epiphanius, qui hæresi 29. num. 5. hæc
Epiphanius. ,, habet : Quod quidem argumentum vberius pertractatum,
,, quis quis es studiosus, in Philonis commentarijs inuenies,
,, eoque libro, quem Iessæis inscripsit: vbi illorum vitæ disciplinam, ac præconia celebrans, eorumque monasteria,
,, quæ ad Marianam paludem circumquaque posita sunt describens, non de alijs vllis,
,, quam de Christianis ista narrauit. Nam cum eam regionem lustrasset (Mareotes hæc
,, vulgo dicitur) vsque ad ipsos, eorumque monasteria diuertisset, magnam ab ijs vtilitatem accepit. Etenim cum
,, ipsis paschalibus ferijs illuc accessisset, omnem eorum vitæ rationem diligenter inspexit,
,, obseruauitque nonnullos totam illam sacrosanctam hebdomadam sine vllo cibo transigere : alios alternis illum
,, diebus capere, quosdam vero sub vesperam : quamobrem
,, quæcumque toto illo opere à Philone tractata sunt, ea Christianorum ad fidem, viuendique rationem omninò pertinent. Hisce antiquorum testimonijs accedunt Sozomenus libro 1. cap. 12. Cassianus lib. 2. de cœnobiorum institutis, cap. 5. & Beda in prologo commentar. in Euangelium S. Marci, ac inter recentiores Baronius tomo 1. annal. ad annum 64. vbi omnibus aduersariorum argumentis respondet, & quæ à Iosepho libro 18. antiquit. cap. 2. à Plinio libro 5. histor. capite 17. & Solino Polyhist. cap. 36. narrantur de Essenis, quod ab vxoribus, vino, & carne semper abstinuerint, & vt ait Diuus Hieronymus lib. 2. aduersus Iouinianum : *Quotidianum ieiunium verterint in naturam, ita interpretandum esse, vt Esseni propiùs ad disciplinam Catholicorum accedentes, vbi à Marco Alexandriæ Euangelium edocti fuerunt, ad fidem facilius conuersi sint, & eo modo vixerunt, quo ex Philone Iudæo iam retulimus*. Idem plane tuetur eruditus Petauius in notis ad Epiphanium, ac alij recentiores respondentes quorumdam rationibus ex Henrici Valesij notis in Eusebium desumptis. Libros nimirum, quorum meminit Philo, esse veteris testamenti & Euangelia, vt notat quoque Eusebius: hymnos, quorum Philo meminit, esse similes, prout refert Paulus ad Ephesios 5. *In psalmis, & hymnis, & canticis spiritualibus*. Deinde duo tempora orandi dumtaxat retulisse, quia erant præcipua : gratis demùm asseri, à Philone librum Caio Caligulæ, antequam Marcus Alexandriam peruenerat, dedicatum fuisse, cum, testibus Iosepho, & Eusebio, Philo inuisus fuerit Caio.

Cum itaque nihil sit, quod merito obijci videatur, verisimile est,

est, Essenos fuisse Christianos, nec leue ex illis fundamentum desumetur pro monachatu, vel vita Christianorum, qui suis institutis viam ad monachatum aperiebant. Enim vero facultates suas relinquebant, paupertatem amplectentes: continentiam tota vita obseruabant, castitatem profitentes: obedientiam superioribus promittebant, illis semper obtemperantes. Habebant semnea, vel ædiculas seorsim ædificatas, in quibus sex diebus sese orationi dabant: quotidie bis præcari soliti mane ac sub vesperam, medium vero tempus meditationi tribuebant. Habebant etiam commune semneum aut monasterium, ad quod septima die conueniebant audituri tractatum superioris, aut senioris. Erant eodem modo vestiti, crassa tunica in hyeme, exomis vel interulata linea æstate; præter quæ vix aliud legimus de monachis quarto sæculo: hæc autem tam clata visa sunt antiquis scriptoribus, vt Essenos *Ascetas* nuncuparit Eusebius Cæsareensis Episcopus. Eusebius. Diuus Hieronymus tales fuisse fateatur, *quales nunc monachi esse nituntur, & cupiunt*. D. Hieronymus. Diuus Epiphanius: *Monasteria ad Mareotis regionem tunc fuisse testatus sit*. Cassianus lib. 2. can. 5. de institutione cœnobij: *Ægyptios monachos à sancto Marco institutos esse affirmet*. Epiphanius. Sozomenus libro 1. cap. 12. *Monachorum viuendi rationem Philonis tempore floruisse conscripserit*. Et vt Bedam aliosque prætercam, Cedrenus in historiarum compendio defenderit, Marcum primo in Ægypto: *multa monasteria instituisse, quæ à grauitate vitam ibi degentium Semneia tunc appellabantur*. Cedrenus. Adiungit testimonium Diui Athanasij dicentis, inter duo viuendi genera, *alterum esse Angelicum & Apostolicum, atque incomparabile, quod est virginitatis, atque monasticæ vitæ*. D. Athanasius. Et hæc quidem occasione Essenorum dicta sunt.

CAPVT TERTIVM.

De Monachis: an fuerint tempore Dionysij Areopagitæ in Asia, & orientali Ecclesia.

Dionysium, quem pro Areopagita Pauli discipulo etiamnum habet orientalis Ecclesia, mentionem fecisse quorumdam monachorum, patet ex ijs, quæ habentur libro de Ecclesiastica Hierarchia capite 4. 5. & 3. vbi: *Summus vero eorum omnium, qui perficiuntur, est ordo sacer monachorum, sancti* Dionys.

ceptores nostri diuinis eos appellationibus sunt prosecuti, alij quidem Therapeutas seu cultores, alij verò monachos, cum à sincero Dei famulatu atque cultu, tum ab indiuidua, & singulari vita denominantes, quippe quæ sanctis rerum diiuiduarum coniunctionibus, ipsos ad Dei formam quandam vnitatem, Deoque gratam perfectionem adducat. Mysterium autem monasticę consecrationis his verbis exhibet: *Sacerdos quidem stat ante altare, monasticam sanctè recitans inuocationem; is autem, qui consecratur, stat post sacerdotem, nec vtrumque, neque etiam alterum genu flectit, nec supra caput habet Scripturas à Deo traditas, sed tantum adstat sacerdoti supra illum mysticam inuocationem prosequenti. Qua finita sacerdos ad eum accedens rogat ipsum primum, an omnibus rebus diuiduis renuntiet, non solum vitiis, verum etiam imaginationibus. Deinde exponit illi vitam perfectissimam, contestans illum debere mediam viuendi rationem superare. Quæ vbi omnia is, qui initiatur, continenter professus est, sacerdos cum signo crucis consignatum tondet, tres personas diuinæ beatitudinis inuocando, omnique veste detracta, cum alia induit, & cum alijs viris sanctis adstantibus ipsum salutans, participem facit diuinorum mysteriorum.*

Hæc à Dionysio Areopagita conscripta fuisse traduntur, quibus totis viribus obstrepunt nouatores hæretici, ostendere conati, opera Dionysio Areopagitæ adscripta, esse recentioris auctoris, qui quinto, aut sexto sæculo floruit. Nec desunt inter Catholicos, qui hoc sæculo scripserunt, & Dionysio Areopagitæ hæc opera abiudicant. Morinus de sacris ordinationibus parte 2. capite 5. Morinus.
,, num. 13. vbi: Epochen scriptionis Areopagiticæ sede ista mouendam esse, & ad posteriores annos attrahendam, lectorem sedulum admonere videntur, quæ de monachis scribit Dionysius .... ex ipsius doctrina monachi tempore primo Apostolico, & in ipsis Ecclesiæ incunabilis fuerunt, non in desertis locis, sed in medijs Christianorum Ecclesijs conspicui, à plebe & clero distincti, peculiaribus benedictionibus publicè consecrati. Vnde igitur factum est, vt post natum Christum multis annis supra ducentos nulla sit monachorum apud Ecclesiasticos authores mentio, nullum vestigium? ...., si sæculo quinto aut sexto vel etiam hoc tempore de monachis scriberet, nihil sanc de ijs expressiùs dicere, & prædicare posset. Oppones forsan, quæ Philo Iudæus de Therapeutis scribit. Sed ea de Ecclesia Christiana intelligenda sunt, quæ Philone scriben-

,, bente sub Marco Euangelista, ,, in Ægypto alijsque locis uiuebat. Hæc Morinus.,

Verùm si admittatur cum Morino, Philonem Iudæum per Therapeutas intellexisse primitiuos fideles Alexandriæ morantes, quos Marcus Euangelista ad fidem conuertit, vix aliquem inueniendum existimarem, qui communem fidelium plebem taliter vixisse admittet, qualiter Therapeutas describit Philo Iudæus. Enim vero, quis admittet, vel in cuius mentem cadere potest; omnes in Ægypto viros ab vxoribus fuisse separatos, continentiam, paupertatemque obseruasse, extra vrbes in cellis habitasse, illic per sex dies contemplationi deditos nonnisi die septima, ad commune monasterium simul conuenisse? Sane cum hoc non communi Christianorum plebi, sed Ascetis, vt Eusebius scribit, conuenire possit, omnes colligent, à Philone Iudæo, si non monachos, saltem monachorum instituta obseruantes fuisse descriptos. Refert Philo Iudæus illos vocatos fuisse Therapeutas siue cultores, & consonat Dionysius hisce verbis: *Sancti præceptores nostri diuinis eos appellationibus sunt prosecuti, alij quidem Therapeutas seu cultores*. At, inquit Morinus, *mirum plane, si tales fuissent monachi in medio Ecclesiæ, quod nemo à sancto Iustino martyre, vsque ad Cyprianum eorum mentionem fecisset*. Verùm respondi possem, mirum plane, si nulli monachi fuissent tribus primis sæculis, quod nemo sanctorum Patrum à Gregorio Magno vsque ad decimum sextum sæculum id vidisset, sed tota sub cœlo Ecclesia opera Dionysij in auctoritatem recepisset. Addi potest, Concilium Lateranense sub Martino primo, & Concilium generale sextum sub Agathone Papa, libros Dionysij habuisse inter opera sanctorum, ac probabilium Patrum, eorumque sententiam secutum esse. Omnem orientis & occidentis Ecclesiam consequenter non improbasse, quod monachi dicantur fuisse temporibus Dionysij. Docet quidem Photius ,, in bibliotheca cod. 1. Aliquan- Photius. ,, do obiectum fuisse; quomo- ,, do traditionum earum, quæ ,, in Ecclesia per incrementa ,, & diuturni temporis spatia ,, creuerunt, liber hic singilla- ,, tim taxat narrationem? Ve- ,, rùm addit idem Photius, huic ,, obiectioni statim responsum ,, fuisse à Theodoro presbytero, ,, qui pro virili hæc opera Dio- ,, nysij esse ostendit. Et sane ex ijs, quæ de monachis tradit Dionysius, opera Areopagitæ, potius quam posterioris ætatis scriptori tribuenda esse, ex eo colligit vir quidam eruditus, quod auctor referat tales monachos, de quibus tertio sæculo & post illud nulla deinceps facta sit mentio. Enim vero non meminit Dionysius eremitarum, aut cœno-

no-

nobitarum, quales Pauli & Antonij sæculo fuerant, sed monachorum, qui populi vrbani pars erant, quibus primis inter laicos locus erat, & qui à sacerdotibus erudiri & consacrari solebant.

Objicit vlterius Morinus, si tales monachi primum in Ecclesia locum obtinebant, cur igitur auctor constitutionum Apostolicarum nullam eorum fecit mentionem; cum omnes vsque ad virgines recenseat, earumque locum
Morinus. in Ecclesia assignet? *Clemens Romanus in constitutionibus & omnes Ecclesiæ gradus sigillatim & minutè refert, eorumque ordinationis & benedictionis ritum explicat, diaconissas, viduas, & virgines enarrat, at de monachis ne verbum quidem*. Ita Morinus, cui tamen responderi potest, Clementem Romanum non esse harum constitutionum auctorem, sed recentioris ætatis compilatorem, cuius tempore monachi illi defecerant, forsan quod ex habitu noti tempore persecutionum extincti sint, vel etiam non per omnes Ecclesias, sed in quibusdam dumtaxat floruerint, eorumque notitia ad auctorem constitutionum Apostolicarum in alia regione natum numquam peruenerit.

Objicit Iosephus Scaliger in
Scaliger. elencho, *quod vetustissimus scriptor Tertullianus satis aperit, suo æuo nullos eremicolas fuisse. Non sumus*, inquit, *Syluicolæ & exules vitæ propositum prisco christianissimo*. Verùm audienda sunt verba Tertulliani ex Apologetico capite 42. *Sed & alio* Tertul.
quoque iniuriarum titulo postulamur, & infructuosi in negotijs dicimur. Quo pacto homines vobiscum degentes, eiusdem victus, habitus, instructus, eiusdem ad vitam necessitatis? Neque enim Brachmanæ aut indorum Gymnosophistæ sumus, syluicolæ & exules vitæ. Quis autem ex his verbis colliget, nullos fuisse inter Christianos, qui monachorum instituta sequebantur, quales describit Dionysius in vrbibus degentes, & partem plebis constituentes? Verum quidem est, Tertullianum fateri, Christianos eiusdem cum ethnicis habitus fuisse, sed id de maxima Christianorum parte intellexit, cum personas Deo dicatas à gentilibus distinctas fuisse vel ex eo pateat, quod ex Tertulliano de velandis virginibus diximus supra. Ponamus tamen, Tertulliani æuo nullos fuisse monachos in Africa, quæ sicut fidem, ita disciplinam ab Ecclesia Romana receperat, & sicut illa vsque ad quartum sæculum monachos non habuerat, ita & ab illa monachatum non acceperat. An ideo in alijs regionibus nemo monachorum instituta, qualia describit Dionysius amplexus fuit?

Prætendit Christianos non fuisse syluicolas, & si Acta per antiqua Eudociæ martyris, quæ ex

M.S.

M. S. codice Vaticano, quem Leo Allatius mille annis antiquiorem iudicabat, vera essent, iam tempore Traiani, qui ad finem primi sæculi imperium adeptus est, monachi fuissent Syluicolæ in Syria; cum germanus monachus vnus fuisset ex illis, vtpote à quo beata Eudocia petijsset: *Quare vos monachi in locis desertis habitatis, tantam deliciarum copiam hìc in vrbibus relinquentes*. Ita capite 4. & capite 9. *Habebat porrò beatus Germanus suo regimini subiectos in cœnobio monachos septuaginta, & in asceterio non longe inde remoto virgines triginta, inter quas admissa beata Eudocia, omni statim virtutum laude præ cunctis excelluit*. Verùm cum acta illa licet perantiqua, plurima tamen habeant, quæ ea dubiæ fidei faciant, demus, neque in alijs mundi regionibus veros monachos tunc extitisse, quales in monasterijs extra ciuitates constructis cœpisse putantur tertio sæculo, inde nihil habebunt hæretici nostri temporis, quod merito opponant, cum monachorum instituta ijs antiquorum Patrum testimonijs confirmata existant, quæ vel ab inuitis, reuerentiam, & monachatus venerationem extorqueant.

CAPVT QVARTVM.

De Monachis, qui à Decij persecutione in Ægypto & oriente instituti sunt.

QVamuis Sozomenus libro 1. cap. 12. existimet, verùm esse, quod monachi iam inde ab Apostolorum temporibus fuerint in communi viuentes sub proprijs superioribus singulis monasterijs præpositis, refert tamen, quod alij afirment: Sozomenus. *Persecutiones, quæ varijs subinde temporibus Ecclesiæ acciderunt, huic philosophiæ occasionem præbuisse. Nam quoniam fugientes Christiani in montibus & solitudinibus ac syluis commorabantur, huic viuendi rationi paulatim assueuerunt*. Et reuera narrat Eusebius libro 6. capite 42. de persecutione Decij, quæ post tertij sæculi medium exorta est, *quod plurimi in montibus,* Eusebius. *ac per solitudinem oberrantes, fame & siti, frigore ac morbis, & latronum aut bestiarum incursu oppressi interiere*. Addit Hieronymus, in hac persecutione Paulum apud inferiorem Thebaidem natum, cum iam 15. annorum esset, ad montium deserta confugisse, & plures istius opinionis esse, quod à Paulo eremi-

ta-

tarum institutum, quale subsequenti tempore viguit, cœpisse. Hieronymus. *Inter multos*, inquit, Diuus Hieronymus in vita Pauli, *sæpe dubitatum est, à quo potissimum monachorum eremus habitari cœpta sit. Quidam enim altius repetentes, à beato Helia, & Ioanne sumpsere principium, quorum & Helias plus nobis fuisse videtur, quam monachus, & Ioannes ante prophetare cœpisse, quam natus est. Alij autem, in quam opinionem vulgus omne consentit, asserunt Antonium huius propositi fuisse caput, quod ex parte verum est. Non enim tam ipse ante omnes fuit, quam ab eo omnium incitata sunt studia. Amathas vero & Macarius discipuli Antonij, quorum superior magistri corpus sepeliuit, etiam nunc affirmant Paulum quemdam Thebæum principem istius rei fuisse: quod non tam nomine, quam opinione nos quoque comprobamus*. Hæc ibi Diuus Hieronymus, cuius sententiam dum Paulum, & Antonium Asectarum auctores fuisse putat, sic interpretandam putamus, vt Paulus eremitarum seorsim sine arbitro degentium auctorem crediderit, Antonium vero principem cœnobitarum in domo communi uiuentium, existimarit.

Relictis autem solitarijs, ad aliud genus monachorum transeamus, quod post Decij tempus Eusebius. cœpit auctore Antonio: *Cum enim Decius in Christianos persecutionem mouet*, inquit Eusebius in chronico, *Antonius monachus in Ægypto nascitur*. Vix autem 20. annos natus erat, quin teste Athanasio in vita Antonij, cogitans de abdicandis à sese bonis temporalibus, vbi in Ecclesia audiuit ex Euangelio: *Si vis perfectus esse, vade, vende omnia tua, quæcumque habes, & da pauperibus, & veni sequere me*. Statim regressus, possessiones vicinis, mobilium vero pretium indigentibus distribuerit: *Necdum* D. Athanasius. *autem*, pergit Athanasius, *tam crebra erant in Ægypto monasteria, neque omnino quisquam auiam solitudinem nouerat: sed quicumque in Christi seruitute sibi met ipsi prodesse cupiebat, non longe à sua villula separatus instituebatur. Erat igitur in agello vicino senex quidam, vitam solitariam à prima sectatus ætate. Hunc Antonius cum vidisset, æmulatus est ad bonum. Et primo quidem incipiens etiam ipse, in locis paululum à villa remotioribus manebat*. Placuit hunc locum totum exscribere, quod & Therapeutas vel monachos à Dionysio descriptos tertio sæculo non ita extinctos fuisse indicet, quin specimen saltem illorum in Ægypto supermanserit. Horum itaque institutum primo amplexus Antonius, deinde interiora eremi petens, cum 20. annos solitariè transegisset multos magisterio suo fratres confirmauit: *Ita* Ibid. *vt*, inquit Athanasius capite 4.

cius

eius vitæ, *breui tempore plurima fierent monasteria. Nouos & antiquos monachos pro ætate, vel tempore, paterno moderabatur affectu. Extant etiamnum regulæ ac præcepta Antonij ad filios suos monachos petentes hoc ipsum ab eo in monasterio Nacalon.* Quæ nuper publici iuris fecit vir clarissimus Lucas Holstenius, ex quibus colligitur vita eorum communis in monasterio, iuge ipsorum vsque ad nonam ieiunium, continentia tam stricte obseruata, vt ne venire ad se sinerent mulierem, habitus monastici indutio, obedientia tam accurata, vt nullum aggredi possent opus, nisi consulto patre monasterij: quæ omnia & multo plura ibidem relata etiamnum obseruantur à monachis nostri sæculi. Obijt autem Diuus Antonius supra montem in Thebaide, qui Pisper vocabatur, vnde sanctus Athanasius capite 20. *Postrema eius monita ad Pispiritanos monachos refert.* Et Palladius testatur: *Vidimus autem in Thebaide altum montem fluuio imminentem, valde terribilem & præcipitem, & monachos illic viuentes in speluncis, eorum autem pater erat Pityrion, qui fuit vnus ex discipulis sancti Antonij.* Et Ruffinus libro 2. histor. Ecclesiast. cap. 8. refert, *se in Pispiri, qui appellabatur mons Antonij, vidisse Pœmenem & Iosephum, eorumque manibus meruisse benedici.* Et Cronius apud Palladium, capite 25. *In monasterio Sancti Antonij, quod est prope fluuium sedisse eius discipulos Macarium & Amatam, in eo, qui Pisper appellatur loco.* Quin etiam auctor vitæ S. Posthumij, in illo monasterio Antonium monachorum ferè quinque millia gubernanda suscepisse testatur, vt etiam omittamus omnes illos monachos, qui in varijs Ægypti, & Thebaidis partibus monasteria construxerant.

Athanasius. Palladius. Ruffinus. Cronius.

„ Habuit Porrò, inquit de Antonio Sozomenus libro 1. capite 13. quam plurimos, ac probatissimos discipulos, quorum alij in Ægypto, ac Lybia, alij in Palæstina, & Syria, ac Arabia floruerunt. Et vnusquisque eorum in illis regionibus, in quibus commorabatur, non minùs seuerè, quam præceptor ipse vixit, & conuersatus est. De vno autem ex eius discipulis, Pachomio, habet lib. 3. cap. 14. Tabennensium monachorum auctor atque institutor fuit ..... habitabat autem in insula Thebaidis Tabenna, ex cuius nomine Tabennenses hodieque nuncupantur. Addit monachos in tantum excreuisse, vt ad septem vsque hominum millia peruenerint. Nam congregatio quidem eorum, qui in Tabennæ insula degebant, quibuscum erat etiam Pachomius, mille ac trecentos numero monachos habebat. Il-

Sozomenus.

lorum verò vestimenta asserit, inquibusdam à reliquis monachis discrepasse: pellibus enim vestiebantur exemplo Heliæ, tunicas sine manicis habentes: pro capitis tegumento cucullam habebant. Quoad disciplinam monasticam, referunt acta vitæ Pachomij, eumdem regulam ab Angelo suscepisse; de quo Gennadius libro de

Gennadius. ,, viris illustribus capite 7. Pa-,, chomius monachus vir tam ,, dicendo, quam in signa fa-,, ciendo Apostolicæ gratiæ, & ,, fundator Ægypti cœnobio-,, rum, scripsit regulam vtri-,, que generi monachorum a-,, ptam, quam Angelo dictan-,, te perceperat. Regulam hanc, quam Syluanus Alexandrià receperat, Diuus Hieronymus ex sermone Ægyptiaco in latinum conuertit, & vna cum D. Hieronymi præfatione nuper publici iuris fecit vir clarissimus Lucas Holstenius: ex qua vitæ monasticæ disciplina præclare dignoscitur; enim vero 194. capitibus complectitur omnia illa, quæ etiamnum monachi ordinatæ disciplinæ obseruare consueuerunt. Fit in ea mentio monasteriorum, quæ habebant patres dispensatores, hebdomadarios, & præpositos, cellulas pro fratribus, qui triginta vel quadraginta in vno monasterio habitabant, refectorium, in quo communi mensa vtebantur. Fit mentio eorum, qui monasterium ingredi cupiebant, & exutis vestibus sæcularibus melotem induebant, & cætera monachis vsitata indumenta; ieiunia eorum, orationes, continentiam, obedientiam, paupertatem ijs verbis indicat, quibus clariora desiderari non possunt, vt ipsam regulam legenti palam fiet.

De Nitriæ monte extat Sozomeni narratio libro 1. capite 14. quod in hanc regionem monachatum induxerit Ammon Ægyptius, qui dum à proximis compulsus erat vxorem ducere, cum ea 20. annis in continentia vixit,

,, ac consentiente vxore, profe- Sozomenus. ,, ctus ad solitudinem, quæ sita ,, est ad meridiem lacus Mareo-,, tici circa Scetim, ac montem, ,, qui Nitriæ dicitur, duobus & ,, viginti annis illic philosopha-,, tus est. Huius diuini viri, ,, qui monasteriorum in illis par-,, tibus princeps atque institutor ,, fuit, multi ac memorabiles ,, discipuli exstiterunt. Hæc Sozomenus, qui cum supra monachos in Lybia fuisse indicat, hanc regionem intellexisse videtur, in qua Nitriæ mons, & Scetæ solitudo ponitur. Vnus proculdubio ex huius Ammonis sequacibus Macarius fuit, qui triginta annos natus in Sceti habitauit, vitam monasticam amplexus: *Cum eo*, inquit, Palladius in historia Lausiaca capite 19. *habitarunt duo discipuli in intima solitudine, quæ vocatur Scete*. Vita Macarij ex manuscripto Græco per Bollandum edita ad 15. Ianuarij habet capite 2. *Quod inferiùs erat*

alia

alia eremus, in qua plurimi habitabant fratres. Et hos omnes monasticã vitam fuisse professos, præclarè ostendi posset ex Cassiano, qui Schytim inhabitauit, & ibidem monachus extitit; verùm cum libri ipsius ex professo de monachis eorumque institutis agant, non est, quod expositione nostra indigeant: relicto itaque Ægypto, vbi veros monachos fuisse nemo nisi insanus negare poterit, veniamus ad alias regiones, ac in primis ad partes Arabiæ vicinas, in quibus iuxta mare rubrum fuerunt plura monasteria, quorum vnum fuit Raithu nomine, vt manifestum fit ex ijs, quæ refert Ammonius monachus, cuius relationem nuper publici iuris fecit Franciscus Combesis. Narrat Ammonius, quod mari rubro mons superiacet, quo in monte solitarij plures domicilium habebant numero tres supra quadraginta seorsim, priuatisque ædiculis ad pietatem se exercentes.

Habebant vltrà has ædiculas templum, seu Dominicum muro lateritio duorum circiter virorum altitudine cinctum, ad quod singulis Dominicis conueniebant Christi mysteria percepturi. Habebant præpositum nomine Paulum, qui cæteros in monastica disciplina erudiebat, quorum alij viginti annis, alij quadraginta, & quinquaginta, & sexaginta annis stationem probati veterani tenuerant, quin imo Moses quidam à tenera ætate monachi institutum amplexus, nam & loci inquilinus erat, vicina scilicet Pharan oriundus, annos tres supra quadraginta arrepti propositi tenax egerat, in monte domicilium habens in spelunca quadam haud procul à loco collectæ, seu Ecclesiæ. Hæc omnia ferè verbatim desumpta ex actis illis ab Ammonio monacho relatis, quæ inscribuntur: *De sanctis Patribus barbarorum incursione in monte Sina & Raithu peremptis*. Floruit autem hic Ammonius, cum Alexandrinus Patriarcha erat Petrus Diui Athanasij prædecessor; neque solum de monasterio in Raithu testimonium perhibet, sed & de monasterio montis Sina, quod in Arabia situm erat, de quo hìc latiùs ageremus, nisi alibi de illo fusiùs agendum esset.

Cæterum cum Arabia ad Palæstinam spectet, non abs re fecisse videbimur, si hìc de Palæstinæ monachis pauca subiungamus. Narrat Diuus Hieronymus in vita S. Hilarionis, quod cum vico Tabata oriundus esset, & ex Palæstina Alexandriam studiorum caussa perrexisset, Antonium visitarit: *Et statim vt eum vidit, mutato pristino habitu, duobus fere mensibus iuxta eum mansit contemplans ordinem vitæ eius*. Reuersus autem cum quibusdam monachis ad patriam, vbi parentibus defunctis partem fratribus, partem largitus fuerat pauperibus, omnibus relictis, solitudi- Hieronymus.

nem non longe à Maioma Gazæ emporio sitàm ingressus est, vbi à sexto decimo vsque ad vigesimum suæ ætatis annum æstus, & pluuias breui tuguriunculo declinauit. Addit Diuus Hieronymus eum deinceps breuem cellulam latitudine pedum quatuor, altitudine pedum quinque, longitudine paulo ampliorem, quam eius corpusculum patiebatur, adeoque sepulchro similem sibi extruxisse, & in summa abstinentia vsque ad octogesimum vitæ suæ annum vixisse, idque summa fama sanctitatis eius, ita vbique percrebrescente, *vt certatim, ad eum de Syria & Ægypto confluerent. Ita vt multi crederent in Christum, & se monachos profitcrentur. Nedum enim tunc monasteria erant in Palæstina, nec quisquam monachum ante sanctum Hilarionem in Syria nouerat. Ille fundator & eruditor huius conuersationis & studij in hac prouincia fuit. Habebat Dominus Iesus in Ægypto senem Antonium: habebat in Palæstina Hilarionem iuniorem ...... exemplo itaque eius per totam Palæstinam innumerabilia monasteria esse cœperunt.*

Narrat insuper Hieronymus, eum quot annis monasteria visitasse, & Babylonem vsque peruenisse (quod de Babylone Ægypti intelligit) in cuius vicina eremo se fuisse refert Ruffinus lib. 2. de vitis patrum, capite 18. addens, se repcrisse apud Arsenoitas: *Serapionem decem millium monachorum patrem, & innumeras multitudines monachorum in regionibus Mempheos & Babylonis.* Sed ne iterum ad Ægyptum redeamus, vnum inter alios Palæstinæ monachos Zosimam proferamus, de quo Acta S. Mariæ Ægyptiacæ cap. 1. *Fuit in ijs, quæ per Palæstenam sunt monasterijs, vir quidam lingua, ac vita cultus, atque ab infantia monasticis moribus, actionibusque innutritus Zosimas nomine.* Ruffinus.

Hunc post annos quinquaginta tres in monasterio peractos iussum fuisse, vt ad aliud monasterium prope Iordanem situm proficisceretur, habent eadem Acta; quæ vitæ monasticæ disciplinam tempore quadragesimæ cum tanto rigore obseruatam innuunt, vt nulli plane Ægypti monasteriorum cædere debuerint: *Dominica die, quæ prima post ieiuniorum hebdomadæ nomen tribuit, celebrabantur publicè diuina ex more my teria, & communicabat vnusquisque incruento ac viuifico sacrificio: tum modico reficiebatur cibo, posthac collecti in oratorium; facta prolixa oratione & genuflexione multa, osculabantur sese inuicem senes, & sigillatim prouoluti ad Hegumeni pedes, veniam poscebant, & benedictionem, quæ illos ad certamen præmuniret, in viamque deduceret. His peractis, aperiebatur monasterij ianua, & consona voce decantaba-* Acta B. Mariæ Ægyptiacæ.

tabatur psalmus: Dominus illuminatio mea &c. Et egrediebantur omnes, vnum plerumque, vel alterum ad custodiam monasterij relinquentes.

Habent eadem Acta, exijsse in desertum, ibique ab inuicem separatos vixisse in solitudine vsque ad Dominicam in Ramis Palmarum; & hæc aliaque monachorum monasteria auctore Hilarione reperiebantur in Palæstina: *Hilarione inquam*, de quo Diuus Hieronymus, quòd in Cypro degens, *vbi iam modicus calor tepebat in corpore, nec præter sensum quidquam viui hominis supererat, & tamen apertis oculis loquebatur: egredere quid times? egredere anima mea, quid dubitas? septuaginta prope annis seruisti Christo, & mortem times?* Testatur Hieronymus in hæc verba exhalasse spiritum, & humo obrutum corpus eius in eodem loco sepultum fuisse, quod Hesychius Palæstinæ monachus clam sustulit, & post decem ferè menses, *in aliquo monasterio condidit, illæsa tunica, cuculla & palliolo, & toto corpore quasi adhuc viueret integro, tantisque fragrante odoribus, vt delibutum vnguentis putares.*

D. Hieronymus.

Neque Palæstinam solum, sed & Syriam Hilarionis exemplo monachis abundasse, testis est Sozomenus, qui libro 3. cap. 14. refert, Iulianum apud Edessam seuerissimam viuendi rationem amplexum fuisse, præter quem, inquit, *alijs quoque multis Ecclesiasticis philosophis regio illa inclaruit tum in territorio Edessenorum, tum ad vrbem Amidam, circa montem Gaugalium, ex quibus fuit Daniel, & Symeon.* Aliorum plurium mentionem facit Theodoretus in illo libro, quem historiam sanctorum Patrum inscripsit, referens, Iulianum, cuius supra meminit Sozomenus, in prouincia Osroena tugurium fixisse ad exercitationem monasticam, in antro quoque habuisse vsque ad triginta monachos sui sequaces. Complures alios Monachos per omnes orientis prouincias, quin imo vsque ad Nisibem Persiæ vicinam extitisse refert in historia sanctorum Patrum: quod mirum videri non debet, cum iam diu ante Theodoretum scripserit D. Hieronymus epistola 7. ad Lætam: *De India, Persia, Æthiopia monachorum quotidie turmas suscipimus.* Scripsit hæc D. Hieronymus, cum in Bethleem habitaret; neque aliquem inueniri putem, qui ex India, Persia, Æthiopia integras monachorum turmas Bethleem aduenisse audiat, quin monachos & monasteria in illis regionibus fuisse admittat.

Sozomenus.

Hieronymus.

Accedit hisce D. Basilius, qui epist. 73. ad Eustathium scribens se dudum quæsiuisse magistrum, quo monachi vitam institueret: *Inueni*, inquit, *sane multos apud Alexandriam, nec paucos*

apud

apud reliquam Ægyptum, deinde & alios in Palæstina, & Cœlesyria, & Mesopotamia, quorum admiratus sum in seruanda diæta temperantiam, tum in obeundis laboribus tolerantiam: ad quorum obstupui precandi vigorem & constantiam: cum obseruarem, quo pacto nec somno victi, nec aliqua alia naturæ necessitate deflexi, sublimem semper & inuictum animi sensum in fame & siti, in frigore & nuditate seruarent. Addit se eos æmulari cœpisse, & quosdam in patria sua illorum institutum sectari cœpisse, quod mirandum non est, quandoquidem D. Basilius hoc vitæ genus, quod à beato Antonio edoctus erat, in Pontum intulerit teste Gregorio Nazianzeno, oratione funebri in laudem Basilij, vbi: *Quis igitur magis quam ille aut virginitatem in pretio habuit, aut carni leges imposuit, idque non suo tantum exemplo, sed etiam per ea, quibus operam dedit? Cuius sunt virginum cœnobia .... pietatis nimirum gymnasia & monasteria extruens, non tamen longo interuallo ab ijs, qui in sodalitio viuunt remota*. Idem testatur Ruffinus libro 2. capite 9. quod Basilius Ponti vrbes & rura circumiens cœperit monasteria construere. Basilio autem sese adiunxisse Nazianzenum, testis est Gregorius presbyter orat. de S. Gregorio Nazianzeno: *Hic porro commorantes, & mutua exti-*

Gregorius Nazianzenus

Gregorius presb.

mulatione virtutem augebant, & vitæ monasticæ leges pijs, Deoque deuotis hominibus, atque à mundi societate disiunctis ferebant. Leges illas se vidisse fatetur Photius cod. 191. & eas ex versione Ruffini edidit V. C. Lucas Holstenius: ex quibus habemus, præscriptam rerum temporalium abdicationem, tempus probationis ante receptionem, aliaque complura ad vitam monasticam facientia, inter quæ ad interrogationem septimam: *Professionem, quando oportet firmam ac stabilem iudicari?* Sic respondetur: *Firma tunc erit perfectio virginitatis, ex quo adulta iam ætas esse cœperit, & ea quæ solet nuptijs apta deputari ac perfecta*. Et apud eumdem Holstenium in constitutionibus monasticis: *Qui igitur à mundi vinculis glišcit, hic coniugium veluti compedes quasdam profugit, & Deo vitam suam consecrauit, & castitatem professus est ea re, ne sibi amplius liberum esset vxorem ducere, sed assiduè vsque pro tenenda castitate aduersus naturam decertaret*. Rationem dat Basilius libro de vera virginitate, quod lege cautum sit tam naturæ, quam gratiæ, ne liceat alteri nubere, quam diu coniux viuat; cum autem anima Christo sponso suo virginitatem vouerit, *viuente immortali viro, merito censetur adultera, quæ mortalem hominem ob carnis vitia Domini thalamis intulit. Nam quod solem-*

D. Basilius.

lemne, legitimumque connubium sponsus ille occuparit, & virginitatis habitus & fœdera & conuenta cum illo, & præterea processus ipse testatur. Et hinc homilia de recuperanda imagine Dei, & de vera virginitate, *propositum in ipso castitatis & abstinentiæ voto firmum, ac erga Deum esse oportere*. Hæc Diuus Basilius, qui cum apud Alexandriam, Ægyptum, Palæstinam, Cœlesyriam, & Mesopotamiam monachos à D. Antonio & Hilarione edoctos vidisset, monachatum in Pontum intulit, ibidemque ad eorum exemplum instituit, & hæc de monachis orientalibus, nunc occidentalibus agamus.

CAPVT QVINTVM.

De Monachis, qui in occidente à tempore Diui Athanasij cœperunt.

QVòd D. Athanasius Arianorum insidias declinans Romam venerit, secumque adduxerit Isidorum, & Ammonium monachos, ex Palladio & Socrate notat ad annum 340. Cæsar Baronius, volens, quòd ipse Athanasius primus in vrbem inuexerit Ægyptiorum monachorum institutionem. Præclarum hac de re habemus Diui Hieronymi testimonium, qui in epitaphio Marcellæ: *Nulla eius tempore nobilium feminarum nouerat Romæ propositum monachorum, nec audiebat propter rei nouitatem, ignominiosum, vt tunc putabatur, & vile in populis nomen assumere. Hæc ab Alexandrinis sacerdotibus, Papaque Athanasio, & postea Petro, qui persecutionem Arianæ hæreseos declinantes, quasi ad tutissimum communionis suæ portum Romam confugerunt, vitam beati Antonij adhuc tunc viuentis, monasteriorumque in Thebaide, Pachomij, & virginum, ac viduarum didicit disciplinam, nec erubuit profiteri, quod Christo placere cognouerat. Hanc multos post annos imitata est Sophronia, & aliæ*. Solas virgines, & viduas Romæ continentiam amplexas fuisse, refert Hieronymus, at Potitianus apud D. Augustinum lib. 8. confessionum cap. 6. fatetur; etiam monasteria virorum fuisse, cum enim de Antonio Ægyptio monacho sermonem instituisset, *inde sermo eius deuolutus est ad monasteriorum greges, & mores suaueolentiæ tuæ* (loquitur ad Deum) *& vbera deserta eremi, quorum nos nihil sciebamus. Erat monasterium Mediolani plenum bonis fratribus extra vrbis mœnia sub*

Hieronymus.

Basilius.

Am-

Ambrosio nutritore, & non noueramus. Addit Augustinus, Potitianum narrasse apud Treueros duos aulicos, *irruisse in quandam casam, vbi babitabant quidam serui tui, Spiritu pauperes, qualium est regnum cœlorum, & inuenisse ibi codicem, in quo scripta erat vita Antonij*. Domus illa erat monasterium, quod monachi ab Athanasio, quo tempore à Constantino Magno Treuiros relegatus fuit edocti inhabitabant, vt non minus in Germaniam, quam Italiam D. Athanasius monachatum inuexisse credatur.

Diuus Augustinus libro 1. de moribus Ecclesiæ, cap. 33. institutum eorum his verbis describit: *Vidi ego diuersorium sanctorum Mediolani, non paucorum hominum, quibus vnus præsbyter præerat vir optimus & doctissimus. Romæ etiam plura cognoui, in quibus singuli grauitate atque prudentia & diuina scientia præpollentes, cæteris secum habitantibus præsunt Christiana charitate, & sanctitate, & libertate viuentibus, ne ipsi quidem cuiquam onerosi sunt, sed orientis more, & Pauli Apostoli auctoritate manibus suis se transigunt. Ieiunia etiam prorsus incredibilia multos exercere didici: non quotidie semel sub noctem reficiendo corpus, quod est vsquequaque vsitatissimum, sed continuum triduum, vel amplius sæpissimè sine cibo ac potu ducere*. Neque hoc in viris tantum, *sed etiam in fœminis*. Addit de his omnibus, quod *concupiscentiæ perdomandæ, & dilectioni fratrum retinendæ peruigilet omnis industria*. Atque hæc erat monachorum vita in Italia, quorum monasteria etiam in vrbibus extructa fuisse auctore Eusebio Vercellensi Episcopo, tradit D. Ambrosius libro 3. epist. 25. ad Ecclesiam Vercellensem: Vbi, D. Ambrosius.
,, quod si in alijs Ecclesijs tanta
,, suppetit, in Vercellensi Eccle-
,, sia, vbi duo pariter exigi vi-
,, dentur ab Episcopo, mona-
,, sterij continentia, & discipli-
,, na Ecclesiæ: Hæc enim pri-
,, mus in occidentis partibus
,, diuersa inter se Eusebius san-
,, ctæ memoriæ coniunxit, vt
,, in ciuitate positus instituta
,, monachorum teneret, & Ec-
,, clesiam regeret ieiunij sobrie-
,, tate: multum enim adiumen-
,, ti accedit ad sacerdotis gra-
,, tiam, si ad studium abstinen-
,, tiæ, & ad normam integrita-
,, tis iuuentutem adstringat, &
,, versantes intra vrbem abdicet
,, vsu vrbis & conuersatione.
Eusebius Vercellensis Episcopus, qui Ægyptum peragrando monachorum instituta viderat, in Italiam redux iuuentutem ad hanc vitam amplectendam induxerat, & vt monasteria per occidentem in vrbibus extruerentur, primus iuxta testimonium D. Ambrosij effecisse videtur.

Et hoc est, quod, cum Diuus Augu-

Auguſtinus vidiſſet in Italia, Hipponem redux intulit in Africam, ita enim refert Poſſidius Calamenſis Epiſcopus in vita Augu-
Poſſidius. „ ſtini, capite 11. Proficientes „ vero doctrina diuina ſub ſan- „ cto, & cum ſancto Auguſti- „ no in monaſterio Deo ſeruien- „ tes, Eccleſiæ Hipponenſi cle- „ rici ordinari cœperunt : ac „ deinde innoteſcente, ac clare- „ ſcente de die in diem Eccleſiæ „ Catholicæ prædicationis veri- „ tate, ſanctorumque ſeruorum „ Dei propoſito, continentia & „ paupertate profunda, ex mo- „ naſterio, quod per illum me- „ morabilem virum & eſſe, & „ creſcere cœperat, magno de- „ ſiderio poſcere, atque accipe- „ re Epiſcopos & clericos pax „ Eccleſiæ, atque vnitas & cœpit „ primò, & poſtea conſecuta „ eſt. Nam ferme decem, quos „ ipſe noui, ſanctos ac venera- „ biles viros continentes, & do- „ ctiſſimos beatus Auguſtinus „ diuerſis Eccleſijs, nonnullis „ quoque eminentioribus roga- „ tus dedit, ſimiliterque & ipſi „ ex illorum ſanctorum propo- „ ſito venientes, Domini Ec- „ cleſijs propagatis, & monaſte- „ ria inſtituerunt, & ſtudio cre- „ ſcente ædificationis verbi Dei „ cæteris Eccleſijs promotos fra- „ tres ad ſuſcipiendum ſacerdo- „ tium præſtiterunt.

Etiam monaſteria in alijs vrbibus per Africam propagata, tradit Poſſidius, quod ipſum ex teſtimonio Paulini ad Alypium colligitur, quandoquidem ſalutari roget fratres, *tam in Eccleſijs, quam* Paulinus. *in monaſterijs Carthagine, Tagaſte, Hippone regio*, atque omnibus per Africam locis conſtitutos: hos autem veram vitam monaſticam egiſſe, vel ex ſolius Poſſidij verbis ſupra allatis colligitur: Viuebant namque ſimul in clauſtro ſeu monaſterio, D. Auguſtino tamquam eorum ſuperiore, cui proinde obediebant: ſicut & alij monachi ſuis reſpectiue ſuperioribus, vnde Poſſidius: *Sub ſan-* Poſſidius. *cto, & cum ſancto Auguſtino in monaſterio Deo ſeruientes*. Vouebant Deo continentiam & paupertatem, vnde idem Poſſidius: „ Innoteſcente ſanctorum ſeruo- „ rum Dei propoſito, continen- „ tia, & paupertate. Et ipſe Auguſtinus enarratione in pſalmum 75. *Sunt etiam vota pro-* D. Auguſtinus. *pria ſingulorum ...... alij virginitatem ipſam ab ineunte ætate vouent ...... alij vouent relinquere omnia ſua diſtribuendo pauperibus, & ire in communem vitam, in ſocietatem ſanctorum, magnum votum vouit! Vouete & reddite Domino Deo veſtro .... neſcio quæ caſtimonialis nubere voluit. Quid voluit? Quod & virgo qualibet. Quid voluit? Quod & mater ipſius. Aliquid mali voluit? Mali plane. Quare? Quia iam vouerat Domino Deo ſuo. Quid enim dixit de talibus Apoſtolus Paulus, cum dicat viduas ado-*

lescentulas nubere si velint. Sed tamen ait quodam loco, beatior autem erit si sic permanserit, non tamen damnandam, si nubere voluerit. Quid autem ait de quibusdam, quæ vouerunt, & non reddiderunt? habentes, inquit, damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. Quid est primam fidem irritam fecerunt? Vouerunt & non reddiderunt. Nemo ergo positus in monastrrio frater, dicat: recedo de monasterio, neque enim soli, qui sunt in monasterio peruenturi sunt ad regnum cœlorum, & illi, qui ibi non sunt, ad Deum non pertinent. Respondetur ei, sed illi non vouerunt, tu vouisti, tu retro respexisti &c. Et eant iam Lutherani, ac dicant, monasteria tempore Diui Augustini fuisse libera collegia, & qui in ijs erant, voto adstrictos non fuisse.

Neque Africam solùm, sed & Galliam monachos eorumque instituta in summa veneratione habuisse, vel ex eo patet, quod de Diuo Martino eiusque monasterio & monachis in eo viuentibus tradit Sulpitius Seuerus: hunc, ait, peragratis varijs regionibus monasterium sibi ædificasse duobus extra ciuitatem Turonensem milliaribus, qui locus cùm ,, solitudini æquaretur, multi ,, quidem è fratribus in eumdem ,, modum, plerique saxo super- ,, iecto montis cauato recepta- ,, cula sibi fecerant. Discipuli ,, verò octaginta erant, qui ad ,, exemplum beati magistri in- ,, stituebantur. Nemo ibi quid- ,, quam proprium habebat, om- ,, nia in medio conferebantur. Plura habet de vestitus asperitate, ieiunij assiduitate, & humilitate ,, eorum, subiungens: Pluresque ,, ex his postea Episcopos ,, vidimus. Quæ enim esset ci- ,, uitas, aut Ecclesia, quæ ,, non se de Martini monasterio ,, cuperet habere sacerdotes? (Sen. Sulpit.)

Quod Sulpitius Seuerus de monasterio Turonensi per sanctum Martinum extructo testatus est, hoc & de celeberrimo monasterio Lerinensi per Honoratum Arelatensem Antistitem ædificato traditum est, vt nimirum seminarium esset Episcoporum. Hilarius Honorati discipulus & monachus narrat in vita illius, quod post peragratas varias regiones Le- ,, rinam insulam elegerit: vbi, ,, inquit, industria sua sufficiens ,, electis Dei, Ecclesiæ templum ,, excitatur, apta monachorum ,, habitacula tecta consurgunt .. ,, ... omnes vndique ad il- ,, lum certatim confluebant. E- ,, tenim, quæ adhuc terra, quę ,, natio in monasterio illius ciues ,, suos non habet? (Hilar Monach.) Indicat cellulas instar orientalium monachorum hosce Lerinenses habuisse, ex quibus sæculo quinto prodijt Vincentius Lerinensis, cuius aureum aduersus prophanas hæresum nouitates opusculum anno 434. elucubratum, etiamnum extat.

extat. Fuit præterea iſtius monaſterij Fauſtus ex tertio Abbate Lerinenſi Reienſis in Gallia Epiſcopus, cuius libros de gratia & libero arbitrio licet poſtea impugnarint plerique, ac reprobarint, eius tamen memoriam vt ſancti retinuerunt. Habemus ſermones eius quatuor ad monachos, quos V. C. Lucas Holſtenius publici iuris fecit in appendice, ex quibus colligitur, in illo monaſterio non minus regulam monachatus viguiſſe quoad paupertatem, obedientiam, & continentiam, quàm in alijs omnibus per totam Galliam conſtitutis, vt videre licet ex S. Eucherij Lugdunenſis Epiſcopi exhortationibus duabus ad monachos, & ſancti Cæſarij Arelatenſis Epiſcopi regula monachorum, à Luca Holſtenio editis.

S. Aurelianum Arelatenſem Epiſcopum ſub Chilberto Francorum Rege *Monaſterium virorum*, in ipſa ciuitate ſua extruxiſſe, & conſcripſiſſe regulam à Sede Apoſtolica probatam, teſtis eſt S. Gregorius Magnus libro 7. epiſt. 97. regula autem illa per Holſtenium edita, habet capite ſecundo, vt monachus vſque ad mortem ſuam de monaſterio non egrediatur. Quid plura? Habuit Gallia à tempore ſancti Martini Turonenſis Epiſcopi vſque ad hæc tempora monaſteria complurima, monachos doctrina & pietate illuſtres, pauperes, obedientes, caſtos, & in omni diſciplina monaſtica exercitatos, vt ſolem facibus adiuuare videremur, ſi vel de eorum inſtituto vlteriùs inquireremus.

Hiſpaniam quoque hoc inſtituto non caruiſſe, colligi poteſt ex relatione Himerij Terraconenſis Epiſcopi, qui cap. 6. rogarat à Damaſo Papa *De monachis & ſacris virginibus propoſitum non ſeruantibus*. Et ad illud reſpondit eius ſucceſſor Siricius: *Monachorum quoſdam, atque monacharum, abiecto propoſito ſanctitatis in tantam proteſtaris demerſos eſſe laſciuiam, vt prius clanculo, velut ſub monaſteriorum prætextu illicita, ac ſacrilega ſe contagione miſcuerint; Poſtea vero in abruptam conſcientiæ deſperationem perducti, illicitis complexibus liberè filios procrearint, quod & publicæ leges, & eccleſiaſtica iura condemnant. Has ergo impudicas, deteſtabileſque perſonas à monaſteriorum cœtu, Eccleſiarumque conuentibus eliminandas eſſe mandamus. Quatenus retruſæ in ſuis ergaſtulis, tantum facinus continua lamentatione deflentes, purificatorio poſſint pœnitudinis igne decoquere, vt eis vel ad mortem ſaltem ſolius miſericordiæ intuitu, per communionis gratiam, poſſit indulgentia ſubuenire.* Monachos tota vita ad continentiam ſeruandam adſtrictos fuiſſe, clarius teſtari non potuit Siricius. Vouebant nimirum caſtitatem, & votum illud obſeruandum eſſe ſub pœnis in contrarium ſtatutis

Himerius Terracon. Siricius.

mandarant leges publicæ, & iura Ecclesiastica: erat vita sanctissima, quam, vt à plebe honoraretur, imitari voluit Priscillianus hæreticus, vtpote de quo Sulpitius Seuerus lib. 2. cap. 61. quod mulieres *cateruatim ad eum confluebant, quippe humilitatis speciem ore, & habitu prætendens, honorem sui & reuerentiam cunctis iniecerat*. Plurimos etiam clericos ipsi adhærentes monachatum simulasse, ex Concilio Cæsaraugustano, quod anno 381. contra Priscillianistas celebratum est, deduci potest; ibi enim canone 6. agitur de clerico, *qui propter luxum, vanitatemque præsumptam de officio suo sponte discesserit, ac velut obseruatorem legis monachum videri se maluerit esse quam clericum, ita de Ecclesia repellendum, vt nisi rogando atque obseruando pluribus temporibus satisfecerit, non recipiatur*.

Sulpitius

Concil. Cæsaraug.

Monachi videri volebant Priscillianistæ, qui cum essent occultis vitijs dediti, occasionem dare potuerunt quærelis illis ab Himerio Terraconensi de corrupta monachorum disciplina in partibus Hispaniæ, quam ibidem restauratam fuisse ex varijs monumentis ostendi posset; cum de monachis agant Concilium Terraconense anno 516. can. 11. Illerdense anno 524. can. 3. & vt cætera omittam Concilium Barcinonense, quod anno 540. can. 10. habet: *De monachis vero id obseruari præcipimus, quæ Synodus Chalcedonensis constituit*. Constituit autem plura de vita, habitu, continentia, & regula monachorum. Post Barcionense Concilium S. Isidorus Hispalensis Episcopus, regulam quoque ex varijs Patrum statutis collegit, in qua omnia ad monachatus disciplinā continentur, & signanter cap. 4. *Omnis conuersus non est recipiendus in monasterio, nisi se prius ibi scriptis suæ professionis spoponderit permansurum*. professionis vtique, qua vouet castitatem, paupertatem, & obedientiam, & vbique indicat, & vel regulam ab Holstenio publicatam intuenti, statim occurret.

Concil. Barcin.

Isidorus Hispal.

Finiamus cum Anglia, ad quam quinto Christi sæculo peruenit S. Patricius Hibernorum Apostolus, qui cum apud Turonum habitum assumpsisset, ac postea in monasterio Lerinensi per nouennium commoratus fuisset, fidem in Hiberniam intulit, ibidemque varijs in locis monasteria construxit, vt fidem facit auctor eius vitæ cap. 4. num. 28. & capite 18. asserens: *Numerum monachorum, atque sanctimonialium, quos diuino obsequio applicauit, soli Deo notum fuisse præ multitudine*. Vt mirum esse non debeat, quod in prima Patricij Synodo in Hibernia ad quinti sæculi medium habita, frequens mentio fiat monachorum, & monialum aut virginum. Ibi enim can. 9. legitur, *vt monachus & vir-*

Synodus Hibern.

virgo in ſimul non verſentur. Et can. 17. virginem, quæ vouerit Deo, caſtam permanere debere. Et can. 34. monachum inconſulto Abbate, non poſſe vagari. Et in ſecunda ipſius Synodo incerti temporis, capite 17. *Monachi ſunt, qui ſolitarij ſine terrenis opibus habitant ſub poteſtate Epiſcopi vel Abbatis. Non ſunt autem monachi, ſed Vaetro periti, hoc eſt contemptores ſolliciti ad vitam perfectam in ætate perfecta; hoc eſt à viginti annis debet vnuſquiſque conſtringi non adteſtando, ſed voto perficiendo, vt eſt illud: vnuſquiſque ſicut propoſuit corde ſuo faciat, & vt, vota mea reddam in conſpectu Domini, & reliqua: quo voto viuitur, ſitus locorum coarctat, ſi ſuperabundantia in omnibus deuitetur in vita, quia in frigore & nuditate, in fame & ſiti, in vigilijs & ieiunijs vocati ſunt*. Edidit has duas Synodos Henricus Spelmannus inter Concilia Angliæ, & vel ex illis patet de diſciplina, quam monachis ſuis proponebat S. Patricius, qui tam clarè voti meminit.

Patricium ſubſecutus eſt Columbanus in Hibernia Scotorum inſula natus, quem Sigibertus libro de Scriptoribus, & martyrologium ad 21. Nouembris, multorum cœnobiorum fundatorem, & innumerabilium patrem monachorum extitiſſe referunt: addit Ionas monachus de vita beati Columbani capite 3. eum ingreſſum fuiſſe monaſterium Benchor & ſub Abbate Congello diſciplinam regularem didiciſſe. Benchor autem videtur fuiſſe celeberrimum illud monaſterium, de quo ſub nomine Benchor ex antiquorum ſcriptis mentionem facit Henricus Spelmannus, qui narrat 200. monachos in eo ſub ſeptem præpoſitis diſtributos vixiſſe.

Refert Venerabilis Beda eum in Hibernia nobile monaſterium nomine Dearmath conſtruxiſſe, indeque veniſſe ad Britanniam, vt verbum Dei ſeptentrionalium Pictonum prouincijs prædicaret, multaque per diſcipulos eius monaſteria, non in Hibernia ſolum, ſed & in Britannia conſtructa fuiſſe. Extat etiamnum apud Cl. V. Lucam Holſtenium Columbani cœnobialis regula, in qua, capite primo agitur de obedientia, quarto de paupertate, ſexto de caſtitate, quam etiam monachis mente retinendam eſſe præſcribit, nihil aiens prodeſſe, quod aliquis ſit virgo corpore, ſi non ſit virgo mente. Hæc nimirum erant primorum monachorum inſtituta vſque ad Diuum Benedictum Columbani contemporalium, cuius inſtituti monachus Beatus Auguſtinus à Gregorio magno ad Angliam tranſmiſſus eſt; poſt cuius aduentum tot monaſteria in illa regione extructa ſunt, vt monaſticum Anglicanum in tres tomos diſtributum eorum Ichnographijs & deſcriptionibus repletum ſit, quod non ſine peculiari Dei prouiden-

uidentia nuper editum fuisse existimem. Si namque contingat durante schismate Anglicano monasteria reliqua successu temporis, vt solet, sub ruderibus suis sepeliri, durabit eorum memoria in ijs libris, quos ipsi schismatici ediderunt; mansit quoque in eorum Bibliothecis sancti Benedicti regula, iuxta quam à mille & pluribus annis sancti Benedicti sequaces vota castitatis emiserunt, obseruaruntque.

Nec audiendus est hac in re Lutherus, qui mortalium primus somniauit, votum continentiæ inualidum esse, quod in hominis potestate situm non sit illud adimplere, sed audiendus potius est magnus Augustinus, qui enarratione in psalmum 131. ex sacra Scriptura demonstrat Deum hortari, vt voueas, & ex eadem Scriptura probat, gratiam eius non defuturam, vt reddas: *Nam*, inquit, *qui hortatur, vt voueas, ipse adiuuat vt reddas*. Et ideo de peccatorum meritis cap. 17. *Casti non sumus, non quia non possumus, sed quia non volumus*. Vnde & Diuus Hieronymus epistola 6. & sanctus Chrysostomus homilia in psalmum 50. illos, qui dicunt, se non posse continere, pusillanimitatis & negligentiæ arguunt, & continentiam obseruari posse quam plurimis ostendunt, habentque tot irrefragabiles huius veritatis testes, quot à Christi natiuitate fuerunt virginitatis & continentiæ custodes. Habent tot millia virginum, quæ ne virginitatem perderent, ad sanguinem vsque restiterunt, & cum duplici virginitatis & martyrij corona ad sponsum suum Christum conuolarunt. Habent tot centena millia monachorum, quot olim sub Antonio habitarunt in Ægypto & Thebaide, sub Ammone in Schythia & Nitria, sub Hilarione in Palæstina & Syria, sub Basilio Magno in Cappadocia, sub alijs viris sanctissimis in alijs mundi regionibus & prouincijs, continentiam iuxta instituta monastica Deo vouerunt, & ad finem vitæ adiuuante Diuina gratia obseruarunt. Pleni sunt antiquorum libri præclaris de hac veritate testimonijs, videri possunt Athanasij, Basilij, Chrysostomi, Hieronymi, Ambrosij, Augustini, aliorumque sanctorum Patrum opera, quæ rem hanc tam manifestè prædicant, tam sæpe repetunt & enarrant, vt cœcum esse oporteat, qui idipsum non conspiciat.



FINIS.

INDEX

RERVM PRÆCIPVARVM;

Quæ in hoc opere continentur.

A

I

L

M

N

Olei

O

P

Q

Quæ-

R

S

T

Tu-

V

F I N I S

